BNCR
SC.94
(093)
(44)
C 730

COLLECTION

DE

DOCUMENTS INÉDITS

SUR L'HISTOIRE DE FRANCE

PUBLIÉS

PAR ORDRE DU GOUVERNEMENT

ET PAR LES SOINS

DU MINISTRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

PREMIÈRE SÉRIE

HISTOIRE POLITIQUE

COLLECTION

DES

CARTULAIRES DE FRANCE

TOME VI

CARTULAIRE DE L'ÉGLISE NOTRE-DAME DE PARIS

PUBLIÉ

PAR M. GUÉRARD

MEMBRE DE L'INSTITUT DE FRANCE

AVEC LA COLLABORATION DE MM. GÉRAUD, MARION ET DELOYE

TOME III

A PARIS

DE L'IMPRIMERIE DE CRAPELET

M DCCC L

SS-94(093, (AA)(f:2/F-4^3

ΔH°

ECCLESIÆ PARISIENSIS CHARTULARIUM

PARS QUARTA

SIVE

MAGNUM CHARTULARIUM

MAGNUM CHARTULARIUM.

I.

Anno Domini MCCCL, die V mensis maii, coram me notario et testibus infrascriptis existens, venerabilis vir dominus Johannes de Lyons, vicarius generalis domini A.[1] Dei gratia Parisiensis episcopi, super eo quod Jacobus de Villa Judea, clericus, suo et nomine puerorum chori ecclesie Parisiensis, petebat a dicto domino vicario, nomine dicti domini Parisiensis episcopi, folraturas, dictis pueris quolibet anno per dominos Parisienses episcopos usque nunc dari consuetas, hoc salvo tamen, quod idem Jacobus illas folraturas non de rigore seu de jure, sed de mera gratia fatebatur datas usque nunc fuisse, et sic de gratia, non ex alia causa, nunc illas petebat a domino vicario supradicto; idem dominus vicarius fuit protestatus, prout in cedula, que hic inseruitur, continetur, cujus tenor talis est: « Licet dominus A., Dei gratia Parisiensis episcopus, in remotis agens, michi Johanni de Lyons, vicario suo, mandaverit, quod pueris ecclesie Parisiensis in coro servientibus, si ex gratia fulraturas peterent pro superpunicali, eis dari facerem, sed, si ex debito vel alio jure servitutis peterent, quod nichil eis darem; nichilominus ego prefatus Johannes vicarius, cum protestatione infrascripta, volens, quantum in me est, inter dominum meum et capitulum bonam pacem conservare et fomitem litium removere, mandavi capicerio domini mei, quod illas fulraturas emeret et eis daret, cum et sub tali protestatione, quod dominus meus episcopus in plus non obligetur nec sit obligatus quam ante, nec quod, propter hoc, capitulo aliquod jus queratur novum vel prius alias ista petendi, ut sic cum gratia et pace capituli remanerem, presertim cum pro parte ipsorum michi dictum 5 mai. 1350.

[1] Leg. *Audoin Alberti*.

foret, quod plus vellent totum dimittere quam super hoc informationem faeere. De quibus omnibus et de confessis dicti Jacobi, scilicet quod ex mera gratia petebat, idem dominus vicarius petiit sibi fieri publicum instrumentum. Actum Parisius, in aula episcopali, testibus, *etc.*

II.

Nov. 1259. Littera Ludovici, regis Francorum, de tallia super homines episcopi in burgo Sancti Germani et in clauso Brunelli.

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, noverint universi quod, cum nos, inter alia, habeamus talliam super homines terre dilecti et fidelis nostri episcopi Parisiensis, scilicet in burgo Sancti Germani, in Cultura Episcopi, in Clauso Brunelli, et in certis casibus, videlicet cociens filios nostros novos milites facere, et filias nostras maritare nos contingit, et etiam si redimeremur de captione proprii corporis nostri facta in guerra, et insuper exercitum et equitationem vel talliam super hoc factam, et propter alias causas non possint a nobis vel successoribus nostris talliari dictorum locorum homines, sine assensu episcopi Parisiensis; salva tamen nobis et successoribus nostris tallia panis et viui in veteri burgo Sancti Germani, in Cultura Episcopi et in Clauso Brunelli predicto, sicut in compositione inter inclite recordationis Philippum, quondam avum nostrum, et bone memorie Guillelmum, quondam Parisiensem episcopum, et capitulum Parisiensem olim facta[1], plenius continetur; ac nullus dictorum casuum in presenti se offerret; idem fidelis noster, scilicet Reginaldus, Parisiensis episcopus, ad preces nostras, nobis de gratia coneessit, ut ad presens talliam faciamus super homines dicte terre. Nos autem volumus et concedimus, pro nobis et successoribus nostris, ut per hoc ipsi episcopo et terre sue supradiete ac successoribus ejus et compositioni predicte nullum in posterum prejudicium generetur. In cujus rei testimonium, memoriam et munimen, et ut predicta robur obtineant perpetue firmitatis, presentem scripturam sigilli nostri munimine fecimus communiri. Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense novembris.

[1] Compositionem illam vide supra, t. I, p. 122, cap. CXLV.

III.

Cum episcopus Parisiensis concessisset, ut domus Cæcorum Parisiensis plateam, ubi ipsa constructa erat, possideret in manu mortua, liberam a quatuor sextariis bladi et duobus avenæ, quos ex eadem platea annuatim percipiebat dictus episcopus, Ludovicus IX, rex Francorum, eidem episcopo vice versa concedit et assignat centum solidos annui redditus, percipiendos e proventibus præposituræ Parisiensis[1]. Jun. 1260.

.... Actum apud Vicennas, anno Domini millesimo cc° sexagesimo, mense junio.

IV.

Litteræ Philippi III, Francorum regis, de amortisatione quindecim librarum Parisiensium annui redditus, e proventibus præposituræ Parisiensis percipiendarum, pro fundatione cujusdam capellaniæ, quam defunctus Guido Renart, regis medicus, fieri jusserat in domo Bonorum Puerorum[2]. Aug. 1284.

.... Actum Parisius, anno Domini millesimo cc octogesimo quarto, mense augusto.

V.

Matthæus, abbas Sandionysianus, et Simon, dominus Nigellæ, locum tenentes domini regis Franciæ, concedunt ut, propter talliam, occasione crucis a rege Franciæ assumptæ, impositam hominibus episcopi, manentibus Parisiis, in burgo Sancti Germani, in Cultura Episcopi et in Clauso Brunelli, nullum præjudicium generetur in ejusdem episcopi vel ejus hominum immunitate[3]. 2 sept. 1270.

.... Actum Parisius, anno Domini millesimo cc° septuagesimo, die martis post festum decollationis beati Johannis Baptiste.

[1] Hoc diploma edidit, sed minus accurate, Dubois, *Hist. eccles. Paris.*, t. II, p. 447. Ubi exempli gratia, hæc legimus : *Super quadam platea sita Parisius, in vico Sancti Honorati apud Rotulum.* Quæ corrigenda sunt, ex codice : *In vico Sancti Honorati, juxta Cul-turam ipsius episcopi, prout itur de ecclesia Sancti Honorati apud Rotulum.*

[2] Edit. apud Bulæum, *Hist. Univ. Paris.*, t. III, p. 218.

[3] Edit. apud Dubois, *Hist. eccles. Paris.*, t. II, p. 489.

VI.

Jul. 1285. Matthæus, abbas Sandionysianus, et Symon, dominus Nigellæ, locum tenentes domini regis Franciæ, cavent, propter talliam, occasione Aragonensis Valentianique belli, impositam hominibus episcopi Parisiensis, manentibus in burgo Sancti Germani, in Cultura Episcopi et in Clauso Brunelli, ne quodvis inferatur præjudicium Parisiensi episcopo vel terræ vel hominibus ejus.

.... Actum Parisius, mense julio, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto.

VII.

Dec. 1287. Diploma Philippi IV, cognomine Pulchri, regis Francorum, ubi refertur de verbo ad verbum et confirmatur instrumentum superius.

.... Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, mense decembris.

VIII.

Mart. 1291. Littera de venatione[1] in bosco episcopi Parisiensis de Sancto Clodoaldo.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod, cum dilectus et fidelis noster episcopus Parisiensis diceret, se et predecessores suos episcopos Parisienses esse et fuisse in possessione, per longum tempus, et per tantum temporis quod sufficit ad omnem saisinam aquirendam, venandi seu venari faciendi, quociens sibi placuerit, in bosco suo de Sancto Clodoaldo, ad cuniculos, lepores, vulpes et tessones, et ad omnia alia animalia ad pedem clausum; visa aprisia super hoc de mandato nostro facta; quia inventum fuit probatum dictum episcopum intentionem suam sufficienter probavisse, pronuntiatum fuit, per curie nostre judicium, dictum episcopum in saisina predicta remanere debere. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, mense martio.

[1] Parvo Chartul. : *Super venatione seu fuga in bosco, etc.*

IX.

Philippus III, Francorum rex, refert et approbat chartam Matthæi et Simonis, locum tenentium Ludovici IX regis, cujus argumentum vide supra, cap. v. Dec. 1272.

.... Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, mense decembris.

X.

Philippus IV, cognomine Pulcher, rex Franciæ, assignat Ausello dicto Buticulario, militi suo, octo libras Parisienses, annuatim percipiendas e redditibus præposituræ Corboliensis; eique concedit facultatem transferendi prædictas octo libras cuilibet ecclesiæ vel homini ecclesiastico. Oct. 1305.

.... Actum apud Fontem Bliaudi, anno Domini millesimo trecentesimo quinto, mense octobris.

XI.

Littera Ludovici, regis Francorum et Navarre, super confirmatione privilegiorum a dicto Ludovico et Philippo, genitore dicti Ludovici, episcopo Parisiensi concessis[1]. Dec. 1315.

Ludovicus, Dei gratia Francorum et Navarre rex, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, nos infrascriptas licteras, sigillo, inclite recordationis, carissimi domini et genitoris nostri sigillatas, vidisse, formam que sequitur continentes:

« Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod nos, oblatam nobis liberalitatem a dilecto et fideli nostro episcopo Parisiensi, pro subsidio guerre nostre Flandrensis instantis, gratam plurimum et acceptam habentes, eidem, graciosus respondendo, tenore presentium duximus concedendum: Primo quod nos monetas nostras ad statum in quo erant tempore beati Ludovici, proavi nostri, infra annum, ab instante Penthecoste inchoandum, reduci faciemus, non mutandas amplius, nisi urgente neccessitate, cum consilio prelatorum et baronum nostrorum, qua neccessitate[2]..., 1 mai. 1304.

[1] Vide de Laurière, *Traité sur l'origine de l'amortissement*. Paris, 1692, in-12, part. II, p. 9.

[2] Suppl. *remota* vel *cessante*.

iterum ad statum debitum reducentur. Item, quod omnia conquesta, a tempore retroacto usque ad tempus concessionis presencium, in feodis et retrofeodis, censivis et retrocensivis et allodiis nostris aut subdictorum suorum, tenere possit perpetuo, absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi aut financias prestandi nobis, pro eisdem. Item, quod similiter tenere possit possessiones, quas, pro ecclesiis aut domibus ecclesiarum parrochialium fundandis de novo vel ampliandis, extra vel infra villas, et pro cimiteriis, non ad superfluitatem, sed ad convenientem necessitatem, acquiri contingat de cetero, ad ecclesias perpetuo remaneant, absque coactione vendendi;... et quod possessores hujusmodi possessionum ad eas dimittendas, justo mediante precio, compelli debite faciemus. Item, quod bona mobilia ecclesiasticarum personarum et clericorum clericaliter viventium non capientur, nec justiciabuntur in aliquo casu per justiciam secularem. Item, quod advocationes et recognitiones nove, que ab ecclesiarum subdictis fuerint [facte], nullatenus admitentur, et factas de novo faciemus penitus revocari. Item, quod, pretextu alicujus gardie antique in personis ecclesiasticis, non impedietur ecclesiastica vel temporalis jurisdicio prelatorum. Item, quod ballivi et alii officiales nostri teneantur jurare, quod mandata sibi facta per litteras nostras pro ecclesiis et personis ecclesiasticis, absque difficultate, fideliter exequentur. Item, quod non impedientur aut inquietabuntur ecclesie super possessionibus seu redditibus emptis vel emendis in justiciis, feodis, retrofeodis aut censivis suis, quin ea, absque aliqua propter hoc prestanda financia, etiam si merum non habeant imperium, perpetuo pacifice tenere valeant et quiete. Item, quod tollantur gravamina eis per gentes nostras illata, aut nostra jam concessa statuta serventur, et ea ballivi nostri jurare teneantur se firmiter servaturos. Item, quod, si aliquod onus per Romanam ecclesiam, ad opus nostrum, predictis prelatis imponatur, durantibus terminis solutionum decimarum nobis concessarum ab eis, ad hec solutiones, pro futuris inde terminis, nullatenus teneatur; similiter nec tenebitur ad eundum vel mittendum seu redimendum pro exercitu presenti, terminis durantibus prelibatis. Item, quod non est intentionis nostre, nec volumus quod, pretextu exactionum quarumlibet, in terris dicti prelati, ex parte nostra, pro neccessitate guerrarum factarum a per-

sonis subdictis vel justiciabilibus sibi de consuetudine vel de jure, eis vel ecclesiis aut personis aliquod generetur prejudicium, vel novum jus nobis propter hoc acquiratur; sed in eisdem libertatibus et franchisiis, in quibus ante guerras inceptas erat, legitime perseveret. Item, quod, ad opus garnisionum nostrarum, bona eorum vel subditorum suorum, eis invitis, nullatenus capientur. Item, quod impedimenta et gravamina, que in feodis dicti prelati ponuntur, amoveri debite facicmus. Item, quod nichil, occasione subventionis noviter nobis concesse, levabitur ab hominibus ecclesiarum de corpore seu de manu mortua, alto et basso, ad voluntatem talliabilibus; et, si aliquid ab eis contingat exigi, id ecclesiis hujusmodi de prestando ab eis subsidio deducetur. Item, quod, si pacem vel treugam a nobis inire contingeret, quod restaret solvendum de dicto subsidio pro futuris inde terminis amplius non solvatur. Item, et quod subsidium illius, juxta ipsius concessionis tenorem, per dictum prelatum seu auctoritate ejus levabitur, nobis seu gentibus nostris ad hoc instantibus seu eciam deputatis quam cicius assignandum. Et insuper, quod pro gravaminibus sibi aut ecclesiis suis vel personis ecclesiasticis illatis corrigendis, de quibus liquebit, auditores nundum suspectos eidem, cum requisiti fuerimus, concedemus, qui, vice nostra, celeris complementum justicie super hoc prompte et fideliter exibebunt. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum apponi fecimus sigillum. Datum Parisius, die prima maii, anno Domini millesimo trecentesimo quarto. »

Nos autem premissa omnia et singula, prout in suprascriptis litteris sunt expressa, rata habentes et grata, ea volumus, laudamus, approbamus, et tenore presentium, ex certa scientia, auctoritate regia confirmamus. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Actum apud Vicennas, anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, mense decembris.

XII.

Dec. 1315. Litteræ Ludovici X, Francorum regis, quibus alias litteras episcopis et ecclesiis Franciæ a beato Ludovico et a Philippo IV concessas, necnon omnes eorumdem episcoporum et ecclesiarum libertates, immunitates, privilegia antiquasque consuetudines renovat et auctoritate regia confirmat[1].

.... Actum apud Vicennas, anno Domini millesimo ccc° quinto decimo, mense decembris.

XIII.

Mart. 1317. Litteræ Philippi V, cognomine Longi, Francorum regis, quibus litteras superiores Ludovici X, aliasque ejusdem regis de eisdem rebus litteras, datas Parisius, 23 die decembris 1315, de verbo ad verbum refert et confirmat[2].

.... Actum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo sexto decimo, mense martii.

XIV.

Jan. 1291. Litteræ Philippi IV, cognomine Pulchri, quibus compositionem seu pacem initam, anno 1222, inter Philippum Augustum et Guillelmum, Parisiensem episcopum, refert atque confirmat[3].

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, mense januarii.

XV.

Mart. 1296-97. Littera Philippi, regis Francorum, de charreriis positis in aquam episcopi, propter inundationem et impetum aquarum ac fractionem ponciumParisiensium.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod, cum, propter inundationem et impetum aquarum et fractionem ponciumParisiensium, ac propter publicam utilitatem, considerata evidenti neccessitate tocius communitatis Parisiensis, posite fuerint de mandato nostro charrerie in aquam dilecti et fidelis nostri Parisiensis episcopi, retro domum ipsius currentes, una a vico Sancti Bernardi usque ad insulam, et alia a vico de Bievra usque ad quemdam acervum qui dicitur Terrail; ibidemque sta-

[1] Edit. in collectione cui titulus : *Ordonnances des rois de France*, t. I, p. 638 et seq.

[2] Ibid.

[3] Hanc compositionem vide supra, t. I, p. 122, cap. CXLV; quam, cum Philippi IV confirmatione, ediderunt de La Mare, *Traité de la Police*, t. IV, p. 737, et Choppin, *Oper.*, t. III, p. 104.

tuti fuerint servientes pro dictis carreriis ducendis, et pecuniis pro hujusmodi passagiis colligendis; nos volumus et expresse consentimus, prefati episcopi et Parisiensis capituli circa hec interveniente consensu, quod pecunia de hujusmodi charreriis jam recepta, vel quam de eis recipi continget, in reparatione poncium Parisiensium totaliter convertatur. Volumus etiam quod ingenia pali fissa[1] in aqua dicti episcopi, quibus corde carreriarum connectuntur, de mandato dicti episcopi ibidem sint posita, et de cetero apponantur; item, et quod alii pali et ingenia, fixa tam in insula quam in dicto loco qui dicitur le Terrail, predictos episcopum et capitulum conjunctim vel divisim tangencia, de mandato ipsorum sint ibidem, et de cetero ponantur. Volumus insuper quod per ea que a gentibus nostris seu nomine nostro circa hec acta sunt nullum eisdem episcopo et capitulo prejudicium generetur, nec nobis successoribusve nostris jus novum aliquod acquiratur. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, mense martii.

XVI.

Litteræ Ludovici X, regis Franciæ et Navarræ, episcopo et personis ecclesiasticis diœcesis Parisiensis directæ, de decima sibi, pro suis et regni necessitatibus, a concilio Senonensi concessa[2]. Dec. 1315.

.... Datum apud Vicennas, anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, mense decembris.

XVII.

Ludovicus X, Franciæ et Navarræ rex, refert et confirmat litteras, datas Parisius, die mercurii post inventionem sanctæ Crucis (9 mai.) a. 1302, quibus rex Philippus IV, jurisdictionem episcopi Parisiensis et clericorum immunitates a ministrorum regiorum usurpationibus et molitionibus iniquis tueri conabatur[3]. Dec. 1315.

.... Actum apud Vicennas, anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, mense decembris.

[1] Fort. leg. *pali et ingenia fixa*, ut paulo inferius.

[2] Edit. apud Dubois, t. II, p. 565.

[3] Litteras Philippi IV reperies apud Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 620.

XVIII.

Dec. 1230. **Littera Johannis de Nigella super quodam oratorio facto in domo sua, sita Parisius, in parrochia Sancti Eustachii Parisiensis.**

Omnibus presentes litteras inspecturis, Johannes, dominus Nigelle, in Domino salutem. Noverint universi quod nos inhibemus ne aliquis successorum nostrorum, occasione gratie, nobis et uxori nostre personaliter facte, habendi oratorium in domo nostra, sita in parrochia Sancti Eustachii Parisiensis, et audiendi ibi divina, post cessionem sive decessionem nostram ibidem possint aliquid vendicare. Imo volumus et concedimus quod, post cessionem vel decessionem nostram et uxoris nostre, locus ille sive oratorium demoliatur, vel in alios usus penitus convertatur. Volumus insuper et concedimus quod omnes oblationes que ibidem fient, sive in pecunia sive in alia re, sint decani Sancti Germani Antissiodorensis, Parisius, et presbiteri Sancti Eustachii. Quod ut ratum permaneat, presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo, mense decembris.

XIX.

Nov. 1232. **Littera Ludovici, Francorum regis; quomodo dictus rex donavit matri sue domos Johannis de Nigella, sitas in terra episcopi Parisiensis. Item, alia littera Eustachie, domine Nigelle, predictis litteris annexa.**

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, universis ad quos littere presentes pervenerint, salutem. Notum facimus quod, cum dilectus et fidelis noster Johannes de Nigella domos suas, sitas Parisius, in terra dilecti et fidelis nostri episcopi Parisiensis, dedisset nobis et karissime matri nostre regine, nos eidem genitrici nostre concessimus et omnino quittavimus quicquid juris habebamus in domibus supradictis. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Actum apud Meledunum, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo secundo, mense novembris.

Nov. 1232. **Item, sequitur quedam alia littera precedenti littere annexa, sigillo Eustachie, domine Nigelle, sigillata, tenor cujus sequitur in hec verba:**

Omnibus presentibus pariter et futuris, Eustachia, domina Nigelle, salutem. Noveritis quod donationem, quam karissimus dominus meus

dominus Nigelle fecit Blanche, Dei gratia illustri regine Francorum, de domibus suis Parisiensibus, ratam habeo et concedo, fide interposita, firmiter[a] me tenendam; et, quantum in me est, dono et concedo domos supradictas regine memorate. In cujus rei testimonium et noticiam, litteras meas dedi sigilli mei appensione munitas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo secundo, mense novembri.

XX.

Littera Philippi, Francorum regis, super revocatione bannitorum a preposito Parisiensi, qui erant in prisione officialis Parisiensis. 17 mart. 1310.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis salutem. Notum facimus quod, cum prepositus Parisiensis Stephanum Bourdon de Pois, Bardinum le Queu, Johannem Flamingi, Stephanum Bourdon dictum Callepin, et Stephanum, filium Guillelmi Bordon, pro suspicione cujusdam homicidii, coram se vocatos ad jus et se non presentantes, post multas dilaciones et vocationes super hoc factas, bannivisset, predictorum bannitorum, tanquam clericorum, ut dicitur, existencium in prisione dilecti et fidelis nostri episcopi Parisiensis, eorum, ut dicitur, ordinarii, ad curiam nostram accedentes procuratores et amici, proponentes dictam bannitionem fuisse factam postquam officialis Parisiensis monitionem suam fecerat, et processum suum inchoaverat contra dictum prepositum, ne ipse prepositus in aliquo procederet contra predictos, qui clerici proponebantur, et erant in prisione episcopi supradicti, et quod eciam facta fuerat dicta bannicio post appellacionem ab audiencia dicti prepositi vel ejus locum tenentis, super hoc ad nos interpositam per dictorum detentorum procuratorem; exhibentes curie nostre processus predictos, pluribus rationibus requirebant bannicionem predictam totaliter anullari, predicto preposito plures raciones in contrarium proponente; tandem, auditis hinc inde propositis et visis processibus antedictis, per arrestum curie nostre bannicio predicta revocata fuit et totaliter anullata; et, si super dictorum detentorum laycatu dictus prepositus vel procurator noster aut alii quicumque prosequi voluerint, super hoc adeant ordinarium pre dictum. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum feci-

mus apponi sigillum. Actum Parisius, in parlamento nostro, die martis post *Reminiscere,* anno Domini millesimo ccc° nono.

XXI.

3 dec. 1260. Littera Ludovici, Francorum regis, super juriditione de Turnomio.

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod, cum nos teneremus in prisione Ansellum dictum Turnomii, et servientes nostros misissemus apud Turnomium, et homines et res domini de Turnomio predicti capi fecissemus, quia ad mandatum nostrum non liberaverat filios Hugonis de Praeriis, militis, quos tenebat dictus dominus Turnomii in obstagio, pro patre ipsorum detento pro debitis; dilectusque et fidelis noster episcopus Parisiensis dictos filios capi fecisset apud Turnomium, in feodo suo, et reddidisset eos amicis eorumdem, nobis dicentibus quod non per justiciam ipsius episcopi, sed per nostram liberari debebant, eodem episcopo e contrario dicente; tandem, de consensu unanimi nostro et episcopi predicti, ita ordinatum est: Quod dicti liberi tradantur et reponantur in manu domini de Turnomio, et idem dominus liberabit liberos antedictos. Nos autem ipsum dominum Turnomii, homines et res ipsius per recredenciam liberabimus. Consensum etiam est et actum per nos et episcopum predictum, quod nichil quod factum sit vel a nobis vel ab eodem episcopo, quantum ad premissa vel aliquod premissorum, seu quodcumque aliud quoquo modo dictum factum contingens nec nobis nec dicto episcopo, quantum ad proprietatem vel possessionem justiciandi dictum dominum Turnomii vel homines vel res suas, detrahat vel acquirat; sed omnia jura, tam nostra quam dicti episcopi, quantum ad proprietatem et possessionem, integra et in eodem statu permaneant, in quo erant, antequam premissa fierent vel aliquod de premissis. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Meleduni, anno Domini millesimo cc° sexagesimo, mense decembris, die sabbati post festum beati Nicholay hiemalis.

XXII.

Littera Philippi, regis Francorum, super possessione venandi in nemore de Sancto Clodoaldo. 18 aug. 1307.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, preposito Parisiensi vel ejus locum tenenti et omnibus justiciariis, forestarum et garenarum custodibus nostris, ad quos iste littere pervenerint, salutem. Cum nos, ad instanciam dilecti et fidelis nostri G.[1], Parisiensis episcopi, conquerentis quod forestarii seu custodes nemoris et garenne de Sancto Clodoaldo vel alie gentes nostre ipsum impediebant in saisina sua venandi in nemore suo de Sancto Clodoaldo, ad cuniculum, leporem, vulpem, et ad quodcumque aliud animal ad pedem clausum, in qua tam ipse quam predecessores sui diu fuerant, ut dicebat, per dilectum clericum et fidelem nostrum magistrum Philippum Conversum, tesaurarium Sancti Stephani Trecensis, informationem fieri fecerimus de premissis, et inventum fuerit, tam per curie nostre judicium olim factum[2] quam aliter, dictum episcopum et predecessores suos in predicta saisina esse et fuisse temporibus retroactis; mandamus vobis et vestrum singulis, quatenus impedimentum predictum, si per vos appositum fuerit, amoventes, prefatum episcopum in hac parte deinceps nullatenus molestetis, vel impedimentum aliquod faciatis eidem; quin pocius ipsum in sua possessione seu saisina predicta, prout ad quemlibet vestrum pertinuerit, debite conservetis. Actum Pissiaci, die XVIII[a] augusti, anno Domini millesimo CCC° septimo.

XXIII.

Littera Philippi, regis Francorum, super quadam causa appellationis de juriditione de Cauda in Bria. 2 febr. 1290.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Cum dilecti et fideles nostri episcopus Parisiensis, comitissa Alancionensis et Blesensis, et Amalricus de Murlento, miles, dominus de Cauda in Bria, voluerint et concenserint ut, salvo eorum jure in omnibus, curia nostra cognoscat et diffiniat de causa appella-

[1] Guillelmus IV de Baufet, dictus d'Aurillac. [2] De quo judicio vide supra, p. 6, cap. VIII.

tionis emisse per Gandulphum Lombardi, burgensem Parisiensem, a sententia lata per Johannem Calhifer[1], scutiferum, in causa retracte per bursam cujusdæm hereditagii contra ipsum Gandulphum et pro Philippo de Sauniaco, milite, et Johanna, ejus uxore, volumus et concedimus quod, salvo eorum jure in omnibus, de dicta causa in nostra curia cognoscatur et diffiniatur. Actum Parisius, in festo Candelose, anno Domini millesimo CCLXXX° nono.

XXIV.

21 aug. 1321. Philippus V, Franciæ et Navarræ rex, bona et possessiones Leprosorum, propter eorum scelus qui fontes et puteos corrumpere nisi fuerant, occupata et detenta, in eumdem statum in quo prius fuerant, amota regia manu, restitui jubet[2].

.... Datum Parisius, vigesima prima die augusti, anno Domini millesimo CCC vigesimo primo.

XXV.

29 mart. 1311. Littera Philippi, regis Francorum, super possessione ponendi magistrum et fratres in domo Leprosorum Parisius, corrigendi et puniendi eosdem.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod, cum dilectus et fidelis noster episcopus Parisiensis, proponens se esse, et predecessores suos ab antiquo fuisse in bona saisina ponendi magistrum et fratres in domo Leprosorum Parisius, corrigendi et puniendi eosdem, et eorum compotum audiendi, et providendi quod bona temporalia dicte domus bene et utiliter administrentur, requireret impedimentum sibi super hoc per prepositum Parisiensem injuste et de novo, ut dicebat, appositum amoveri; tandem, auditis super hoc dicto preposito ac procuratore nostro, per arrestum nostre curie dictum fuit, quod impedimentum predictum amovebitur, et gaudebit dictus episcopus saisina sua predicta, salva nobis super hoc questione proprietatis. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, in parlamento nostro, die lune post festum annunciationis Dominice, anno Domini millesimo trecentesimo decimo.

[1] Fort. corr. *Talhifer*.

[2] Edit. apud Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 594.

XXVI.

Littera super quadam ordinatione inter dominum regem et dominum Parisiensem episcopum, de juridictione Johanne, uxoris Nicholai de Longo Prato, clerici, pro murtro cujusdam mulieris, murtrite in terra et justicia episcopi. 16 nov. 1292.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Cum dilectus et fidelis noster episcopus Parisiensis coram nobis conqueretur de preposito nostro Parisiensi, super eo quod ipse prepositus Johannam, uxorem Nicholai de Longo Prato, clerici nostri, pro murtro cujusdam mulieris, murtrite Parisius, in terra et justicia dicti episcopi, quod ipsi Johanne imponebatur, ceperat et reddere noluerat eidem episcopo, dicenti hujus facti cognitionem et judicium ad suam laycalem curiam pertinere, necnon servientes, quos idem episcopus posuerat ad custodiam bonorum ipsius Johanne, inde amoverat, et dicta bona posuerat in manu nostra, dicto episcopo in nullo super hoc existente defectu; dicens idem episcopus hec facta fuisse in sui prejudicium, et contra suos usus et consuetudines, et contra tenorem ordinationis in nostra curia registrate, quondam facte inter nostros et suos predecessores; dicto preposito ad hoc respondente, quod ipse dictam Johannam ceperat et non reddiderat ipsi episcopo, pro eo quod ipsa capta fuerat in presenti delicto, et coram se confessata fuerat tantum de facto predicto, quod sufficere debebat ad ipsam per eundem prepositum condemnandam et justiciandam; noveritis quod nos, nolentes ex hoc facto aliquod generari prejudicium, vel in aliquo derogari juri ipsius episcopi, suisve consuetudinibus et usibus, nec tenori etiam ordinationis predicte, volumus quod per hoc nullum jus de novo nobis accrescat, aut ipsi episcopo decrescat, sed salvum sit sibi jus suum et sui usus et consuetudines in isto et similibus casibus, sicut ante, et quod tenor ordinationis predicte in suo valore remaneat, et illibate servetur. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, die dominica post hiemale festum beati Martini, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

XXVII.

1302. Littera de quadam composicione fractus in nundinis Campanie et Brie super quibusdam defensionibus dictarum nundinarum contra episcopum Parisiensem, ad instanciam quorumdam mercatorum.

A touz ceus qui ces présentes lectres verront et orront, Jehanz de Rogemont, chevaliers, et Hues de Chanmont, gardes des foires de Champagne et de Brie, salut. Comme une deffense des foires soit donée de nostre court et enregistrée par devers nous contre révérent père en Jhésucrit l'avesque de Paris, ses justisables et leur biens, à l'instance et à la requeste de Guiot Filloldmi de Plaisence, et de la compaignie des Chapons, des Rustigaz, des Escoz et des Gainnebiens, tous marchant de Plaisence, indistinteement baillies, en la teneur de la deffense, pour le fait de Colart Aubin de Dourlens, clerc, jadis détenu en prison de l'official de Paris; saichent tuit que, pardevant Pierre d'Orgemont et Giellebert d'Escry, clers et tenens nostre leu pour nous ès dictes foires, vindrent en propres persones li dessous nummez : Ginoz, pour lui et pour la compaignie des Chapons; Lanceloz Cuquelle, pour lui et pour la compaignie des Gaingnebiens; Aubertins de Rustigaz, pour luy et pour la compaignie des Rustigaz, et Remons Macebourriu, pour lui et pour la compaignie des Escoz; et recogneurent de leur bones voluntez que, comme li diz révérens pères eust fait traire à aux pour traitier de la pais de celle dicte deffense, icilz devant nommez marchant ont eu et receu doudit révérent père cent livres de tournois petiz, en bons deniers comptans, pour raison dou procès fait ès foires contre ledit révérent père, pour la debte et pour la cause doudit Colart Aubin de Dourlens; et parmi ceste recette de cent livres, la dicte deffense et il procès sont et seront cas vain et refusable, et n'en pourront user contre ledit révérent père, ses justisables ne contre leur biens; mas l'action de la foire leur ert réservée, sauvée et gardée en toutes chouses, quant audit Colart Aubin, et non contre ledit révérent père, ses justisables ne leur biens. Et ensinc l'ont li devant diz marchant volu et acordé pardevant nostre dit leu tenent, en souzmettant, quant à ce, leur et touz leur biens muebles et non muebles, présenz et à venir, en nostre jurisdiction et de noz successours gardes des dictes foires. En tesmoing desquelz choses, nous avons scellées ces lectres dou scel

desdictes foires. Doné l'an de Grace mil trois cenz et deus, ou mois d'octobre.

XXVIII.

Litteræ Ludovici X, Franciæ et Navarræ regis, quibus refert et confirmat ordinationem Philippi IV, genitoris sui, de reformatione regni, datam Parisiis, die lunæ post mediam quadragesimam, anno Domini millesimo trecentesimo secundo (18 mart. 1303)[1]. Nov. 1315.

.... Datum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, mense novembri.

XXIX.

Litteræ Ludovici X, Franciæ et Navarræ regis, alias ejusdem regis litteras[2] continentes, datas decima septima die maii ejusdem anni, quibus nonnulla privilegia concesserat religiosis personis et nobilibus ducatus Burgundiæ, comitatus Foresii, diœcesisque Lingonensis, Eduensis, atque Cabilonensis, eademque confirmantes privilegia Parisiensi episcopo cæterisque hominibus ecclesiasticis Parisiensis diœcesis. Dec. 1315.

.... Actum apud Vicenas, anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, mense decembri.

XXX.

Ludovicus X, Franciæ et Navarræ rex, refert litteras a se directas senescallo Bellicadri[3], octava die aprilis ejusdem anni, et quæ privilegia per easdem litteras concesserat nobilibus cleroque Linguæ Occitanæ, ea episcopo et clero Parisiensi concedit. Dec. 1315.

.... Actum apud Vicennas, anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, mense decembri.

XXXI.

Littera super quittatione facta a magistro et fratribus domus Dei, de domo Petri Marescalli. Mart. 1255.

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Noverint universi quod, cum magister et fratres

[1] Edit. apud de Laurière, *Ordonn. des rois de France*, t. I, p. 357.

[2] Edit. ibid., p. 568.

[3] Hæ litteræ consimiles sunt aliis quas idem rex scripserat senescallo Petragoricensi, prima die ejusdem mensis aprilis, quasque edidit de Laurière, *Ordonn. des rois de Fr.*, t. I, p. 553. Deest tamen in prioribus litteris extremus editarum litterarum articulus, qui sic incipit : *Cum peterent nullum, qui ville Tholose consul*, etc.

domus Dei Parisiensis dederint et concesserint dilecto et fideli nostro R.[1], Parisiensi episcopo, et ejus successoribus imperpetuum, quandam domum, quam habebant in Vico Novo, in civitate Parisiensi, quam Petrus Marescallus et Odelina, ejus uxor, tenent, ut dicitur, ad vitam suam, ad incrementum census sex librarum, in censiva et dominio dicte domus Dei, in recompensationem quadraginta duorum solidorum et sex denariorum Parisiensium capitalis census, quos habebat idem episcopus super domum que fuit Johannis le Chans clerici, super Parvum Pontem, et super domos sitas supra Parvum Pontem Parisius, que fuerunt Petri Marescalli et Henrici dicti Armigeri, castellani de Yssodumo, et liberorum ejus, sitas in censiva et dominio dicti episcopi; nos, premissa omnia volentes et acceptantes, si quid nobis juris competebat seu competere poterat in dicta domo, sita in Vico Novo, dicto episcopo et successoribus suis imperpetuum quittamus, salvo jure in omnibus alieno. Actum apud Sanctum Germanum in Laya, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mense martio.

XXXII.

Jul. 1243. Petrus dictus Marescallus et Odelina, ejus uxor, confitentur se ad vitam recepisse, a magistro et fratribus domus Dei Parisiensis quamdam domum, sitam in Vico Novo Parisiensi, prope Sanctam Genovefam Parvam, ad incrementum census sex librarum, et ea lege, ut prædicti Petrus et Odelina in ejusdem domus emendationem viginti libras intra finem anni vertentis impendant.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo tercio, mense julio.

XXXIII.

2 dec. 1318. Littera de duodecim libris Parisiensibus annui census, debitis episcopo Parisiensi, super domo dicta la méson de Flandres.

Marie, par la grace de Dieu, roine de France, à touz ceus qui ces présentes lectres verront, salut. Nous faisons savoir que nous somes tenue à révérent père en Dieu l'avesque de Paris en la somme de doze livres Parisis, chascun an, pour le cens de nostre ostel de Paris, dicte la méson de Flandres, assise en la parroche Saint Eustace; lesquels nous voulons que ledit avesque ou ses genz pour ly praignent et

[1] Reginaldus de Corbolio.

aient pardevers noz genz de la chambre ans deniers. En tesmoing de ce, nous avons fet mettre nostre scel en ces présentes lectres. Doné à Paci, l'an de Grace mil trois cenz dix et huit, le secont jour de décembre.

XXXIV.

Littera de terra tradita comiti Flandrensi. 27 mart. 1283.

Nos Guido, comes Flandrensis et marchio Namurcensis, notum facimus universis, presentes litteras inspecturis, nos accepisse imperpetuum a reverendo patre Ranulpho, Dei gratia Parisiensi episcopo, suo et ecclesie Parisiensis nomine, tria arpenta et dimidium terre arabilis vel circiter, que ipse habebat juxta domum nostram, que olim fuit Petri dicti Coquillarii, civis Parisiensis, quam tenemus a dicto episcopo per tres denarios Parisienses capitalis census, sitam in perrochia Sancti Eustachii Parisiensis, in jurisdictione, censiva et dominio ejusdem episcopi et ecclesie sue, prout dicta tria arpenta et dimidium vel circiter se comportant, a latere dicte domus, ex una parte, et, ex alia, a latere terre Roberti tapicerii, et, a parte inferiori, a latere terre episcopi supradicti, salvis et exceptis cheminis que in terra predicta consucrunt esse temporibus retroactis, videlicet pro duodecim libris Parisiensibus annui census sive redditus, percipiendis imposterum, singulis annis, a dicto episcopo et successoribus suis, per manum nostram vel heredum nostrorum sive causam a nobis habentium, in festo beati Remigii, tam super dictis tribus arpentis et dimidio vel circiter terre, quam super domo predicta et ejus pertinenciis in solidum, prout in longum et latum se comportant; ita quod prefatus episcopus et successores sui, tam in terra quam in domo predictis et in qualibet parte eorumdem, pro dicto redditu sive censu habendo ad dictum terminum, poterunt, cocienscumque neccesse fuerit, suam plenariam justiciam exercere, absque impedimento seu contradicione nostra vel heredum nostrorum seu quorumlibet causam a nobis ibi habentium vel habiturorum. Actum est eciam inter nos et episcopum memoratum, quod si nos, loco dictarum duodecim librarum, vellemus dare et assignare competenter eidem episcopo et successoribus suis Parisius, in terra, jurisditione et dominio ipsius episcopi, sexdecim libras Parisienses annui redditus sive census, idem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

episcopus, assignatione predicta competenter primitus sibi facta, teneretur nos quittare de dictis duodecim libris redditus sive census, super terra et domo predictis situatis, et eandem domum et terram exhonerare de eisdem; salvis tamen et retentis eidem episcopo et suis successoribus, tam super domo quam super terra predictis, duobus denariis Parisiensibus annui capitalis census, una cum aliis tribus denariis capitalis census predictis, quos dictus episcopus habet et percipit annuatim super domo predicta, et salvo ac retento ibidem omni alio jure suo et ecclesie sue. Quos duos denarios capitalis census, una cum aliis tribus denariis predictis, dictus episcopus et successores sui percipient in posterum annuatim, in festo sancti Remigii, per manum nostram et heredum nostrorum sive causam a nobis habentium, tam super terra quam super domo predictis in solidum. Et, pro quibus habendis ad dictum terminum, ipse episcopus et successores sui, tam super domo quam super terra predictis et qualibet parte earumdem, poterunt, cociens-cumque neccesse fuerit, suam plenariam justiciam exercere, absque impedimento seu oppositione nostra vel heredum nostrorum seu a nobis causam habentium. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris fecimus apponi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, die lune ante annunciationem Dominicam.

XXXV.

Febr. 1249. Karta episcopi Parisiensis, de domo nostra Parisiensi, que fuit Rogeri Groin de Buef.

Universis presentes litteras inspecturis. Guillelmus, permissione divina Parisiensis ecclesie minister, licet indignus, salutem in Domino. Noveritis universi quod, cum nos haberemus quamdam domum, sitam Parisius, in vico Sancti Germani Autissiodorensis, Parisiensis, in terra nostra, cui domui annexus est usus cujusdam mote, site retro dictam domum a parte posteriori, que domus fuit Rogeri dicti Groin de Buef, quam domum oneratam de tribus denariis capitalis census et de sexaginta solidis Parisiensibus augmentati census, nobis debitis annuatim, idem Rogerus nobis dimisit, cum ruinosa esset, nec ad solucionem dicti census nobis debiti et cujusdam alterius quantitatis augmentati census quo onerata est, ut dicitur, dicta domus posset sufficere; tan-

dem nos, nostra et ecclesie Parisiensis et successorum nostrorum utilitate pensata, dictam domum, cum usu dicte mote, cum minus utilis et ad solucionem nostri census insufficiens existeret, dimisimus, cessimus et quittamus religiosis viris abbati et conventui Regalis Montis, Cisterciensis ordinis, pro tribus denariis predictis capitalis census, in festo beati Remigii, et pro dictis sexaginta solidis Parisiensibus augmentati census, annuatim in posterum, tribus terminis, scilicet in festo sancti Remigii et natalis Domini et Pasche, nobis et successoribus nostris persolvendis et percipiendis super dicta domo; volentes et concedentes quod predicti abbas et conventus dictam domum cum pertinenciis perpetuo teneant et possideant in manu mortua, sine coactione vendendi aut extra manum suam ponendi, per sexdecim solidos Parisienses annui redditus, predictis terminis solvendos, ratione hujus concessionis manus mortue, una cum tribus denariis capitalis census et sexaginta solidis augmentati census, nobis et successoribus nostris annuatim imposterum reddendis et percipiendis super dicta domo; tali pacto, quod, si ipsi in terra nostra nobis assignare voluerint, *etc.*[1].... Deductum enim fuit pactum inter nos et ipsos, quod ipsi in terra nostra, juxta dictam domum, poterunt sibi acquirere, titulo emptionis vel quolibet alio titulo, sex thesias terre de fronte sive latitudine, protendentes se in longitudine in quantum vicina edificia a parte Secane se extendunt, in manu mortua, sine coactione vendendi aut extra manum suam ponendi, ab eisdem perpetuo tenendas et possidendas ad censum, videlicet quamlibet tesiam de fronte vel latitudine pro duobus solidis Parisiensibus, nobis et successoribus nostris annuatim imposterum, in festo sancti Remigii, persolvendis.... Actum anno Gratie millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense febriario.

XXXVI.

Item, sequitur quedam alia littera, istis presentibus annexa, sigillo abbatis et conventus Regalis Montis sigillata, ut prima facie apparebat, cujus tenor sequitur in hec verba : 3 mai. 1316.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Radulfus, dictus abbas Regalis Montis, Cisterciensis ordinis, Belvacensis dyocesis, totusque

[1] Vide chartam Guidonis, comitis Flandrensis, supra, p. 21, cap. XXXIV.

ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Cum nos haberemus, teneremus et possideremus, nomine abbacie nostre, quasdam domus cum earum pertinenciis, sitas Parisius, in vico Sancti Germani Autissiodorensis, in terra et jurisdictione reverendi in Christo patris domini Parisiensis episcopi, admortizatas, prout in quibusdam litteris ipsius episcopi super hoc confectis plenius continetur, quibus hec presentes littere nostre sunt annexe, oneratas in quatuor libris et octo denariis Parisiensibus, tam capitalis census quam incrementi census, debitis anno quolibet ipsi episcopo; quas quidem domus excambiavimus et permutavimus cum Johanne de Dyvione, burgense Parisiensi, pro quadam domo cum pertinentiis ejus, sita Parisius, in vico Radulphi Roissole, in terra et jurisdicione ipsius episcopi, et de voluntate ipsius domini episcopi; sub tali conditione, quod predicte domus, site in vico Sancti Germani, que prius erant admortizate, de cetero remanebunt dicto Johanni et heredibus suis, et erunt extra manum mortuam; et dictus episcopus et successores sui habebunt de cetero in eisdem ventas, saisinas et omnia alia emolumenta, et jurisditionem, et predictum censum capitalem, et predictas quatuor libras incrementi census, et que, de jure et consuetudine ville Parisiensis, in aliis domibus terre ipsius episcopi non admortizatis, possunt et debent habere; et predicta domus, sita in predicto vico Radulphi Roissole, cum ejusdem pertinenciis, nobis et ecclesie nostre de cetero remanebit in manu mortua, sine hoc quod dictus episcopus vel successores sui possint nos compellere ad ponendum extra manum nostram; salvis et retentis ipsi episcopo in dicta domo et ejus pertinenciis omnimoda jurisdictione, que ante confectionem predictarum litterarum poterat et habere debebat. Et hoc volumus et concedimus. In testimonium premissorum, predictas litteras sigillo nostro, quo unico utimur, communiri et corroborari fecimus. Datum anno Domini millesimo trecentesimo sexto decimo, die inventionis sancte Crucis.

XXXVII.

Charta Simonis abbatis et conventus Herivallensis. Cum Stephanus, Parisiensis episcopus, his indulsisset licentiam possidendi in manu mortua decem arpenta nemoris de Fontenellis, quinque scilicet arpenta empta ab ipsis monachis, et alia quinque eis data a Bartholomæo de Meru, milite; iidem abbas et conventus conferunt et concedunt eidem episcopo, « pro mortificatione seu amortissamento dicti nemoris, » decem solidos Parisienses annui redditus, percipiendos, quotannis in Paschate, e quadraginta solidis annui augmentati census, quos quædam domus sita Parisiis, in vico Veteris Monetariæ, abbatiæ Herivallensi debebat. Febr. 1270.

.... Datum in capitulo nostro, ad hoc specialiter congregato conventu, anno Domini MCCLXº nono, mense februario.

XXXVIII.

Episcopus Parisiensis concedit decano et capitulo ecclesiæ Sancti Thomæ de Lupara facultatem percipiendi in manum mortuam centum viginti sex solidos Parisienses annui census, ex nonnullis domibus, sitis Parisiis, in vicis Sancti Thomæ et Frigidi Mantelli; ea conditione addita, ut, ex summa dictorum censuum, triginta solidi Parisienses eidem episcopo annuatim solvantur[1]. 30 apr. 1285.

.... Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, die veneris post *Quasimodo*.

XXXIX.

Littera Johannis et Theobaldi, dictorum Paalee, fratrum, pro feodo ipsorum sito Parisius, de sex libris solvendis pro racheto, quando casus evenerit. 14 aug. 1285.

Universis presentes litteras inspecturis, [episcopi] Parisiensis et reverendi patris domini Ancheri cardinalis, archidiaconi Parisiensis, curiarum officiales, salutem in domino. Notum facimus quod, coram nobis personaliter constituti, Johannes et Theobaldus, fratres, dicti Paalee, cives Parisienses, asseruerunt quod, cum contentio mota esset inter ipsos, ex una parte, et reverendum patrem Ranulphum, Dei gratia Parisiensem episcopum, ex altera, super eo videlicet quod dictus episcopus dicebat predictos fratres ad homagium suum debere venire, et in suo homagio esse debere, de viginti libris, undecim solidis et sex denariis Parisien-

[1] Edit. apud Bulæum, *Hist. Univ. Paris.*, t. III, p. 468.

sibus vel circiter capitalis census seu redditus, quas ipsi fratres annuatim habebant et percipiebant in terra ac dominio dicti domini Parisiensis episcopi, super diversis possessionibus, sitis Parisius, in vico de Tirechape, in parrochia Sancti Germani Autissiodorensis, Parisiensis, videlicet super domo Henrici de Meulento, sita in dicto vico, sexaginta decem solidos Parisienses quolibet anno; item, super domo, *etc.*[1].... predictis fratribus contrarium asserentibus, et dicentibus quod, licet dictas viginti libras, undecim solidos et sex denarios Parisienses vel circiter annui capitalis census seu redditus haberent et perciperent annuatim super dictis possessionibus et earum apendiciis, sitis in dicto vico de Tirechape, tamen ad homagium dicti reverendi patris venire non debebant nec tenebantur, ut dicebant, tum quia ipsi fratres ac predecessores sui de predicto redditu nunquam fecerunt homagium dicto reverendo patri nec ejus predecessoribus, tum etiam quia ipsi fratres ac predecessores sui per tantum temporis spatium dictum redditum tenuerant et receperant pacifice et quiete, absque aliquo homagio faciendo, quod ipsi compelli non poterant nec debebant dicto reverendo Parisiensi episcopo nec suis predecessoribus facere homagium de redditu supradicto. Tandem, post multas altercationes habitas super hoc inter dictos fratres et predictum reverendum patrem Parisiensem episcopum, predicti fratres, coram nobis propter hoc personaliter constituti, habito super hoc amicorum bonorum consilio, spontanei, non coacti, predictas viginti libras, undecim solidos et sex denarios Parisienses vel circiter capitalis census seu redditus, situatas super predictis possessionibus, ut dictum est, recognoverunt coram nobis movere in feodum a dicto reverendo patre domino Parisiensi episcopo, et easdem tenere advocabant per homagium a dicto episcopo ac suis successoribus, et debere tenere easdem ab ipso et suis successoribus ex nunc in futurum, mediantibus tamen dicto reverendo patri domino Parisiensi episcopo ac suis successoribus ex nunc in futurum duabus marchis argenti deaurati, valore sex librarum Parisiensium, pro racheto dicti feodi, quando

[1] Sequitur enumeratio singulorum censuum, ubi domus omnes, censu oneratæ, dominorum nominibus designantur. Quos inter dominos duo dicuntur *canaberii* professionem exercere; tertius, non nominatus, titulo majorum Poissiaci insignitur.

casus se obtulerit, in dicto feodo tantummodo, absque aliqua redehencia sive servicio, qualitercumque dictum feodum imposterum dividatur in quibuscunque personis; salvis eciam dicto reverendo patri Parisiensi episcopo et suis successoribus ecclesie Parisiensis episcopis, in dicto feodo et ejus appendenciis, omnimoda jurisdicione, justitia ac dominio, excepta cognitione fundi terre ac ventis, quando evenerit, que dictis fratribus et eorum successoribus remanebunt in futurum quando se casus obtulerit, ut dicebant dicti fratres coram nobis. In cujus rei testimonium, ad peticionem dictorum fratrum, sigilla nostra litteris presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo cc° octogesimo quintò, die martis in vigilia assumptionis beate Marie Virginis.

XL.

Littera de quatuor libris Parisiensibus reddendis a fratribus Hermitarum. Dec. 1259.

Universis presentes litteras inspecturis, Johannes, Radulphus et Gaufridus, archidiaconi in ecclesia Parisiensi, et eorum officiales, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia constitutus, frater Johannes de Egubio, fratrum Heremitarum ordinis sancti Augustini, a fratre Lanfrando, priore generali dicti ordinis, et a diffinitoribus capituli generalis fratrum ejusdem ordinis in regnis Francie, Anglie, atque Scocie partibus, necnon Lausanensi, Verdunensi atque Cameracensi civitatibus et dyocesibus constitutus vicarius et visitator generalis, ut dicebat, asseruit et recognovit, suo et dictorum fratris et diffinitorum et capituli nomine, ad opus eorumdem, se emisse à Theofania, relicta defuncti Philippi Comin, cive Parisiensi, quamdam domum cum quodam jardino eidem domui adjacente, sitam Parisius extra muros, ultra portam Sancti Eustachii, in vico per quem itur ad Montem Martirum, in terra et dominio venerabilis patris domini Parisiensis episcopi, oneratam in quadraginta et uno solidis Parisiensibus censualibus capitalis census, debitis annuatim dicto domino episcopo, contiguam Culture ejusdem episcopi, pro ducentis libris Parisiensibus, ut dicebat. Asseruit etiam et recognovit quod ipse proponebat domum et oratorium ibidem construere ad opus dictorum fratrum, et tenere in manu mortua dictum locum. Propter quod, videlicet ut dictum locum

tenere posset in manu mortua, asseruit et recognovit dictus Johannes, nomine suo, dictorum prioris et fratrum, se convenisse cum reverendo patre Reginaldo, Dei gratia episcopo Parisiensi, quod dicti prior et fratres possint tenere dictum locum in manu mortua, pro quatuor libris Parisiensibus annui redditus, dictis quadraginta uno solidis in summa hujusmodi computatis. Promittens dictus frater Johannes, nomine suo et dictorum prioris et fratrum, et se constituens ad solvendum domino Parisiensi episcopo, qui pro tempore fuerit, quatuor libras Parisienses annui redditus prenotatas, in nativitate beati Johannis Baptiste, super dictis domo et jardino, ratione conventionis predicte, inite inter ipsum et dictum dominum episcopum, de tenendo dictum locum in manu mortua in futurum, et se coram nobis, nomine suo et dictorum prioris et fratrum, erga dictum dominum episcopum, quantum ad dictum censum quatuor librarum, specialiter et expresse obligavit, et ex nunc obligatum reliquit cum innectis ibidem pariter et illatis; volens et concedens quod episcopus Parisiensis, qui pro tempore fuerit, per se vel per alium possit assignare ad dictum locum, pro solucione dicti census, secundum quod sibi placuerit et voluerit, tanquam dominus loci et fundi, seu per captionem pignorum seu alio quolibet modo, prout sibi placuerit, salva tamen eidem domino episcopo omnimoda justitia in dicto loco et in habitantes ibidem. Prior etiam, si opus fuerit, institutus in dicto loco seu minister et fratres ibidem existentes omnes et singuli subjecti erunt, omni lege subgectionis, episcopo Parisiensi; et jurabit coram dicto episcopo prior seu minister seu vicarius dicte domus, quocumque nomine censeatur, infra octo dies post adventum suum, obedienciam et reverenciam omnimodam, suo et fratrum ibidem existentium nomine, episcopo Parisiensi, ejus officiali ac archidiaconis dicti loci, et quod privilegium exemptionis contra dictum episcopum non impetrabit, nec impetrato aliquatenus utetur, et quod pro casso et inani penitus habeatur, si quod contigerit impetrari; alioquin episcopus Parisiensis eundem ad hoc per excommunicationis sententiam, sine dilatione qualibet, tanquam dyocesanus, et per amotionem ejusdem penitus a dicto loco poterit compellere, tanquam secularis dominus dicti loci; quantum ad omnia premissa et singula, renuncians dictus frater Johannes, suo et fratrum ibidem existentium, prioris generalis

et fratrum dicti ordinis nomine, omnibus privilegiis et indulgentiis a sede apostolica vel legatis ipsius seu alio quocumque contra premissa vel aliquid de premissis impetratis vel impetrandis, obtentis vel obtinendis, per quod episcopo Parisiensi, qui pro tempore fuerit, contra premissa vel aliquid ex eis posset aliquatenus imposterum prejudicium generari; renuncians nichilominus beneficio restitutionis in integrum. et omnibus aliis exceptionibus facti et juris, et indulgentiis que contra premissa possent domino episcopo obesse. Promisit insuper dictus frater Johannes, se effecturum erga dictos priorem generalem et diffinitores capituli generalis, quod iidem prior et diffinitores, infra instantem Penthecosten, litteras patentes sub sigillis dictorum prioris et capituli transmittent et dabunt dicto domino episcopo, de omnibus et singulis premissis tenendis firmiter et inviolabiliter observandis, et de non veniendo contra eadém vel aliquid ex eis. In cujus rei testimonium et memoriam rei geste, ad petitionem dicti fratris Johannis, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense decembri.

XLI.

Frater Laufrancus, generalis prior fratrum Heremitarum ordinis sancti Augustini, confirmat chartam superiorem et alia quæcumque instrumenta, quæ de eadem re fieri possent inter Johannem de Egubio et episcopum Parisiensem. 5 mai 1260.

.... Datum Cesene, in capitulo, tertio nonas maii, pontificatus domini Alexandri pape quarti.... (*annus deest*).

XLII.

Littera domorum de Portu Episcopi. 13 jul 1300

Symon, permissione divina Parisiensis ecclesie minister, licet indignus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Filio Virginis gloriose. Notum facimus quod, cum bone memorie magister Gaufridus de Gienno, canonicus et penitentiarius Parisiensis, defunctus, teneret, haberet et possideret, tanquam suas, tempore quo decessit, pacifice, quasdam domos quas emerat, contiguas fabrice et logie ecclesie Parisiensis, sitas ad portum nostrum, in censiva, dominio, jurisdictione

et manso nostris, et in suo testamento seu ultima voluntate ejusdem ordinasset, voluisset et precepisset quod dicte domus venderentur, distraherentur seu etiam alienarentur per executores suos, et de pecunia inde habita emerentur redditus pro fundanda et instituenda quadam capellania per eosdem executores suos, pro sue et bone memorie defuncti Gaufridi de Ponte Chevronis, parentumque amicorum et benefactorum suorum animarum remedio et salute, in quacumque ecclesia dicti executores melius vellent aut viderent expedire, conferenda per dictos executores suos Guilloto, clerico suo, si ipsum testatorem decedere contingeret, antequam dictus Guillotus per ipsum testatorem vel quemcumque alium aliquod aliud ecclesiasticum beneficium fuisset assecutus; voluisset etiam et precepisset ac ordinasset quod dicti executores, quamdiu viverent vel alter qui superviveret, plenariam haberent potestatem, auctoritatem et mandatum speciale conferendi capellaniam antedictam, cum ad id facultas se offeret, capellanumque in eadem instituendi et ponendi, et onus servitii ipsius capellanie instituto vel instituendo capellano imponendi, et juramentum de observandis ipsius capellanie rebus, ornamentis, juribus et consuetudinibus ac statutis recipiendi, et omnia et singula faciendi que circa premissa et ea tangentia forent opportuna; voluisset insuper et precepisset idem testator, ac eciam ordinasset quod predictus Guillotus, ipso testatore sublato de medio, et si aliud beneficium ecclesiasticum non fuisset assecutus, ut dictum est, pensiones et locagia ac alios exitus et proventus dictarum domorum tandiu perciperet, levaret et haberet pacifice et quiete, quousque dicte domus vendite fuissent, et quod, occasione predicte perceptionis, dictus Guillotus interim per se vel per alium teneretur celebrare vel facere celebrari, pro remedio anime ipsius testatoris, secundum voluntatem et ordinacionem executorum predictorum, prout ista, inter cetera in dicto testamento contenta, plenius dicuntur contineri; nosque compelleremus dictos executores ad ponendum dictas domos extra manum suam secundum consuetudinem Francie et loci ubi dicte domus consistunt; tandem nos, ex una parte, attenta et diligenter pensata utilitate ecclesie nostre, et dicti executores, ex altera, attenta etiam et considerata utilitate dicte executionis, ad talem compositionem pervenimus seu pactum, videlicet : Quod nos domos pre-

dictas ac etiam successores nostri, qui pro tempore fuerint, tenebimus et habebimus pleno jure; ita tamen quod capellanus ipsius capellanie, ex causa predicta, qui pro tempore fuerit, annis singulis viginti libras Turonensium parvorum admortizatas annui census duntaxat super dictis domibus, imperpetuum nostris sumptibus, in omni eventu, construendis, etiam de novo, si oporteat, sustinendis ac etiam reparandis, videlicet decem libras Turonenses in festo nativitatis Domini proximo venturo, et totidem in festo Ascensionis ejusdem immediate sequenti, in futurum percipiet et habebit, omni jure dominii et proprietatis ac possessionis ad nos plenarie spectante in domibus supradictis; et, si in solutione aliqua hujusmodi viginti librarum Turonensium aliquo termino defici contigerit imposterum vel cessari, quod absit, predictus capellanus, qui pro tempore fuerit, auctoritate propria, absque nostra vel successorum nostrorum aut aliorum quorumcumque licentia vel mandato, poterit licite pro dictis viginti libris Turonensibus, vel pro eo quod de eis restabit solvendum, in dictis domibus, ad quemcunque usum, possessorem vel dominum devenerint, nanta seu pignora capere et detinere impune usque ad integram et competentem satisfactionem premissorum. Quod, si dicte domus habitate non fuerint, vel predicte viginti libre Turonenses aliquo casu super ipsis domibus non potuerint percipi vel haberi, nichilominus tenemus nos, et promittimus bona fide nos et successores nostros, futuros Parisienses episcopos, dictas viginti libras Turonensium parvorum dicto capellano de bursa nostra reddere et solvere annis singulis, terminis supradictis, cum omnibus dampnis, interesse et expensis, que, quas idem capellanus, qui pro tempore fuerit, fecerit vel sustinuerit aut etiam incurrerit ob deffectum solutionis supradicte, de quibus credatur suo juramento sine aliis probationibus; obligantes, quantum ad hec, predictis executoribus et capellano et ejus successoribus et dicte capellanie nos, episcopatum predictum, successores nostros, nostra, ipsius episcopatus et successorum predictorum bona, mobilia et immobilia, ecclesiastica et mundana, presentia et futura, et specialiter dictas domos; promittentes nos ac dicti executores bona fide premissa tenere et inviolabiliter observare, prout superius sunt expressa, nec contra eadem venire per nos vel per alios in futurum, aliqua ratione sive causa, nos et successores nostros, ad hec

omnia et singula, imperpetuum obligando. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo nostro proprio fecimus sigillari. Datum anno Domini millesimo ccc°, die mercurii post festum translationis sancti Benedicti.

XLIII.

18 jul. 1300 Johannes decanus et capitulum Parisiense testantur se vidisse et inspexisse 1° testamentum defuncti magistri Gaufridi de Gyeumo, canonici et pœnitentiarii Parisiensis, ab officiali curiæ Parisiensis receptum, anno 1297, die mercurii ante festum beatæ Mariæ Magdalenæ (17 jul.)[1], 2° compositionem initam inter Symonem, Parisiensem episcopum, et executores testamenti ejusdem Gaufridi de Gyeumo, quam supra retulimus.

Post relatum de verbo ad verbum prædictam compositionem, eadem charta continet quæ sequuntur :

« Qui quidem magister Petrus de Baugiaco, domini Johannes Bibens Aquam et Guillelmus de Boigniaco, executores testatoris predicti, nomine executorio ejusdem, coram nobis propter hoc personaliter constituti, asseruerunt et recognoverunt se, nomine executorio quo supra, cum predicto domino Parisiensi episcopo composuisse et pactum iniisse sub modo, tenore et forma contentis, insertis et expressis in ipsius domini episcopi litteris supradictis, et omnia et singula in ipsius litteris contenta facta fuisse et esse prout in eisdem litteris continentur. Et ideo compositionem et pactum hujusmodi et cetera in predictis domini episcopi litteris contenta voluerunt, laudaverunt et approbaverunt expresse, nomine executorio predicto, coram nobis, et promiserunt, nomine quo supra, per fidem suam in manu nostra prestitam, quod contra premissa vel aliquid premissorum per se vel per alium non venient in futurum. Obligantes quoad hoc se, executorio quo supra nomine, et bona executionis predicte mobilia et immobilia presentia et futura. Renunciantes, nomine quo supra, in hoc facto, coram nobis, penitus et expresse, omni exceptioni, *etc.* In cujus rei testimonium sigillum nostrum, ad petitionem dictorum executorum, presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo tricentesimo, die lune ante festum beate Marie Magdalene. »

[1] Hic referuntur quædam testamenti clausulæ, quas reperies apud Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 527.

XLIV.

Littera de CXIX solidis, II denariis, obolo redditus, debitis episcopo pro amortizatione facta capitulo et communitati Sancti Germani Autissiodorensis, Parisiensis, solvendis duobus terminis, per manus communitatis. 26 aug. 1282.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram Martino Pauli et Johanne de Suessione, clericis nostris juratis, ad hoc a nobis specialiter destinatis, quibus fidem adhibemus, constituti decanus, capitulum et communitas ecclesie Sancti Germani Autissiodorensis, Parisiensis, asseruerunt, quod ipsa communitas haberet, teneret et possideret plures census augmentatos et redditus infrascriptos non admortizatos, in terra et jurisdictione reverendi patris domini Parisiensis episcopi, Parisius, super diversis locis et domibus, prout inferius continetur, videlicet : extra portam Sancti Honorati, super domo Reginaldi Lothoringi, duodecim solidos Parisienses; item, super domo Petri clerici, decem et octo solidos Parisienses, pro aniversario decani Sancti Thome de Lupara; item, super domo Damiani suctoris, in Frigido Mantello, quatuor solidos; item, super domo que fuit Aalesie de Pratis, quinque solidos; item, super domo Petri de Fossatis prope Cecos, sex solidos; item, super domo Johannis de Villeron, octo solidos; item, super domo Petri Balistarii, octo solidos; item, super domo Johannis Monachi, que fuit Sarre Anglisce, sita in Frigido Mantello, decem solidos; item, super domo Andree Morel, ante Sanctum Honoratum, sex solidos, pro Benedicto et Maciaco; item, super domo Azonis de Tirechape, que est in Frigido Mantello, undecim solidos et sex denarios; item, super duabus domibus sibi actinentibus, sitis in vico Sancti Honorati, inter domum magistri Reginaldi Anglisci, clerici, et domum Henrici Aleuanni, quadraginta solidos Parisienses; item, super domo quadam sita in proximo dicto vico, contigua domui Reginaldi de Cuquapoy [1], ex una parte, et domui Johannis de Sancto Benedicto, draperii Parisiensis, a parte exteriori, que etiam facit cuneum vici de Campo Florido, quadraginta quatuor solidos Parisienses; item, super domo quam tenet Colinus clericus, sita in vico de Campo Florido,

[1] In Parvo Chartul. : *de Quiquenpoit.*

ante ecclesiam Sancti Honorati, inter granchiam Thierrici de Remis et granchiam Americi Barberii, viginti duos solidos Parisienses; item, infra muros Parisienses, super domo Richardi de Ceranz ante Nigellam, tresdecim solidos; item, super domo Gallardi, filii Jacobi de Silvanecto, duodecim solidos; item, super domo Johannis de Monte, sita in perrino Gascelini, quatuor solidos; item, super domo Laurentii coci, duodecim denarios; item, super domo Christiani Militis, decem solidos; item, super domo Nicholay de Vitriaco, quinque solidos; item, super platea Johannis Martel, viginti et quatuor solidos; item, super domo Petronille de Campellis, sita in vico Theobaldi ad Decios, quindecim solidos; item, super domo Michaelis de Remis, octo solidos Parisienses; item, super domo magistri Laurencii, quatuordecim solidos; item, super domo Dyonisii suctoris, octo solidos; item, super domo Gervasii de Percito, sita in vico Petri Capitis Albi, decem solidos; item, super domo Laurencii de Satruy Villa[1], que fuit Johannis Nebularii, decem solidos; item, super domo magistri Stephani Carpentarii, sita prope Furnum Episcopi, quatuor solidos; item, super domo Guillelmi Porterii, quinque solidos; item, super parva domo Johannis Mathey, tres solidos et quatuor denarios, in Vitulo; item, super domo Roberti Purcherii, quinque solidos; item, super domo Neveloctis[2], quinque solidos; item, super domo Bertaudi Britonis, decem solidos; item, super domo Guillelmi le Bruant, quinque solidos, sita in vico de Tirechape; item, super domo Guillelmi de Gaigniaco, quinque solidos; item, super domo Petronille dicte la Bordonne, ex una parte, decem et septem solidos, et, ex altera parte, viginti unum solidos; item, super quadam domo capituli Sancti Honorati, sita in Malo Verbo, octo solidos; item, super quadam domo sita Parisius, in vico de Richebourt, inter domum domini Yvonis, quondam curati ecclesie Sancti Germani Autissiodorensis, Parisiensis, et domum Rogeri dicti Haraut, viginti solidos; item, super quadam domo, sita Parisius, retro carnificeriam, que domus protenditur usque in vicum in quo moratur Stephanus Picardus, contigua domui defuncti Johannis Berneri, ex una parte, et domui defuncti Oudardi de Aquila, ex altera, quadraginta solidos. Quos census sive redditus predictos reverendus pater dominus Parisiensis episcopus

[1] In Parvo Chartul. : *de Satrouilla.* [2] Ibid. : *Nevelonis.*

ceperat in manu sua, quia nolebat quod dicta communitas eos teneret in manu mortua. Tandem, ad supplicationem dictorum decani capituli et communitatis, idem dominus Parisiensis episcopus predictus voluit et concessit, suo et ecclesie sue Parisiensis nomine, ut ipsa communitas in manu mortua, sine coactione vendendi aut extra manum suam ponendi, dictos census sive redditus habeat, teneat et possideat, dicto tamen episcopo ac ejus successoribus pro dicta amortizatione retentis centum decem et novem solidis, duobus denariis et obolo annui census sive redditus de censibus et redditibus predictis, pro indiviso habendis et percipiendis per manus dicte communitatis, duobus terminis, videlicet ad nativitatem Domini quadraginta novem solidis, septem denariis et una picta, et ad nativitatem beati Johannis Baptiste totidem. Propter quod dicta communitas, coram clericis antedictis, promisit ex causa predicta dictos centum decem et novem solidos, duos denarios et obolum reddere et integraliter solvere dicto domino episcopo ejusque successoribus, modo et terminis supradictis; salva nichilominus eidem domino episcopo ejusque successoribus omnimoda jurisditione et justicia in dictis locis, et omni alio jure suo, excepta amortizatione predicta. Et, pro hiis omnibus adimplendis, dicta communitas, de assensu decani et capituli ejusdem ecclesie, et de voluntate sive auctoritate eorumdem, obligavit se et census supradictos; renuncians beneficio restitutionis in integrum, consuetudini patrie, cuilibet et statuto, et omni alii juris auxilio canonici et civilis. In cujus rei testimonium, sigillum curie Parisiensis, ad relationem dictorum clericorum, una cum sigillo dicti capituli, presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, die mercurii post festum beati Bartholomey apostoli.

XLV.

Littera de tribus solidis redditus, pro amortizatione facta presbitero Sancti Salvatoris. 10 jun. 1284.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie reverendi patris domini Ancheri, cardinalis archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Noverint universi quod, coram nobis personaliter constitutus, dominus Petrus, rector ecclesie Sancti Salvatoris Parisiensis, asseruit

quod, cum ipse haberet, nomine sue ecclesie Sancti Salvatoris seu capellanie, teneret ac perciperet annuatim decem solidos Parisienses annui census seu redditus super magna domo Guillermi de Sancta Bona, et super duabus aliis domibus ipsius Guillermi, eidem domui contiguis, sitis ad portam Montis Martyrum, in censiva, jurisditione, ac dominio reverendi in Christo patris Raulphi, Dei gratia Parisiensis episcopi, Parisius, contiguis, ex una parte, domui defuncti Galteri Fenarii, et, ex alia parte, domui defuncti Radulphi dicti Roissole, ex elemosina seu legato defuncte Petronille de Meulenco, ut dicebat; dictus reverendus pater Parisiensis episcopus eosdem decem solidos annui census seu redditus in manu sua ceperat, quia nolebat dictum rectorem, nomine sue ecclesie seu capellanie Sancti Salvatoris predicte, eos tenere ac percipere in manu mortua. Tandem, ad supplicationem dicti rectoris, idem reverendus pater Parisiensis episcopus, pensatis et consideratis utilitate et comodo ecclesie sue Parisiensis, habito super hoc bonorum consilio, dictos decem solidos Parisienses annui census seu redditus eidem rectori ejusque ecclesie seu capellanie Sancti Salvatoris predicte ac successoribus suis, dicte ecclesie seu capellanie rectoribus, duxit admortizandos, in modo qui sequitur, videlicet: Quod voluit et concessit quod dictus dominus Petrus ac ejus successores, nomine ecclesie sue seu capellanie predicte, ex nunc in futurum habeant, teneant ac percipiant septem solidos Parisienses annuatim de dictis decem solidis Parisiensibus annui census seu redditus, absque aliqua coactione vendendi vel extra manum suam ponendi; aliis vero tribus solidis, de predictis decem solidis Parisiensibus annui census seu redditus residuis, eidem episcopo ejusque successoribus ecclesie Parisiensis episcopis retentis, pro admortizatione predicta habendis et percipiendis ab eodem episcopo ac ejus successoribus, Parisiensibus episcopis, per manus dicti rectoris seu ejus successoris, qui pro tempore fuerit, in ecclesia Sancti Salvatoris predicti, quolibet anno, ad festum sancti Remigii, super domibus predictis et qualibet earumdem. Salvis etiam eidem episcopo.... omnimoda jurisdictione, *etc.* In cujus rei testimonium, ad petitionem dicti rectoris, sigillum curie nostre presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini MCC° octogesimo quarto, die sabbati post Trinitatem.

XLVI.

Officialis curiæ Parisiensis testatur se vidisse et inspexisse instrumenta quæ sequuntur : 13 jul. 1286.

1° Chartam qua Robertus dictus Pavo et ejus uxor Johanna, relicta defuncti Alverei, servientis comitissæ Pictavensis, concedant Richardo de Sucyaco et Johannæ, ejus uxori, quamdam domum, sitam Parisiis, prope crucem dictam du Tyrouel, in censiva episcopi Parisiensis, pro decem et novem libris Parisiensibus annui incrementi census ; ea conditione adjecta, ut dicti Richardus et Johanna in restauranda dicta domo quadraginta libras Parisienses, intra quatuor annos, impendant. 5 mart. 1271.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tercio, die lune post dominicam qua cantatur *Oculi mei,* mense martio.

2° Chartam qua Gaufridus, filius et hæres defuncti Alverei, quondam servientis comitissæ Pictavensis, et Johannæ, quæ, mortuo Alveredo, Roberto Pavoni nupserat, adcensationem, factam a dictis Roberto et Johanna Richardo de Succiaco et ejus uxori, confirmat. 13 aug. 1282.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, die jovis ante festum assumptionis beate Marie virginis.

3° Chartam qua Richardus de Succiaco et Johanna, ejus uxor, cedunt Johannæ, relictæ defuncti Alverey, quamdam domum, sitam Parisiis, extra portam Sancti Honorati, in vico de Richebourt, ad incrementum census quatuor librarum Parisiensium ; e quibus solidi viginti quinque solventur annuatim hæredibus defuncti Johannis de Sancto Benedicto, et reliqui quinquaginta quinque solidi, deducentur de centum et decem solidis quos annuatim percipit dicta Johanna l'Auverée, e domo sita Parisiis, ante Crucem de Tyrouel, quam ipsa eisdem Richardo et Johannæ ad censum olim tradiderat. 8 nov. 1282.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, die dominica post festum Omnium Sanctorum.

4° Chartam qua Alveredus, valletus de camera comitissæ Pictavensis, cruce signatus, et ejus uxor Johanna, filia defuncti Matthæi, piscionarii, paciscuntur inter se, altero eorum decedente, usumfructum ejus partis conquestuum quæ defunctum contigisset, superstiti cessurum. Mart. 1269-70.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, mense marcio.

Transcriptum autem istarum litterarum fieri fecimus sub sigillo curie Parisiensis, cujuslibet jure salvo. Datum anno Domini M° ducentesimo octogesimo sexto, die sabbati post octabas festi beati Martini estivalis.

XLVII.

14 jul. 1286. Johanna, vidua Auveredi defuncti, his omnibus relatis quæ in chartis præcedentibus continentur, profitetur mediam partem decem librarum et octodecim solidorum annuatim percipiendorum ex domibus sitis Parisiis, ante crucem du Tyrouel et in vico Richebourt, quæ media pars contingebat Gaufridum, filium suum, dicti Auveredi hæredem, nunc ad episcopum Parisiensem, dicto Gaufrido sine hærede defuncto, legitime pertinere, retento tamen sibi, ad vitam, istius mediæ partis usufructu.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, die sabbati post octabas festi beati Martini estivalis[1].

XLVIII.

30 apr. 1283. Littera admortizationis, facte cantori et capitulo Sancti Honorati, de viginti duobus solidis et tribus denariis Parisiensibus.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram Johanne dicto Casnel[2] et Nicholao de Verberia, clericis nostris juratis, ad hoc a nobis specialiter destinatis, quibus, quantum ad hec, fidem adhibemus, constituti cantor et capitulum ecclesie Sancti Honorati Parisiensis, asseruerunt coram dictis clericis nostris, quod, cum ipsi, nomine sue ecclesie predicte, plures census augmentatos seu redditus infrascriptos haberent, tenerent et possiderent, non admortizatos in terra, dominio ac jurisditione domini Parisiensis episcopi, super diversis locis et domibus, prout inferius annotatur, videlicet: super domo Sanguini pastillarii, sita in Frigido Mantello, contigua, ex una parte, domui Guillelmi dicti Bone Fille, et, ex alia parte, domui Johannis de Lyons, quatuordecim solidos Parisienses; item, super domo Petri dicti de Tour, sita in dicto vico.... quatuor solidos Parisienses; item, super domo Guillermi lathomi, sita in Campo Florido, contigua, ex una parte, domui Reginaldi de Quiquempoit.... triginta quatuor solidos Parisienses; item, super domo Odonis figuli, sita ante Sanctum Honoratum, contigua.... domui dicti Odonis, facienti cuneum vici qui dicitur vicus Cantoris.... quinque solidos Parisienses; item, super domo Guillelmi plastrerii, sita in vico

[1] Hæ litteræ superioribus sunt annexæ. [2] In Parvo Chartul.: *Quesnel.*

Henrici de Guernelles, contigua, ex una parte, domui Hugonis textoris.... duodecim solidos Parisienses; item, super domo Guillelmi de Surenis, sita in vico qui dicitur Con de Bacom.... tres solidos Parisienses; item, super domo Jacobi de Silvanectis, sita in vico de Furno, contigua, ex una parte, domui Natalis dicti Coci, et, ex alia parte, domui Johannis dicti le Borgnie, duodecim solidos Parisienses; item, super domo Petri Dorillet[1], sita ultra portam Montis Martirum, contigua, ex una parte, porte predicte, et domui Margarete la Paonne, ex altera, quinque solidos Parisienses. Quos census sive redditus ceperat reverendus pater Ranulphus, Dei gratia Parisiensis episcopus, in manu sua, quia nolebat dictos cantorem et capitulum predictos census sive redditus tenere in manu mortua. Tandem, ad supplicationem dictorum cantoris et capituli, idem dominus Parisiensis episcopus, suo et ecclesie sue Parisiensis nomine, voluit et concessit ut ipsi cantor et capitulum, sine coactione vendendi aut extra manum suam ponendi, dictos census sive redditus, nomine sue ecclesie, habeant, teneant et possideant ex nunc in futurum, dicto tamen episcopo aut successoribus suis, pro dicta admortizatione, ab eodem episcopo retentis viginti duobus solidis, tribus denariis Parisiensibus annui census sive redditus de censibus et redditibus predictis, pro indiviso habendis et percipiendis ex nunc in futurum, per manus dictorum cantoris et capituli, quolibet anno, duobus terminis, videlicet ad nativitatem beati Johannis Baptiste undecim solidis et tribus obolis, et totidem ad subsequens festum nativitatis Domini, ut dicebant dicti cantor et capitulum, coram predictis clericis nostris. Propter quod, dicti cantor et capitulum, coram clericis antedictis promiserunt, *etc.*... In cujus rei testimonium, ad relationem dictorum clericorum, sigillum curie Parisiensis, una cum sigillo dicti capituli, de voluntate ipsius appenso, presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio, die veneris post *Quasimodo*.

[1] In Parvo Chartul. : *Doublet*.

XLIX.

11 nov. 1283. Littera de sexdecim libris Parisiensibus redditus, debitis domino Parisiensi episcopo a Cecis Parisiensibus, pro terra sibi tradita et pro amortizatione sibi facta.

Universis presentes litteras inspecturis, curiarum Parisiensis et reverendi patris domini Ancheri cardinalis ac Guillelmi archidiaconorum, ecclesie Parisiensis officiales, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia, Stephanus dictus de Grangiis, civis Parisiensis, provisor domus congregationis pauperum Cecorum Parisiensium, site prope Sanctum Honoratum, nomine ipsius domus et congregationis ejusdem, et coram Durando de Vico Novo, dicte curie Parisiensis, Johanne Lothoringo, dicte curie archidiaconi, et magistro Jacobo de Atrabato, dicte curie Guillelmi clericis juratis, ad hoc a nobis specialiter destinatis, quibus fidem adhibemus; congregatio seu universitas dicte domus Cecorum constituti, presente eciam ibidem dicto Stephano, provisore, et prestante eidem congregationi, in presencia dictorum clericorum, auctoritatem ad infrascripta facienda; asseruerunt quod, cum dicta congregatio haberet, teneret et possideret, in censiva et dominio venerabilis patris R.[1], Dei gratia Parisiensis episcopi, et ecclesie Parisiensis, census seu redditus augmentatos et bona que secuntur, scilicet: in vico de Frigido Mantello, super domo Thiecie bufetcrie, contigua domui Henrici le Page, ex una parte, et, a parte posteriori, domui de Lupara, duos solidos et sex denarios; item, super domo Roberti Strabonis, dicte domui prefate Thiecie contigua, duos solidos et sex denarios; item, super domo Nicholai de Fossatis, contigua dicte domui Roberti Strabonis, quinque solidos; item, super domo domini Johannis de Sancto Jacobo, contigua prediete domui dicti Nicholai, duodecim solidos; item, super domo Guillelmi coci, contigua cuidam domui dicte congregationis, quatuor cameras continente, decem solidos; item, super quodam solario quod fuit Alani Britonis, cujus solarii proprietas ad dictum dominum episcopum dicitur pertinere, contiguo dicte domui Guillelmi coci, novem solidos, septem denarios et obolum; item, in vico Sancti Salvatoris, super domo Henrici corneterii, quam Petrus

[1] Ranulphus.

dictus Consin tenere dicitur, sita inter domum Galteri Nivat et domum Radulphi Normanni, viginti solidos; item, prope Nigellam, super domo Rogeri vaginarii, sita inter domum Henrici furnerii et domum Ricardi dicti Poilehaste, viginti solidos; item, in Magno Vico Parisiensi, super quadam domo, sita inter domum Stephani Britonis et domum Guiardi Azonis, quinque solidos; item, super domo magistri Galieni de Pisis, sita in vico de Stupis, inter domum Johannis de Stupis et domum Thome de Carnoto, tapicerii, viginti quinque solidos, ex legato deffuncte Marie la Blanchete, quondam uxoris deffuncti Johannis Mathei; item, predictam domum, continentem quatuor cameras, contiguam domui domini Johannis de Sancto Jacobo, valentem de locagio per annum circiter triginta sex solidos, ut dicitur; de quibus censibus et domo predictis debentur annuatim decem solidi personis infrascriptis, videlicet Guiardo de Tramblayo quatuor solidi, duobus terminis, ad Pascha et festum sancti Remigii; item, et heredibus de Terminis sex solidi, dictis duobus terminis; teneret etiam et possideret ipsa congregatio, in censiva et dominio dicti domini episcopi quedam alia bona infrascripta videlicet : unum arpentum terre, situm in porprisio dicte domus sue, a parte posteriori, contiguum muris domus comitis Britannie, et, ex uno latere, deversus Parisius, contiguum jardino Johannis Martini, et, ex alio latere, per deversus Rotuhm, terre ipsius congregationis, que contigua est Culture dicti domini episcopi; item, quoddam oratorium, situm in porprisio dicte domus Cecorum, juxta magnum cheminum Sancti Honorati, ab oppositis domus Gaufridi dicti le Melle, pelliparii, continens de longo octo tesias et quinque pedes vel circiter, et in lato quatuor tesias et unum pedem vel circiter; dictusque dominus episcopus compelleret dictam congregationem ad ponendum predicta extra mamm suam; ac etiam ex parte ipsius congregationis fuisset dicto domino episcopo humiliter supplicatum, ut idem dominus episcopus census seu redditus augmentatos predictos et dictam domum, quatuor cameras continentem, ac dictum arpentum terre, ad opus cimiterii, pro inhumatione corporum pauperum cecorum in dicta domo decedentium, et aliorum defunctorum qui ibidem processu temporis suam elegerint sepulturam, nec non et predictum oratorium, ad opus capelle, pro divinis officiis ibidem celebrandis, salvo jure parrochiali,

amortizare dignaretur, ac permitteret ipsam congregationem habere ad usum ipsius capelle duas campanas, quamlibet ponderis centum librarum, in quodam campanili de novo erecto supra introitum domus predicte, prope capellam predictam, presertim cum hoc a decano, capitulo et curato ecclesie Sancti Germani Autissiodorensis, Parisiensis, fuisset eis, ut dicitur, concessum; tandem dictus dominus episcopus, prout dictus provisor, coram nobis, et dicta congregatio, coram dictis clericis juratis, asseruerunt, supplicationi dicte congregationis annuendo, pietatis intuitu, pensata utilitate dicte ecclesie Parisiensis, habito, ut dicitur, super hoc bonorum consilio, eidem congregationi et dicte domui sue predictos redditus seu census augmentatos et alia bona predicta duxit admortizandum, in modum qui sequitur, videlicet : quod idem dominus episcopus voluit et concessit quod dicta domus Cecorum et congregatio ejusdem habeant et possideant in futurum, ad usus predictos, augmentatos census predictos et alia bona predicta, absque coactione aliqua vendendi, distrahendi, vel extra manum suam ponendi; salva tamen et retenta eidem domino episcopo et dicte Parisiensi ecclesie suisque successoribus, in censibus et redditibus supradictis, omnimoda jurisdictione et justicia ac dominio et censu capitali, si quis inde sibi debeatur; salvis etiam sibi et suis successoribus ac dicte Parisiensi ecclesie in prefatis arpento terre, ad opus cimiterii, et oratorio, ad opus capelle, ut dictum est, deputatis, juribus et redevenciis episcopalibus et spiritualibus quibuscumque, et salvo omni jure parrochiali. Item, asseruerunt dicti provisor et congregatio, quod dictus dominus episcopus, pro hujusmodi admortizatione, sibi et dicte Parisiensi ecclesie ac suis successoribus retinuerat, de voluntate et assensu dictorum provisoris et congregationis, sex libras Parisienses annui redditus seu census, habendas et percipiendas ab ipso domino episcopo et suis successoribus annuatim, per manus magistri seu provisoris domus et congregationis predictarum qui pro tempore fuerint, quatuor terminis Parisius consuetis, primitus pro indiviso, super possessionibus, censibus et redditibus supradictis; ita quod, pro illis sex libris annui redditus seu census, dictus dominus episcopus et sui successores, quocienscumque opus fuerit, poterunt in eisdem possessionibus, censibus et redditibus et qualibet parte eorumdem suam plenius justiciam exer-

cere. Que omnia et singula predicta dictus provisor, coram nobis, nomine dicte domus Cecorum et congregationis ejusdem, et dicta congregatio seu universitas, coram dictis clericis juratis, voluerunt et ratificaverunt et eis sponte aquieverunt, eaque omnia servare promiserunt et contra in aliquo non venire, dictasque sex libras annui redditus seu census reddere annuatim imposterum dicto domino episcopo et suis successoribus, terminis et modo superius declaratis; se et suos successores provisores dicte domus, ipsamque domum ac bona predicta, quantum ad hoc, dicto domino episcopo et suis successoribus specialiter obligantes. Recognoverunt etiam dicti provisor et universitas, quod dictus dominus episcopus concesserat eis habere in dicto campanili dictas duas campanas, ad usum dicte capelle, ponderis supradicti, ac eis tradiderat et concesserat in perpetuum, de Cultura ipsius domini episcopi, sita juxta dictam domum Cecorum, quinque arpenta terre in uno tenente, ex parte domus eorumdem, a fossato scilicet supra viam publicam, de longo in longum, secus murum domus eorum et murum domus comitis Britannie, usque ad metam positam juxta muros terre tegulariarum, pro decem libris Parisiensibus annui redditus seu census, a dicto domino episcopo et suis successoribus Parisiensibus episcopis, per manus provisoris domus et congregationis predictarum, qui pro tempore fuerint, in festo Omnium Sanctorum, super dictis quinque arpentis terre et aliis omnibus dicte domus bonis percipiendis imposterum annuatim, prima solutione ad festum Omnium Sanctorum proximo venturum, ut dicebant, incipiente; salva tamen et retenta ipsi domino episcopo et suis successoribus omni justicia et jurisdictione et dominio in dictis quinque arpentis terre, et salvo sibi omni alio jure suo. Quas decem libras annui redditus seu census predictas dictus provisor, coram nobis, nomine dicte domus Cecorum et congregationis ejusdem, ipsaque congregatio, coram predictis clericis juratis, confitentes se dicta quinque arpenta terre recepisse a dicto domino episcopo, pro eisdem decem libris annui redditus seu census, sub forma predicta promiserunt reddere imposterum super dictis quinque arpentis terre et aliis dicte domus bonis, modo et termino antedictis; se, quantum ad hoc, nomine quo supra, et successores suos provisores dicte domus et omnia bona ejusdem obligantes. Predicta autem omnia acta fuerunt a

dicto provisore, nomine dicte domus Cecorum et congregationis ejusdem, coram nobis, et a dicta congregatione, coram dictis clericis juratis, prout ipsi clerici nobis retulerunt viva voce. Ad quorum relationem et dicti provisoris petitionem, sigilla curiarum nostrarum predictarum duximus presentibus litteris apponenda, in testimonium et memoriam rei geste. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, die dominica post hyemale festum beati Martini, mense novembri.

L.

9 jan. 1284. Agnes, abbatissa monasterii Sancti Antonii, Cisterciensis ordinis, ad Parisios, profitetur annuum censum viginti quinque solidorum ab eodem monasterio deberi reverendo patri Ranulpho, Parisiensi episcopo, propter amortizationem centum solidorum Parisiensium, quos Sancti Antonii conventus percipiebat annuatim e quadam domo, sita Parisiis, Salneriæ, in terra episcopi.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio, die dominica post epiphaniam Domini.

LI.

12 dec. 1282. Johannes dictus Filluel, presbyter beneficiatus in ecclesia Sancti Germani Autissiodorensis, Parisiis, promittit se soluturum quotannis Ranulpho, Parisiensi episcopo, censum quinque solidorum, pro admortizatione viginti solidorum annui census, quos dictus Johannes, ratione beneficii sui, percipiebat Parisiis e quadam domo, sita in vico Sancti Germani Autissiodorensis, in cuneo vici Cervi.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, die sabbati post festum beati Nicholay hyemalis.

LXII.

Apr. 1258-59. Littera de quinquaginta solidis reddituis, debitis domino Parisiensi episcopo, super domo Gaufridi de Pontisera, sita in magno vico Sancti Honorati, contigua domui Roberti de Cercellis.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis constituti, Ganfridus de Pontisera, civis Parisiensis, et Maria, ejus uxor, asseruerunt quod ipsi habebant et percipiebant, annis singulis, quatuor libras Parisienses incrementi census seu annui redditus, super quadam

domo, sita Parisius, in magno vico Sancti Honorati Parisiensis, contigua domui Roberti de Cercellis, ex una parte, et domui Hervei Britonis, ex altera, in censiva domini Parisiensis episcopi, ut dicebant. Que domus onerata est, ut dicebant, in sexaginta et decem solidis Parisiensibus, ante dictas quatuor libras debitis, ut dicebant, Matheo dicto Forre et Johanni dicto ly Gay.... De quibus quatuor libris Parisiensibus incrementi census sive annui redditus, predicti Gaufridus et Maria, ejus uxor, coram nobis constituti, recognoverunt se vendidisse et imperpetuum quittavisse domino Parisiensi episcopo et causam habentibus ab eodem, ad opus luminaris faciendi in ecclesia Beate Marie Parisiensis, in honore beate Anne, nativitatis Domini et Purificationis, quinquaginta solidos Parisienses, habendos et percipiendos ab eodem domino Parisiensi episcopo, et causam habentibus ab eodem, super dicta domo, annuatim imposterum, quatuor terminis Parisius consuetis, imediate post dictos sexaginta et decem solidos, pro triginta et octo libris Parisiensibus, jam sibi solutis in pecunia numerata, ut ipsi venditores confessi sunt coram nobis. Renunciantes, *etc.*... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense aprili.

LIII.

Gaufridus de Pontisara, civis Parisiensis, et ejus uxor Maria, vendunt, pretio novem librarum Parisiensium, episcopo Parisiensi, decem solidos annui census de summa quatuor librarum et dimidiæ, quam iidem conjuges percipiebant annuatim e domo cujus in charta superiore mentio fit. Febr. 1259.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense febriario.

LIV.

Littera de emptione facta a Philippo de Brunayo, armigero, et ejus uxore, de quinquaginta tribus solidis et quatuor denariis census super domo Nicholay la Pie, in Gravia, et de feodo et retrofeodo de Gentilliaco, emptis ab eisdem armigero et ejus uxore. 6 aug. 1271

Universis presentes litteras inspecturis, reverendi patris domini Ancheri, cardinalis, et Garneri, archidiaconorum ecclesie Parisiensis, curiarum officiales, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia constituti, Philippus de Brunayo, armiger, et domicella Ma-

bilia, ejus uxor, asseruerunt quod ipsi, ex hereditate ipsius armigeri, habebant, percipiebant, tenebant et possidebant census et redditus, feuda et retrofeuda, infrascriptos, videlicet : duas partes quatuor librarum Parisiensium censuales super quadam domo Nicholay dieti la Pie, sita Parisius, in vico de Gravia, solvendas quatuor terminis Parisius consuetis; item, duas partes feudi, siti apud Gentilliacum, quod dicebant Gaufridum de Jaagniaco, armigerum, ab ipso Philippo tenere; item, duas partes feudi, siti apud Gentilliacum, quod dicebant nobilem mulierem Margaretam de Balneolis ab eodem Philippo tenere; item, duas partes feudi seu feudorum, sitorum apud Cauaberias, quod vel que dicebant Johannem de Placentia et Guillelmum de Gournayo ab ipso Philippo tenere; item, duas partes feudi, siti apud Jaagniacum, quod dicebant ipsi Philippus et domicella Mabilia dominum Guillelmum de Jaagniaco, militem, ab ipso Philippo tenere. Que siquidem feuda omnia et singula predicti Philippus et domicella Mabilia, asserentes de feudo domini Parisiensis episcopi movere, recognoverunt et confessi sunt in jure, coram nobis, se dictas partes seu porciones, ipsum Philippum in dictis feudis et quatuor libris censualibus predictis, ut dictum est, contingentes, cum omnibus retrofeudis, dominio, justiciis et omnibus aliis juribus, quocunque nomine censeantur, que sibi competebant et competere poterant, ratione quacunque seu causa, et etiam omnia alia et singula que idem Philippus tenet vel tenere debet vel habere in dictis locis vel alibi a predicto domino Parisiensi episcopo, vendidisse et ex nunc imperpetuum vendicionis nomine concessisse et quittavisse predicto domino episcopo Parisiensi, ab ipso et ejus successoribus seu ab eo causam habentibus habenda et perpetuo possidenda, pro centum libris Parisiensibus, jam eisdem venditoribus solutis ab eodem domino episcopo, in pecunia numerata, ut dicebant.... Et promiserunt.... quod solvent dicto domino episcopo vel ejus successoribus viginti libras Parisienses, pro pena et nomine pene, expensarum et interesse, si dictam venditionem seu res venditas supradictas retrahi contigerit ab aliquo vel evinci.... In quorum omnium testimonium et munimen, hiis presentibus litteris sigilla earumdem curiarum duximus apponenda. Datum die jovis post festum inventionis beati Stephani, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo.

LV.

Littera de quatuor libris Parisiensibus redditus super quadam domo cum platea que fuit Johannis ad Onera, sita in vico Sancti Germani Autissiodorensis Parisius, pro quadam capellania fundata in ecclesia Beate Marie Parisiensis. Jun. 1255.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Johannes et Petrus, ecclesie Parisiensis archidiaconi, salutem in Domino. Noverint universi nos litteras reverendi patris Reginaldus, Dei gratia Parisiensis episcopi, vidisse sub hac forma : Mai. 1255.

« Reginaldus, miseratione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum deffunctus Adam dictus Bigue, quondam civis Parisiensis, ob remedium animarum ipsius et Florie, uxoris sue, preceperit institui quandam capellaniam in ecclesia Beate Marie Parisiensis; ad opus cujus capellanie, tam dictus deffunctus quam dicta Floria, quam Petrus dictus Mouton et Petrus dictus Bourdon, executores testamenti dicti defuncti, una cum defuncto Johanne de Barris, quondam canonico Parisiensi, coexecutore ipsorum, emerunt et acquisierunt in terra et dominio nostro res inferius annotatas, videlicet : sex libras Parisienses augmentati census, sitas, ut dicitur, Parisius, super quadam domo cum quadam platea sita, ut dicitur, retro dictam domum, que fuit, ut dicitur, defuncti Johannis dicti ad Onera, piscatoris, in vico Sancti Germani Autissiodorensis Parisius, oneratas, ut dicitur, in quatuor denariis et obolo capitalis census, nobis annuatim a capellano dicte capellanie, quicumque pro tempore fuerit, persolvendis; item, centum et duos solidos Parisienses augmentati census, sitos, ut dicitur, super duabus domibus contiguis sitis, ut dicitur, in Cultura nostra, in vico qui tendit de Castro Festu ad ecclesiam Sancti Eustachii Parisiensis, inter granchiam que fuit defuncti Antoul et granchiam Reginaldi dicti de Vicecomitatu, clerici; et viginti alios solidos Parisienses augmentati census super quadam alia domo, sita, ut dicitur, in vico Castri Festuci, que fuit, ut dicitur, Roberti de Chambiaco. De quibus sex libris et duobus solidis augmentati census dictus capellanus dicte capellanie, quicumque pro tempore fuerit, nobis solvet annuatim duos solidos Parisienses capitalis census. Item, sexdecim solidos augmentati census super quadam domo,

sita Parisius, in vico qui dicitur Campus Floridus, prope Sanctum Honoratum, contigua domui Petri de Monte Leterico, clerici; item, sexaginta solidos Parisienses augmentati census, sitos, ut dicitur, super quadam domo, sita Parisius, in vico Furni, contigua domui Henrici de Momboun[1], ex una parte, et domui Johannis pilicerii, ut dicitur, ex altera, onerata in duodecim denariis capitalis census, quam domum tenet, ut dicitur, Thomas dictus Megret; item, quadraginta et unum solidos Parisienses annui redditus, incrementi census, sitos, ut dicitur, super tribus domibus, sitis, sibi invicem contiguis, in buto vici per quem itur ad Nigellam; et quandam domum contiguam predictis domibus, sitam, ut dicitur, inter domos predictas, et domui Richardi le tapicier. Qui quadraginta et unus solidi incrementi census et domus predicta onerati sunt, ut dicitur, in duodecim solidis et tribus denariis Parisiensibus augmentati census. Nos, ad petitionem bonorum, considerantes dicti defuncti pium propositum, volumus et concedimus quod capellanus ejusdem capellanie, qui pro tempore fuerit, perpetuo teneat et possideat in manu mortua, sine coactione vendendi aut extra manum suam ponendi, omnes res et singulas antedictas. Et promittimus quod contra premissa imposterum nullatenus veniemus; tali modo, quod nos et successores nostri, ratione concessionis hujusmodi manus mortue, habebimus et percipiemus quatuor libras Parisienses annui redditus super predictis sex libris Parisiensibus augmentati census, sitis super domo et platea supradictis, annuatim, pre omnibus aliis, quatuor terminis Parisius consuetis; salvis tamen nobis et successoribus nostris omni jure, jurisdictione et justitia in rebus predictis; preter hoc quod ipsum capellanum prediete capellanie, quicumque pro tempore fuerit, nos vel successores nostri non poterimus compellere ad vendendum aut extra manum suam ponendum res predictas vel quamlibet de premissis. Hec autem acta sunt de consensu et voluntate dicte Florie et predictorum Petri Mouton et Petri Bourdon, executorum ejusdem defuncti. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M°CC° quinquagesimo quinto, mense mayo. »

In cujus rei testimonium, nos predicti archidiaconi presentibus litte-

[1] In Parvo Chartul. : *de Momboon.*

ris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense junio.

LVI.

Littera qua Johannes de Chetainvilla et Johanna, mater ejus, vendiderunt episcopo Parisiensi multa bona sita Parisius, prout aparet in tenore patenti. 1238.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Odo de Gallandia, ecclesie Parisiensis archidiaconus, eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod Johannes de Chetainvilla, armiger, filius quondam defuncti Johannis de Chetainvilla, militis, et Johanna, mater ejusdem armigeri, relicta dicti defuncti, nunc uxor Guidonis de Vere Magno, militis, et idem Guido, in nostra presentia constituti, asseruerunt quod res que inferius continentur movent de feodo suo et ex parte dicti defuncti Johannis de Chetainvilla, militis, videlicet: furnus juxta Parvum Ponteu Parisius et domus juxta furnum, cum appendiciis; vinee clausi Sancti Stephani de Gressibus; vinee et terre apud Marivaus et Vallem Viridem; item, quidam census prope Sanctum Severinum; que omnia tenent in feodum Johannes, Guillelmus Hecelini, fratres, et Nicholaus Erodis, ratione liberorum defuncti Hecelini viarii, quos habet idem Nicholaus in ballo suo. Et de predictis omnibus sunt homines sui ligii, et fecerunt sibi tria homagia, et debent facere quandocumque locus et tempus se offerent. Item, quoddam molendinum quod vocatur molendinum Jullardi; item, due domus in Judearia. Que molendinum et domos tenet Stephanus Briesche ab ipsis in feodum ad unum homagium ligium. Item, quedam domus, sita juxta cimiterium Sancti Severini, que fuit quondam ecclesie Novicensis; item, pondus eere Parisiensis; item, feodus quem tenet Guillermus, armiger, de Cenziaco, filius quondam defuncti Gazonis de Roseriis, militis. In quo feodo sunt plura retrofeoda et delmania, que delmania tenent Nicholaus de Rossigniaco et Johannes de Roseriis dictus Bocicaut, milites, et quamplures alii; et sunt homines ligii ejusdem Guillelmi. Qui Guillelmus est homo ligius eorumdem de predictis. Asseruerunt autem quod omnia predicta tenebant in feodum a domino Radulpho de Plesseyo, milite, et idem Radulphus a domino episcopo Parisiensi. Prefati autem Johannes armiger, Johanna, mater ejus, et Guido miles, ejus maritus, omnia

predicta, que asseruerunt esse sua et que ab eis tenebantur, de feodo domini episcopi movencia, et omnia jura que sibi in predictis rebus competebant et competere poterant quoquo modo, vendiderunt coram nobis reverendo patri G.[1], Dei gratia Parisiensi episcopo, et ejus successoribus imperpetuum, nichil juris in eisdem retinentes, pro sexcies viginti libris Parisiensibus, sibi jam solutis, in pecunia numerata, sicut confessi sunt coram nobis; promittentes, fide in manu nostra corporaliter prestita, per stipulationem sollempnem, quod in predictis rebus, per se vel per alios, jure aliquo nichil de cetero reclamabunt, et quod predictam venditionem domino episcopo et ejus successoribus imperpetuum garantizabunt, ad usus et consuetudines Francie, contra omnes. Quia vero dictus Johannes, in ballo dicti Guidonis existens, nondum erat saisitus de terra sua, ut dicebatur, promiserunt dicti Guido et Johanna, ejus uxor, stipulatione legitima precedente, quod, quamcito idem Johannes de terra sua saisietur, tantum facient et procurabunt, quod idem Johannes, coram quo dictus dominus episcopus Parisiensis voluerit, iterum premissa omnia confitebitur se fecisse et vera esse; nec non quittabit et fidem dabit quod ea omnia garantizabit domino episcopo, prout superius est expressum. Et hoc idem se facturum dictus Johannes, juramento prestito, repromisit. Si autem dictum Johannem mori contigerit, antequam de terra sua saisiatur, promiserunt prefati Guido et ejus uxor, per stipulationem legitimam, quod, si quis, succedens ab intestato eidem Johanni, vel alio modo, ratione dicti Johannis, dominum Parisiensem episcopum, vel illos qui feodos predictos tenerent, in aliquo molestarent vel super aliquo alicui moverent questionem vel facerent moveri, ipsi facerent eosdem inquietatores vel inquietatorem tacere et quittare res omnes superius nominatas, et nichilominus omnia dampna et deperdita inde habita resaisirent, se et sua et heredes suos, quantum ad hoc, obligantes; renuntiantes beneficio legis qua cavetur ne tutor, finita tutela, teneatur, et quod actiones in pupillum factum adultum transferantur, et omni alii juris auxilio quod posset eis valere et domino episcopo nocere in aliquo premissorum. Item, promiserunt, per stipulationem legitimam, quod, si forte venditionem hujus-

[1] Guillelmus.

modi retrahi contigerit vel evinci, vel si forte res aliqua de premissis evinceretur vel retraheretur, vel domino episcopo non liceret habere res predictas vel aliquam ipsarum, ipsi Johannes, Johanna et Guido predicti precium nec non omnes misias, dampna, deperdita et expensas, que dominus episcopus, quicunque fuerit, diceret simplici verbo, absque alia probatione, se incurrisse, sibi ad plenum restituerent. Et, de hoc ac de omnibus premissis complendis et fideliter adimplendis et firmiter observandis, juramentum, tactis sacrosanctis euvangeliis, coram nobis, corporaliter prestiterunt, nec non omnia bona sua, mobilia et immobilia, habita et habenda, domino episcopo et ejus successoribus specialiter obligarunt, et in hiis omnibus heredes suos oneraverunt. Volentes et concedentes ut dominus episcopus, qui pro tempore fuerit, ad eadem bona, ubicumque ea esse contigerit, propria auctoritate sive auctoritate judiciali vel alias, prout voluerit, possit se assignare et ea capere, si defficerent in aliquo premissorum, donec eidem episcopo super defectu, ad dictum et voluntatem ipsius episcopi, esset per integrum satisfactum. Preterea, de hiis omnibus tenendis, complendis, garantizandis, nec non de omnibus dampnis, misis, deperditis et expensis domino episcopo, ut dictum est, restituendis, Ferricus de Soisiaco, Johannes Briart, Nicholaus de Rosseriaco, Johannes Bucicaut, milites, Odo Briart, Philippus Challant, et Johannes de Saliceya, armigeri, quilibet in solidum et per fidem, constituerunt se plegios, coram nobis, et principaliter responsales. In quorum omnium testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo.

LVII.

Charta Ludovici, abbatis, totiusque conventus Sancti Maglorii Parisiensis, qua notum fit, de sexaginta sex solidis annui census, quos idem conventus percipiebat e duabus domibus, sitis in censiva episcopali, una in Hanteria juxta Sanctam Opportunam, altera in cuneo vici Sancti Germani Autissiodorensis, Ranulphum, Parisiensem episcopum, ita disposuisse, ut quadraginta quatuor solidi ab eisdem abbate et conventu Sancti Maglorii in manu mortua tenerentur, reliquis viginti duobus solidis episcopo et ejus successoribus, pro dicta amortisatione, in perpetuum reservatis. 26 oct. 1283.

.... Datum anno Domini M° CC° octogesimo tertio, die martis ante festum Omnium Sanctorum.

LVIII.

12 jul. 1275. Cum Parisiensis episcopus permisisset quemdam viculum, in terra sua situm et ad Sequanam ducentem, claudi a Johanne de Latigniaco, aurifabro, qui in eodem viculo domum erat ædificaturus, idem Johannes predicto episcopo assignat, in compensatione, viginti solidos Parisienses annui incrementi census, percipiendos e quadam domo, sita Parisiis, in terra episcopi, in via Lotricum, contigua domui Dionysii coffrerii et domui magistri Richardi de Virzione.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, die veneris post octabas beati Martini estivalis, mense julio[1].

LIX.

22 sept. 1308. Frémin de Coquerel, garde de la prévôté de Paris, atteste que Gervayse, le tailleur de robes, et Érambourg, sa femme, ont pris à cens ou à rente, ensemble et solidairement, de Guillaume, évêque de Paris, quatre arpents de terre labourable, sur le bord de la Seine, en deçà du Ponceau de Chaillot, moyennant douze sous parisis de vieille et forte monnaie pour chaque arpent, avec convention qu'en cas de non payement ou d'insuffisance des quatre arpents pour l'acquit du cens annuel, il sera perçu par l'évêque ou ses successeurs sur la maison des preneurs, située au bout de la rue de Frémantel, près de la grange Gentien.

En tesmoing de ce, nous, à la requeste des diz preneurs, avons mis en ces lettres le scel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil trois cenz et huit, le diemanche après la Saint-Maty, apostre.

LX.

16 apr. 1308. Littera de terra sita inter forum Poreorum et Villam Episcopi, quam Johannes Bourdon vendidit domino episcopo Parisiensi.

A tous cens qui ces lettres verront, Frémin de Coquerel, garde de la prévosté de Paris, salut. Nous faisons assavoir que, pardevant nous personelment establi en jugement, Jehan Bourdon, fil de feu Adam Bourdon, bourgois de Paris, aferma que il, de son propre héritaige, avoit, tenoit et posseoit deus pièces de terre, contenanz trois arpenz et quinze perches, ou environ, assises entre le merchié aus Pourcians et la Ville-l'Avesque, tenant, l'une pièce, à la terre Jaques de Cormelles, et d'un bout à la place que l'en dit le marchié aus Chevaus, et de l'autre bout tenant à la terre Saint-Victor; et l'autre pièce tenant d'une

[1] Charta altera de eadem re, data eodem anno, mense augusto, in eo differt a superiore, quod in ea Johannes de Latigniaco ædificia in viculo construenda episcopo et successoribus ejus oppignerat.

part au devant dit Jaques de Cormeilles, et d'autre part à la terre Bertaut Popin, et d'un bout à la chaucie le Roy, et de l'autre bout à la terre Saint-Victor; tout en la censive Saint-Denis-de-la-Chartre, chargé en deus soulz parisis de cens ou de rente, deuz par an à la Saint-Jehan-Baptiste, si comme il disent. Lesquelles deus pièces de terre devant dictes, si comme elles se comportent, le devant dit Jehan Bourdon, de sa bonne volenté, recongnut en droit, per devant nous, lui avoir vendu, et, en nom de pure vente, quitté, octroié, et de tout en tont délaissié dès orendroit à touz jours à révérent père en Jhésucrit monseigneur l'avesque de Paris et à ses successeurs évesques de Paris, c'est assavoir, chascum arpent pour le pris de douze livres parisis fors, et ainsinc de plus plus et de moins moins, que ledit Jehan, vendeur, confessa jà avoir euz et receuz, pour toute la vente, dudit évesque ou de son commandement, en bons deniers comptez et nombrez avant la confection de ces lettres, et s'en tint à bien païez par devant nous.... Et li rendra et païera le quint denier du pris dessus dit, en non de peine, se ladicte vente estoit retraite ou eue d'aucum en tout ou en partie, avec touz autres droiz, coustemenz qui faiz i seroient par deffaut de garantie, dont il promist à croire le pourteur de ces lettres par son simple serment, sanz autre preuve faire.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le scel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil troiz cenz et huit, le mardi amprès Pasques.

LXI.

Devant Jean Ployebauch, garde de la prévôté de Paris, Jean de Dammartin, chanoine de Chartres, reconnaît avoir pris à cens de Guillaume, évêque de Paris, la grange où se mettaient les grains de l'évêque, lorsque celui-ci faisait valoir ses terres situées près de Paris, qui ont été données depuis à cens perpétuel; plus les maison, cour, jardin et autres dépendances, le tout situé rue de la Porte-Saint-Honoré, contigu d'un côté à ladite porte et aux murs de Paris, de l'autre à la maison du preneur; plus un fonds de terre d'un revenu de six deniers; moyennant trente-deux livres dix sous parisis de surcens ou de rente annuelle, et à condition d'employer en trois ans deux cents livres parisis à réparer et améliorer ladite grange avec ses dépendances. 14 sept. 1310.

En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le scel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil ccc et dix, le lundi feste Sainte-Croiz, en septembre.

LXII.

Nov. 1284. Guillelmus de Monte Morenciaco, provisor pauperum magistrorum de Sorbona, et Guillelmus de Bondoffle Theobaldusque de Sorbona, procuratores ceterorum magistrorum dictæ domus, profitentur amortizatam fuisse ab episcopo Parisiensi terram feodalem de Roseriis, ad Sorbonicos magistros pertinentem, sitam Parisiis et extra; et consistentem tam in censibus capitalibus et augmentatis, quam in quatuor arpentis vel circiter vinearum sitarum prope Parisios, inter monasterium Sanctæ Genovefæ et ecclesiam Nostræ Dominæ de Campis, atque in tribus masuris, sitis apud Issiacum : ea lege, ut duæ partes dictæ terræ prædictæ domui Sorbonæ in manu mortua remaneant, tertia parte prædicto episcopo et successoribus ejus, pro dicta amortizatione in perpetuum reservata. Pars episcopi continet census percipiendos e domibus sitis in vicis Sancti Germani de Pratis, Sacaliæ, Judæorum et Citharæ[1], et tria quarteria vinearum in loco qui dicitur la Poterie. Duæ vero partes pauperibus magistris remanentes sunt census debiti a quibusdam domibus in vico Scriptorum, in stricto vico Sancti Severini, in vicis Perforato, Marmosetorum in Civitate, Cloppin et Sine Capite, et a tribus masuris Issiaci; et tria quarteria vineæ, sita in loco qui dicitur les Arennes, ante Sanctum Victorem, aliaque tria quarteria vineæ, contigua vineæ prioris Sanctæ Mariæ de Campis, dimidiumque arpentum vineæ, situm in loco dicto les Braies.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, mense novembri[2].

LXIII.

Mai. 1267. Littera super fondatione capellanie Sancti Leonardi in ecclesia Beati Johannis in Gravia.

Datum per copiam sub sigillo curie archidiaconi Parisiensis. Omnibus presentes litteras inspecturis, Reginaldus, miseratione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, eternam in Domino salutem. Notum facimus quod in nostra comparuerunt presencia dilecti filii Johannes, presbiter parrochialis Sancti Johannis de Gravia, Petrus

[1] In hoc vico percipere debebat episcopus tres solidos et sex denarios in domo Radulphi *de Termis*. Bulæus impressit *de Ternis*; haud recte quidem, si Radulphus ille, ut id credere fas est, antiquissimum Thermarum castrum, vel domum eidem castro vicinam inhabitabat.

[2] Hanc chartam totam habes apud Bulæum, *Hist. Univ. Paris.*, t. III, p. 235, ubi perperam legitur *Guill. de Monte Morcinco*. In cod. præmittuntur huic chartæ : 1° literæ Clementis papæ IV, quibus, statuta conventus pauperum magistrorum approbans, jubet eorum provisorem eligi ab archidiacono loci, cancellario Parisiensi, magistris regentibus in theologiæ facultate, decanis decretistarum et medicorum, rectore Universitatis, quatuorque nationum procuratoribus; 2° literæ Guillelmi archidiaconi, quibus testatur Guillelmum de Monte Morenciaco, antea archipresbyterum Sancti Severini, nunc canonicum Parisiensem, electum fuisse provisorem domus Sorbonnæ ab eodem archidiacono et cæteris ad quos electionis jus pertinebat. Has quoque duas litteras edidit Bulæus.

Montum [1], civis Parisiensis, et Johanna, ejus uxor; exposueruntque nobis dicti Petrus et Johanna se propositum habere et habuisse fundandi, ob divini cultus augmentum et tam suarum quam parentum et antecessorum suorum animarum salutem, capellaniam quamdam, et quod, ob specialem amorem quem ad ecclesiam Sancti Johannis de Gravia gerebant, de cujus parrochia erant, ut dicebant, eam in ipsa instituere proposuerant. Sed ipsi attendentes, ut dicebant, verbum apostoli dicentis *Spiritum nolite extinguere* [2]; ne de ipsis prophetatum videretur, *Venerunt usque ad partum et non est virtus pariendi* [3], ipsam fundabant ex nunc in ecclesia antedicta; in qua capellania quisdam presbiter celebraret de cetero de defunctis, pro animabus predictorum et omnium fidelium defunctorum. Ad cujus presbiteri sustentationem, assidebant et donabant ex nunc quatuordecim libras Parisienses annui redditus, percipiendas quatuor terminis Parisius consuetis, in quadam domo sita, ut dicitur, ante dictam ecclesiam; et post eorum decessum, totam domum. Ut autem quicumque dictam capellaniam post eorum decessum habuerit, ad serviendum in ea forcius alligetur (vincula enim illius alligatura salutaris [4]), asseruerunt se velle, quod statim, cum eam adeptus fuerit, teneatur jurare, quod, elapso mense a die adeptionis sue, continuam et perpetuam residenciam faciet in parrochia Sancti Johannis, vel in parrochia Sancti Gervasii, si ibi commodius mansionem habeat, prope ecclesiam Sancti Johannis, bona fide; quod intererit, singulis diebus matutinis, majori misse, vesperis et mortuorum vigiliis in dicta ecclesia Sancti Johannis, bona fide; quod, nisi sit sacerdos, se promoveri faciet in sacerdotem infra annum; quod celebrabit ad minus quater in satimana de defunctis, pro animabus predictorum et omnium defunctorum fidelium, nisi haberet impedimentum legitimum, quod, si esset diuturnum, substituet, quousque illud impedimentum cesset, alium loco sui, [qui] intersit horis, mortuorum vigiliis, et quater ad minus celebret in satimana de defunctis in dicta ecclesia, ut est dictum; quod non alienabit dictam domum nec in toto nec in parte; quod eam bona fide sustentabit; quod libros, calicem et orna-

[1] In Parvo Chartul.: *P. Mouton.*
[2] *Ad Thessal.*, I, 19.
[3] *Isaia*, XXXVII, 3.
[4] Fort. leg.: *vincula enim illius alligatura salutaria.*

menta, que in capellania invenerit, fideliter conservabit, et, si aliqua ex ipsis tempore suo perderentur, ea restituet capellanie supradicte; quod in oblationibus quibuscumque, ad manum suam, dum celebrabit, devenientibus, nichil percipiet, sed omnia restituet presbitero parrochiali predicte ecclesie Sancti Johannis vel ipsius mandato ad hoc deputato; quod non sollicitabit parrochianos dicte ecclesie Sancti Johannis in ipsa ecclesia vel extra, quod sibi dent pro missis celebrandis; quod, infra octo dies, a tempore receptionis sue, ibit ad presbiterum parrochialem Sancti Johannis, et prestabit ei fidelitatis juramentum, quod non impetrabit gratiam vel indulgentiam a domino papa, nobis seu successoribus nostris, vel aliis quibuscumque, quod non adimpleat omnia supradicta, et quod, si sibi concederetur vel impetraretur gratia seu indulgentia quod non observaret predicta vel aliquod premissorum, ea nullatenus uteretur. Asserucrunt etiam se velle quod, nisi dictus capellanus observaret omnia supradicta, quod nos vel successores nostri sive officiales Parisienses, denunciatione alteri nostrum a presbitero parrochiali seu aliis honestis viris, ex caritate non ex odii fomite, facta, de defectu ipsius capellani vel inhonestate vite inquisita veritate de plano, sine strepitu ipsum pugniamus, prout expedire viderimus, per substractionem proventuum seu alia pena, vel eciam, si justum fuerit, per privationem beneficii, et detur alteri facienti onus ejus; quod dictus capellanus celebret super altare sancti Leonardi, nisi adeo competens a presbitero parrochiali Sancti Johannis assignaretur eidem; quod dictus presbiter parrochialis teneatur ipsi capellano, celebrare volenti, providere de altari benedicto, clerico, candela, ostiis, vino, aqua ad celebrandum et carbonibus tempore hiemali, quando aliis in ecclesia sua celebrantibus ministrabit carbones; quod dictus capellanus, cantatis matutinis et prima parrochie, possit celebrare, quandocumque voluerit, nisi predicaretur in ecclesia, vel nisi aliqua missa esset incepta : que si incepta fuerit, et capellanus, dum cantabitur, se velit parare ad celebrandum, statim post eam licenter valebit celebrare post ipsam, nisi tunc cantari debeat magna missa; et tunc, dum cantabitur, poterit se ad celebrandum, si voluerit, parare, et statim, ipsa expleta, celebrare. Et omnes oblationes, quacumque hora celebret, erunt parrochialis presbiteri, sicut superius est expressum. Si autem contingeret quod aliqua nominatim legaretur

eidem, seu in visitationibus infirmorum vel aliis casibus ei darentur, sicuti aliis presbiteris in dicta ecclesia morantibus, vel eam frequentantibus, voluerunt quod licite recipere posset ea. Quod, si capellano celebrare volenti denunciaretur a parrochiali presbitero vel ejus mandato, quod expectaret mulierem purificandam, vel post desponsationem ad ecclesiam venire volentem, vel corpus ad ecclesiam deferendum, vel aliquos fideles anniversarium celebrare volentes, expectare teneatur in quolibet istorum casuum per spatium temporis quo posset una missa sine nota celebrari; et, si, elapso secundum estimationem ipsius capellani, bona fide, hujusmodi spacio, predicti ad ecclesiam non venirent, parati statim audire missam, poterit dictus capellanus licite celebrare, nec presbiter parrochialis poterit eum, eo quod cantaverit, molestare[1]. Quod, cum capellanus fidelitatis juramentum presbitero parrochiali fecerit, ut dictum est, presbiter statim dicat ipsi capellano vel clerico, si nondum sit promotus : « Et ego vobis promicto quod omnia in litteris vestre fundationis contenta ad me pertinencia servabo vobis bona fide, et quod ero vobis curialis et favorabilis in omnibus que decebit. » Asseruerunt etiam quod sibi ad dictam capellaniam presentationem, cum quo vellent onere, dum viverent, et alteri ipsorum qui superviveret, retinebant. Post ipsorum vero decessum, volebant quod ad filium suum primogenitum tunc viventem, et, post ipsius filii decessum, ad religiosos viros abbatem et conventum de Becco Helloini, Rothomagensis dyocesis, presentacio cum suprascripto oncre facienda nobis et nostris successoribus deveniret; ita quod nos et successores nostri habeamus in hujusmodi beneficio omne jus quod habemus in beneficiis ad que nobis presentatur. Addentes se velle quod, si post eorum decessum ad dictam capellaniam reciperetur aliquis, qui, per oblivionem vel occupationem, non jurasset predicta, presbiter parrochialis denunciare teneretur nobis seu successoribus nostris, quod quicumque dictam capellaniam habebit, tenetur jurare se facturum premissa, ut nos ve successores nostri, intellecta veritate, velimus et debeamus vocare ipsum receptum et compellere eum ad prestandum juramentum hujusmodi, juxta voluntatem fundancium dictam capellaniam, quam decens

[1] Legitur in codice, sed perperam : *cum eo qui cantaverit.*

est adimplere. Dictus autem presbiter recognovit coram nobis, quod ipse predicta omnia pro se et successoribus suis concedebat et volebat; supplicavitque nobis, et eciam dicti Petrus et Johanna humiliter supplicarunt ac devote quod nos vellemus et approbaremus predicta. Nos autem, pium factum dictorum Petri et Johanne ac honestum consensum dicti presbiteri benigno favore prosequentes, omnia supradicta volumus, concedimus, approbamus et ea auctoritate nostra confirmamus, sigilli nostri munimine munientes. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

LXIV.

15 jul. 1316. Guillelmus, Parisiensis episcopus, concedit ut Imbertus de Lugduno, civis Parisiensis, ejusque successores teneant in manu mortua quamdam domum, sitam Parisiis, extra portam S. Dionysii, supra calceiam, in Magno Vico, contiguam domibus Petri de Brayo, cordubanarii, et Johannis de Cameraco, vitriarii, et, retro, domui Roberti Quinemant; quam domum idem Imbertus, ob exequendum testamentum filiorum suorum, dare proponebat ad construendum quoddam hospitale eum capella, retentis dicto episcopo, in compensatione amortisationis, sex denariis Parisiensibus e fundo terræ, et viginti solidis Parisiensibus annui census ex eadem domo percipiendis.

.... Datum anno Domini millesimo trecentesimo sexto decimo, die jovis ante festum beate Marie Magdalene[1].

LXV.

11 jan. 1309. Ymbert le Feurnier et Édeline, sa femme, demeurant à Paris, hors la porte Saint-Denis, devant la Trinité, prennent à cens de Guillaume, évêque de Paris, trente arpents de terre labourable en une pièce, situés entre Paris et le Roule, au terroir de la Villette-l'Évêque, tenant d'une part au chemin du Roule à Paris, de l'autre aux terres de la Grange-Batailliée, moyennant douze sous parisis de bonne et forte monnaie par arpent, en tout dix-huit livres parisis de cens ou de rente annuelle; au payement de laquelle les preneurs obligent solidairement une maison et huit arpents de vignes dans la ville et le territoire de Mont-Aigernie[2], en la justice et seigneurie du seigneur de Montmorenci.

.... Ce fut fet en l'an de grance mil troiz cenz et huit, ou moins de januel, le jeudi après la Tiphaine.

[1] Edit. apud Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 567. Sequitur in codice nostro alia charta de eadem re et iisdem fere verbis, sed gallice, a Guillelmo de Magdalena, præposito Parisiensi, data 3 aug. 1316.

[2] Autrement, *de Monmaigne*.

LXVI.

Littera de sexaginta quinque solidis annui incrementi census super duabus domibus sitis ante crucem de Tirouel. Jul. 1259.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis archidiaconi Parisiensis et officialis P., ecclesie Parisiensis archidiaconi, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis constituti, Galterus, clericus, dictus Cervisiarius, et Johanna, ejus uxor, asseruerunt quod ipsi habebant et percipiebant annis singulis, quatuor terminis Parisius consuetis, super duabus domibus contiguis, sitis ante Crucem du Tyrouel, in censiva domini Parisiensis episcopi, inter domum Jaquelini dicti Char de Porc et dicti Galteri, sexaginta et quinque solidos Parisienses annui incrementi census; quos siquidem sexaginta et quinque solidos Parisienses annui incrementi census, sitos super dictis duabus domibus, recognoverunt se vendidisse et imperpetuum quittavisse domino Parisiensi episcopo, pro quinquaginta libris Parisiensibus, jam dictis venditoribus solutis in pecunia numerata, sicut confessi sunt coram nobis; renunciantes, *etc.*... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense julio.

LXVII.

Littera de quatuor libris et quindecim denariis annui redditus, a Thoma dicto le Gopil debitis, pro tribus arpentis terre, sitis ultra portam Sancti Honorati post domum dicti Thomæ. 16 nov. 1284.

Universis presentes litteras inspecturis, Parisiensis et reverendi patris domini Ancheri, cardinalis archidiaconi Parisiensis, officiales, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presentia personaliter constitutus, Thomas dictus le Gorpil, taillator sive scissor pannorum illustrissimi regis Francie, asseruit quod reverendus pater Ranulphus, Dei gratia Parisiensis episcopus, quandam peciam terre arabilis in uno tenenti, continentem tria arpenta et unum carterium vel circiter, que ipse reverendus pater habebat, tenebat et possidebat, nomine ecclesie sue Parisiensis, in terra, jurisditione ac dominio ejusdem Parisiensis episcopi, sitam ultra portam Sancti Honorati, retro domum predicti Thome, que quidem domus quondam fuit, cum jardinis ad ipsam per-

tineutibus, defuncti Stephani de Neuore, contiguam, ex uno latere, terre memorati[1] dicti domini Parisiensis episcopi, ex altero latere, terre Sancti Honorati, et, a parte superiori, terre Ade Bourdon, civis Parisiensis, et, a parte inferiori, muris jardinorum domus predicti Thome, eidem Thome suisque heredibus seu causam ab ipso habentibus et habituris, pensatis utilitate et commodo ecclesie dicti domini Parisiensis episcopi, habito super hoc bonorum consilio, tradiderat et concesserat ex nunc in futurum possidendum ab ipso Thoma ejusque heredibus, pro quatuor libris, quindecim denariis Parisiensibus annui capitalis census, habendis et percipiendis a dicto domino episcopo ejusque successoribus Parisiensibus episcopis, quolibet anno, ad festum sancti Remigii, super predicta pecia terre.... Promisit etiam dictus Thomas ponere et implicare in terra predicta triginta libras Turonenses infra biennium in clausura seu aliis coustamentis.... Datum anno Domini M° ducentesimo octogesimo quarto, die jovis post festum beati Martini hiemalis.

LXVIII.

Mart. 1236-37. Littera quod episcopus Parisiensis emit a Radulpho de Meaula, milite, viginti septem solidos, tribus obolis minus, annui census et quoddam feodum juxta Sanctum Bonitum Parisiensem.

Universis presentes litteras inspecturis, H., Parisiensis archidiaconus, in Domino salutem. Universitati vestre notum facimus, quod, in nostra presentia constitutus, Radulphus de Meaula, miles, asseruit quod ipse habebat viginti septem solidos, tribus obolis minus, Parisienses annui census in feodo domini Parisiensis, et quoddam feodum, situm juxta Sanctum Bonitum, quod similiter tenebat a domino Parisiensi, quod Guillelmus Barbete, civis Parisiensis, nunc tenebat ab eo. Predictos autem viginti septem solidos, tribus obolis minus, et omne jus et dominium quod habebat in predicto feodo, et eciam quicquid in eodem feodo habebat vel habere poterat, recognovit coram nobis se reverendo patri Guillelmo, divina permissione Parisiensi episcopo, vendidisse, pro quinquaginta libris Parisiensibus, suis quittis et sibi jam solutis, ut confessus est coram nobis..... Ad hec Richeudis, uxor dicti militis, et

[1] In Parvo Chartul. : *terre mercati*.

nobilis mulier Sebilia, mater ipsius, in nostra presentia constitute, dictam vendicionem voluerunt, laudaverunt et concesserunt.... Conventum autem fuit in dicta venditione, quod, si contingeret eandem vendicionem, ratione proximitatis vel alio modo, evinci vel retrahi, quod dominus Parisiensis quintum haberet in vendicione memorata. Actum ad peticionem dicti militis et uxoris ac matris ipsius, anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense marcio.

LXIX.

Littera quod episcopus Parisiensis habet centum solidos Parisienses annui redditus, pro concessione manus mortue facta magistro et fratribus domus Dei Parisiensis. Dec. 1238.

Guillermus, permissione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, universis presentes litteras inspecturis, eternam in Domino salutem. Notum facimus quod nos, divine pietatis intuitu, volumus et concedimus quod magister et fratres domus Dei Parisiensis habeant et possideant in perpetuum, in manu mortua, sine coactione vendendi, viginti et unam libras et tresdecim solidos Parisienses incrementi census, datos eis in elemosinam, in censiva nostra Parisiensi, annis singulis percipiendos, in locis inferius annotatis, videlicet : super elemosina Havisis la Chanevacère, tredecim libras et duos solidos, de quibus debet, ut dicitur, relicta Laurentii preconis quadraginta solidos, percipiendos supra domum suam, sitam, ut dicitur, Parisius, in Coutura nostra; Philippus de Sancto Dyonisio quinquaginta quinque solidos, percipiendos supra domum suam, sitam, ut dicitur, in predicta Cultura; Radulphus de Puteo quadraginta quinque solidos, percipiendos super domum suam, dictis domibus, ut dicitur, contiguam; Jordanus et Gurnerius[1] de Sancto Martino quadraginta solidos, percipiendos super domum suam, ut dicitur, dictis domibus contiguam; Johannes Galensis decem et octo solidos, percipiendos supra domum suam, sitam, ut dicitur, ante Sanctum Honoratum; Radulphus de Cultura viginti et quatuor solidos, percipiendos super domum suam, sitam, ut dicitur, in vico Castri Festuci; Radulphus de Piru quadraginta solidos, percipiendos super domum suam, sitam, ut dicitur, in vico de Male Parole;

[1] In Parvo Chartul. : *Garinus*.

et super domo defuncti Richardi fructuarii, centum solidos, sita, ut dicitur, juxta domum Stephani Ruffi; et viginti septem solidos percipiendos super quamdam domum, sitam, ut dicitur, super calceyam; et quinque solidos super quandam cameram, sitam, ut dicitur, versus Sanctum Honoratum; et decem et novem solidos super quandam domum, sitam, ut dicitur, juxta domum de Nigella; et quindecim solidos super quandam domum, que fuit presbiteri de Villa Episcopi, ut dicitur; et quinque solidos super domum quandam, sitam versus furnum episcopi; quos dedit eis in elemosinam, ut dicitur, soror Luciani de Curia Nova. Pro hac autem concessione et permissione, tenentur dicti magister et fratres reddere, annis singulis imperpetuum nobis et successoribus nostris centum solidos Parisienses; de quibus reddentur nobis annuatim triginta solidi in festo beati Johannis Baptiste, et triginta solidi in nativitate Domini. Et alios quadraginta solidos assignaverunt nobis predicti magister et fratres, percipiendos imperpetuum super unum arpentum terre, situm, ut dicitur, versus Sanctum Lazarum Parisiensem, quod tenent Filie Dei Parisienses. In cujus rei testimonium, presentem paginam sigilli nostri fecimus munimine roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense decembri.

LXX.

Febr. 1284. Littera de sexaginta solidis annui redditus super domibus Stephani de Bosco, civis Parisiensis.

Universis presentes litteras inspecturis, Parisiensis et reverendi patris domini Ancheri, cardinalis archidiaconi Parisiensis, curiarum officiales, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia constitutus, Thomas dictus le Gourpil, tailliator illustris regis Francie, asseruit quod ipse nuper emerat ab Avelina, relicta defuncti Stephani de Bosco, quondam venditoris lignorum Parisiensis, medietatem pro indiviso que ipsam Avelinam contingebat de pluribus domibus et earum pertinentiis, olim a dicta Avelina et dicto Stephano, dum vivebat, ut dicitur, acquisitis, constante matrimonio inter eos, sitis Parisius, extra portam Sancti Honorati, supra Magnum Vicum, inter domum Roberti la Pye et domum quondam Simonis Gastellarii, in censiva domini Parisiensis epi-

scopi, honeratas in universo in sexdecim solidis Parisiensibus census capitalis, debitis dicto domino episcopo, et in XLIV solidis Parisiensibus incrementi census, certis personis debitis, ut dicebat. Asseruit etiam quod inter dictum dominum Parisiensem episcopum, ad quem alia dictarum domorum medietas extitit per mortem dicti Stephani, qui sine herede dieni, ut dicitur, clausit extremum, devoluta ex una parte, et ipsum Thomam ex altera, fuerunt dicte domus divise; et, per hujusmodi divisionem, medietas dictarum domorum et omnium pertinentiarum earum a parte domus Symonis Gastellarii cesserat in portionem domini episcopi supradicti. Quam medietatem, prout ante et retro se comportat, idem Thomas recognovit coram nobis se a dicto domino Parisiensi episcopo recepisse, ab ipso Thoma et suis heredibus sive ab eo causam habituris perpetuo possidendam, pro sexaginta solidis Parisiensibus census incrementi annui redditus, eidem domino episcopo et suis successoribus Parisiensibus episcopis quittis, ac eis a dicto Thoma et suis heredibus sive ab eo causam habituris annuatim imposterum persolvendis, super ipsa medietate domorum et suis pertinenciis, quatuor terminis Parisius consuetis; salvis dicto domino episcopo et suis successoribus dictis sexdecim solidis capitalis census, percipiendis ab eis ac sibi annuatim persolvendis super omnibus dictis domibus et earum pertinenciis, prout hactenus fieri consuevit, sine ulla diminutione sexaginta solidorum census incrementi predictorum; et salvo eciam dicto domino episcopo, ac sibi et suis successoribus retento omni justicia et jurisditione et aliis juribus quibuslibet in omnibus dictis domibus et pertinentiis earumdem; et eo condito, quod idem Thomas et sui heredes sive ab eo causam habituri medietatem dictorum quadraginta quatuor solidorum census incrementi, in quibus omnes predicte domus sunt primitus, ut dictum est, honerate, persolvere annuatim imposterum, illis quibus debentur, tenebuntur, de suo proprio, et etiam acquittare pro rata dictam medietatem domorum, receptam ab eo contingente solvere de quadraginta quatuor solidis census predictis, et quod idem Thomas tenetur poncre et implicare in meliorationem dicte medietatis domorum, ab eo, ut dictum est, recepte ad censum, quinquaginta libras Parisienses infra triennium proximo venturum. Et promisit idem Thomas, fide prestita corporali, quod ipse, super dicta

medietate, ab eo recepta a prefato domino episcopo de domibus predictis, ut dictum est, persolvet annuatim eidem domino episcopo et suis successoribus Parisiensibus episcopis dictos sexaginta solidos census incrementi, modo et terminis predictis; et alia eciam predicta omnia et singula, prout ad ipsum facienda pertinent, firmiter observabit, quodque dictas quinquaginta libras in melioratione ejusdem medietatis domorum implicabit infra triennium supradictum; obligans, pro ipsa melioratione sic ponenda, *etc.* In cujus rei testimonium, sigilla curiarum predictarum duximus presentibus litteris apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, mense febriario.

LXXI.

Febr. 1283. Egidius de Aciaco, miles, et Maria, ejus uxor, vendunt Renoudo[1], episcopo Parisiensi, pretio octo librarum Parisiensium, tertiam partem cujusdam feodi, siti apud Gentilliacum, in quo sunt homines de corpore; et viginti sex solidos et octo denarios Parisienses annui census, percipiendos Parisiis, e domo Nicholai dicti la Pie, sita juxta ecclesiam Sancti Johannis in Gravia; quæ omnia dicti venditores in feodo tenebant ab episcopo Parisiensi.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo, mense febriario.

LXXII.

Jan. 1284. Johannes, presbyter, provisor domus pauperum scholarium Sancti Thomæ de Lupara, et quidam ejusdem domus clerici profitentur sibi indultam fuisse a Ranulpho, Parisiensi episcopo, facultatem tenendi et possidendi in manu mortua augmentatos census qui sequuntur:

« Videlicet: super quadam domo, sita in Sellaria Parisiensi, que fuit quondam defuncti Johannis Nivelonis, et quam tenet ad presens Galterus de Broissellis, civis Parisiensis, sexaginta solidos Parisienses annui incrementi census seu redditus; item, super duabus domibus contiguis, sitis Parisius in Frigido Mantello, inter domum Guillelmi dicti Bonefille, ex una parte, et domum Guillelmi le hiaumier, ex altera, quas tenet ad presens Rogerus le pelotier[2], sex solidos et novem denarios Parisienses annui census seu redditus; item, super quadam domo, sita, Parisius, in vico Frigidi Mantelli, contigua, ex una parte, domui Godefredi furnerii

[1] Hic episcopus nominabatur Ranulphus. [2] Apud Bulæum : *le Pelletier.*

et, ex alia parte, domui Aymonis de Grayo, in censiva Sancti Honorati Parisiensis, quam tenet Guillelmus dictus Aqua Mortua, quatuor solidos Parisienses; item, super quadam domo in Frigido Mantello, que domus quondam fuit Richardi Faguée, quam tenet Guerinus de Villa Cereris, lathomus, undecim solidos et quatuor denarios Parisienses; item, super medietate cujusdam domus, site Parisius, in Frigido Mantello, contigue, ex una parte, domui defuncti Martini tegularii, et, ex altera parte, domui Rogerii Ruffi, Anglici, quatuor solidos Parisienses annui census seu redditus : »

Ea lege, ut prædictus episcopus ejusque successores percipiant in posterum, pro dicta amortisatione, e domo Galteri de Broissellis, et, si opus fuerit, e cæteris domibus, in instrumento designatis, viginti quinque solidos Parisienses annui census[1].

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, mense junio.

LXXIII.

Littera quod confratria draperiorum Parisiensium debet domino episcopo viginti solidos Parisienses annui redditus. Nov. 1229.

Guillelmus, divina permissione ecclesie Parisiensis minister indignus, omnibus presentes litteras inspecturis, eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod, in nostra presentia constituti, Nicholaus Brunel, civis Parisiensis, et Amelina, uxor ejus, recognoverunt se in elemosinam dedisse confratrie drappariorum Parisiensium quintam partem tocius incrementi census, quam habebant Parisius, in vico qui vocatur Cu de Sac : videlicet quintam partem undecim librarum, decem et novem denariorum Parisiensium incrementi census; et totum residuum, scilicet quatuor partes illarum videlicet undecim librarum, decem et novem denariorum Parisiensium incrementi census, recognoverunt ipsi Nicholaus et Amelina se vendidisse, pro ducentis libris Parisiensibus, confratribus confratrie antedicte; ita quod ipsi confratres totas illas undecim libras, decem et novem denarios Parisienses incrementi census percipient, singulis annis, in dicto vico, hiis ter-

[1] Hanc chartam edidit Bulæus, *Hist. Univ. Paris.*, t. III, p. 469.

minis, videlicet medietatem ad natale Domini, et aliam medietatem ad festum nativitatis beati Johannis Baptiste. Et promiserunt, fide in manu nostra prestita corporali, dicti Nicholaus et Amelina, quod dictam venditionem et donationem inviolabiliter observabunt et contra omnes garantizabunt, et quod contra eamdem venditionem et donationem per se vel per alium venire de cetero nullatenus attemptabunt. Memorata etiam Amelina penitus et expresse quittavit quidquid in dictis undecim libris, decem et novem denariis incrementi census habebat aut habere poterat, ratione doarii vel quocumque alio modo; promittens, sub fide prestita, quod contra istam quittacionem per se vel per alium non veniet in futurum, et quod ad faciendam illam quittacionem nec vi, nec metu, nec dolo inducta fuerat, sed spontanea voluntate faciebat. Item, Robertus Berneri et Agnes, ejus uxor, primi domini dictarum undecim librarum, decem et novem denariorum Parisiensium incrementi census, salvis sibi duodecim denariis capitalis census, annuatim reddendis ipsis Roberto et Agneti a confratribus memoratis, in festo beati Remigii, et Radulphus de Plesseyo, miles, et Aalipdis, ejus uxor, secundi domini earumdem undecim librarum, decem et novem denariorum Parisiensium incrementi census, istam venditionem et donationem predictam coram nobis laudaverunt pariter et concesserunt, et, fide media, promiserunt quod contra eamdem venditionem et donationem per se vel per alium venire de cetero nullatenus attemptabunt, sed bona fide garantizabunt. Dicte vero Aalipdis et Agnes penitus et expresse quittaverunt quidquid in dictis undecim libris, decem et novem denariis incrementi census habebant aut habere poterant, ratione doarii seu quocumque alio modo, tamen salvo censu suo capitali, ut dictum est, eidem Agneti et Roberto, marito ejus; et promiserunt, fide prestita, ipse Agnes et Aalipdis, quod contra istam quittacionem per se vel per alium non venient in futurum, et quod eam spontanee, non coacte, faciebant. Item, pro hujusmodi laudatione et quittacione facienda et garandia ferenda, ut dictum est, dicti Robertus Berneri et Agnes, ejus uxor, decem et octo libras, Radulphus vero de Plesseyo, miles, et Aalipdis, ejus uxor, decem libras Parisienses coram nobis recognoverunt se habuisse a confratribus memoratis. Nos vero, a quo dicti Radulphus de Plesseyo, miles, et Aalipdis,

ejus uxor, secundi domini, tenent in feodum terram, in qua debent percipi annuatim dicte undecim libre, decem et novem denarii incrementi census, dictam venditionem et donationem laudavimus et laudamus, concessimus et concedimus; et, pro hac laudatione et concessione, dicti confratres promiserunt se reddituros nobis et successoribus nostris annuatim viginti solidos Parisienses, hiis terminis : ad octabas nativitatis beati Johannis Baptiste medietatem, et ad octabas natalis Domini aliam medietatem; donec emerint seu acquisierint viginti solidos Parisienses annui redditus in terra nostra, in loco competenti, quos nobis et successoribus nostris assignabunt in perpetuum annuatim percipiendos; et tunc dicta confratria erit immunis et libera a solutione dictorum viginti solidorum. In cujus rei memoriam et testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus communiri. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense novembri.

LXXIV.

Littera de LXX solidis redditus super domo Galteri Bovart, sita in vico qui vocatur le Perrin Gacelin, debitis domino episcopo, ratione cujusdam escambii trium jardinorum seu platearum. Mart. 1269 70

Stephanus, miseratione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia constituti, Petrus Coquillarius, civis Parisiensis, et Genovefa, ejus uxor, asseruerunt quod habebant et possidebant in terra, censiva, dominio nostris, tria jardina seu tres plateas, sihi invicem contigua sive contiguas, sita sive sitas ad mercatum porcorum et equorum : quorum sive quarum unum vel una fuit, ut dicitur, defuncti Stephani Salnerii; aliud vel alia fuit, ut dicitur, defuncti Petri Cabot carnificis; aliud vel alia fuit, ut dicitur, Johannis Ribout; onerata sive oneratas in sexaginta et decem solidis Parisiensibus annui capitalis census. Quos sexaginta et decem solidos Parisienses censuales nos, nostra et ecclesie Parisiensis utilitate pensata, damus, concedimus et quittamus, in escambium seu permutacionem, dictis Petro, Genovefe et eorum heredibus in futurum; salvis nobis et successoribus nostris futuris episcopis Parisiensibus omni jure, dominio et justicia qualibet, vendis et saisinis in tribus jardinis seu plateis supradictis, cum tribus denariis

capitalis census, qui nobis et successoribus nostris ad nativitatem beati Johannis Baptiste perpetuo debebuntur. In quorum sexaginta et decem solidorum Parisiensium censualium permutationem, recompensationem sive escambium, dicti Petrus et Genovefa, coram nobis constituti, nobis et successoribus nostris dederunt et quittaverunt imperpetuum sexaginta et decem solidos Parisienses incrementi census, quos dicebant se habere super quadam domo, sita Parisius in Perrino Guacelini, que est Galteri dicti Bovart, contigua, ex una parte, domui defuncti Reginaldi cloetarii, et, ex alia parte, domui Johannis baaterii, in censiva nostra habendos et percipiendos immediate super domo predicta et ejus pertinenciis quibuscumque, post duodecim denarios capitalis census, qui nobis debentur annis singulis, ut dicebant; ita tamen quod, si nos vel successores nostri dictos sexaginta et decem solidos censuales habere non potuerimus super dicta domo et ejus pertinenciis, processu temporis, pacifice et quiete, in toto vel in parte, nos, pro toto defectu ad dicta tria jardina sive plateas libere poterimus assignare.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, mense martio.

LXXV.

28 febr. 1266. Littera de sex libris Parisiensibus annui redditus seu census, debitis domino episcopo a Templo Parisiensi, pro amortizatione eorum que continentur in littera sequenti.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Gaufridus de Vicherio, visitator generalis domorum milicie Templi in regnis Francie et Anglie, salutem in Domino. Noveritis quod, cum nos ac fratres nostri domus predicte, tam in terra ac jurisdictione reverendi patris domini Parisiensis episcopi, apud Parisius, quam in feodis dicti domini Parisiensis episcopi seu retrofeodis, apud Fossas et in territorio ejusdem ville, juxta Malliacum, versus Lusarchias, bona immobilia et possessiones sive census augmentatos quamplures haberemus, tenercmus ac possideremus, tam ex conquestu nostro quam ex conquestu predecessorum nostrorum, videlicet: apud Parisius, in Fossato Sancti Germani Autissiodorensis, Parisiensis, super domo que quondam fuit defuncti Stephani Salnerii, triginta quinque solidos Parisienses annui augmentati census seu redditus; item, super domo que quondam fuit Guillelmi dicti de Abbacia,

in eodem vico, sexdecim solidos Parisienses annui augmentati census; item, in vico Sancti Salvatoris Parisiensis, super domo Guillelmi de Meullento, tresdecim solidos Parisienses; item, super domo Nicholay le Paonier, in dicto vico, duos solidos et sex denarios Parisienses; item, super domo Radulphi dicti Quoquart, in vico Petri dicti Chief d'Al, quadraginta solidos Parisienses; item, apud dictas Fossas, in territorio ejusdem ville, juxta Melliacum, versus Lusarchias, sexdecim arpenta terre arabilis in uno tenenti, rejacentia in loco qui dicitur Biaulieu; item, circiter arpentum et dimidium terre, similiter site in loco qui dicitur Reocourt, ac dimidium arpentum terre, situm in loco qui dicitur Hapay; item, arpentum et dimidium terre, site in loco qui dicitur Perier; item, tria arpenta vel circiter in loco qui dicitur les Terriers; item, quinque arpenta pratorum vel circiter in duabus peciis, rejacentia apud Riocourt; item, quinque sextarios tam bladi quam avene annui redditus, ad mensuram de Lusarchiis; item, decem et novem solidos, sex denarios Parisienses capitalis minuti census, super quibusdam terris, situatis in territorio de Fossis, solvendos annuatim in festo beati Remigii, et fuerint predicta bona existentia apud Fossas et in territorio ejusdem loci quondam defuncti domini Henrici dicti Bouton presbiteri; dictusque reverendus pater Parisiensis episcopus bona omnia predicta, existencia tam apud Parisius quam apud dictas Fossas et in territorio ejusdem loci, cepisset et arrestasset in manu sua, pro eo quod nolebat nos predicta bona in manu mortua tenere; tandem, bonorum interveniente consilio, ad hoc inducti, supplicavimus dicto reverendo patri, ut nobis ac successoribus nostris et domui nostre Parisiensi predicta bona amortizare dignaretur. Qua supplicatione facta, dictus reverendus pater, pensatis utilitate et comodo ecclesie Parisiensis, ac super hoc habito bonorum consilio, nobis et successoribus nostris predicta bona concessit possidenda ex nunc in futurum, in modum qui sequitur. Voluit enim et concessit dictus reverendus pater, ut nos ac successores nostri predicta bona habeamus, teneamus et possideamus, absque aliqua coactione vendendi vel extra manum nostram ponendi; retentis tamen sibi ac successoribus suis, ecclesie Parisiensis episcopis, sex libris Parisiensibus annui census seu redditus, pro dicta concessione habendis et percipiendis a dictis reverendo patre et ejus successoribus Parisiensibus epi-

scopis, quolibet anno, ad Pasca, per manum nostram, apud Templum Parisiense, seu super predictis bonis situatis Parisius, seu apud Fossas et in territorio ejusdem loci pro indiviso; tali pacto seu condicione adjectis inter nos, ex una parte, et dictum reverendum patrem, quod, si nos deficeremus in solucione dictarum sex librarum annui census seu redditus ad predictum terminum Pasche, quod ipse reverendus pater et ejus successores ad predicta omnia et singula bona pro indiviso valeant assignare, et ea in manu sua tenere et possidere, tam diu quam sibi ad plenum de dictis sex libris annui census, seu arreragiorum, si que fuerint, expensorum et interesse satisfactum fuerit; non obstantibus fructibus et exitibus medio tempore perceptis a dicto reverendo patre et ejus successoribus, si qui percepti fuerint et levati ob defectum premissorum. Super quibus fructibus et exitibus, si casus evenerit, nolumus nec intendimus dictum reverendum patrem ac ejus successores molestari, nec aliquid ab eisdem petere seu reclamare de eisdem; retentis etiam dicto reverendo patri ac ejus successoribus Parisiensibus episcopis, in locis et rebus predictis, omnimoda jurisdictione, justitia ac dominio, et salvo omni alio jure suo. Propter quod confitemur nos teneri solvere eidem reverendo patri Parisiensi episcopo ac ejus successoribus Parisiensibus episcopis dictas sex libras Parisienses annui census, quolibet anno, ad predictum terminum Pasche, sub modo et forma superius expressis. In cujus rei testimonium et munimen perpetuum, sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, die Jovis ante Brandones.

LXXVI.

8 mai. 1306. Arnulphus de Viriaco, perpetuus capellanus capellaniæ Sancti Ludovici, in ecclesia Sancti Honorati Parisiensis fundatæ, confitetur se et successores suos debere episcopo Parisiensi et ejus successoribus sex libras Parisienses annui redditus, pro amortisatione, in litteris sequentibus expressa.

.... Datum anno Domini millesimo trecentesimo sexto, die dominica ante ascensionem Domini.

Tenor vero litterarum amortizationis talis est :

29 apr. 1306. Guillelmus, permissione divina Parisiensis ecclesie minister licet indignus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. No-

tum faeimus quod, eum deffimetus magister Philippus de Viriaco, olim cantor ecclesie Sancti Honorati Parisiensis, haberet et teneret ac possideret, tempore quo vivebat et decesserat, ex suo proprio conquestu, quandam domum, sitam in magno vico Sancti Honorati, ante ecclesiam, cum quodam parvo jardino, retro sito, contiguam ex una parte domui defuncti Johannis Charroni, quam Michael dictus Bourge tenet ad presens, et ex altera parte domui Guillelmi Candelarii, et a parte posteriori domui que fuit domini Galteri de Chavilla; nec non eciam et in eodem vico Sancti Honorati predicti, census et redditus qui sequuntur : videlicet decem et octo solidos et sex denarios annui census super domo Guerini de Villa Cereris, contigua ex una parte domui Guillelmi Candelarii et ex alia parte domui Eustachii Fabri; item, sexdecim solidos annui census super domo que quondam fuit Guillelmi de Cannis, canetarii, contigua ex una parte domui que quondam fuit defuncti Rogeri Harent, et ex altera parte domui defuncti Radulphi de Sancto Dyonisio; item, sexaginta quinque [1] solidos census annui super domo Petri Monachi, contigua ex una parte domui Johannis dicti ly Rois, et ex altera parte domui defuncti dicti le Courant; item, sexaginta duos solidos annui census super domo dicti Johannis ly Rois, contigua ex una parte domui dicti Petri Monachi, et ex altera parte domui Philippi Candelarii; item, sexaginta et quindecim solidos census super domo dicti Philippi Candelarii, contigua ex una parte domui dicti Johannis ly Rois et ex altera parte domui Petri de Villa Nova; item, viginti sex solidos et tres denarios census super domo Henrici de Putheolis, contigua ex una parte domui dicti Petri de Villa Nova, et ex alia parte facit cuneum vici de Campo Florido, ante predictam ecclesiam Sancti Honorati; item, viginti solidos annui census super domibus defuncte Margarete la Gaillarde, sitis in vico de Frigido Mantello. Quam siquidem domum supradictam ac omnes et singulos census predictos dictus eantor, ob remedium anime ipsius et parentum ac benefactorum suorum, legavit et dedit, ad opus fundationis cujusdam capellanie, fundande et instituende ad honorem et cultum Dei et beati Ludovici confessoris, in ecclesia Sancti Honorati predicti, post

[1] In Parvo Chartul. : *sexaginta quatuor.*

decessum magistri Arnulphi, nepotis ipsius cantoris. Et, quia domus et census predicti, in terra nostra existentes, non erant amortizati, ideo vir venerabilis et discretus dominus Odo de Corbolio, canonicus Parisiensis, ac predictus magister Arnulphus, executores testamenti dicti defuncti cantoris, nobis humiliter supplicarunt, ut nos ad opus dicte capellanie dictam domum ac census predictos amortizare dignaremur. Nos vero, eorum supplicationi annuere volentes, animarum salute pensata, cultum divinum, quem augmentari semper appetimus, ac devotionem dicti defuncti cantoris ac executorum suorum attendentes, et eorum laudabili faventes proposito, pensata utilitate et comodo ecclesie nostre Parisiensis, deliberatione et consilio bonorum super premissis diligenter prehabitis, ad opus capellanie predictam domum, prout se comportat, ac omnes et singulos census predictos amortizamus in hunc modum : videlicet, quod volumus et concedimus, quod quicumque capellanus, qui ad dictam capellaniam fuerit institutus, dictam domum ac census predictos habeat, teneat et percipiat ex nunc in futurum, tanquam amortizatos, absque aliqua coactione vendendi aut extra manum suam ponendi; retentis tamen nobis, ecclesie nostre Parisiensi et successoribus nostris sex libris Parisiensibus annui census sive redditus pro dicta amortizatione, habendas et percipiendas ex nunc in futurum a nobis et successoribus nostris, per manus dicti capellani, super domo et censibus sive redditibus predictis pro indiviso, quatuor terminis Parisius consuetis; salva eciam nobis et successoribus nostris, in domo, censibus sive redditibus ac locis supradictis, omnimoda juridictione, justicia ac dominio et omni capitali censu, si quis nobis debeatur de predictis; ac etiam salvo omni alio jure nostro. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo sexto, die veneris post festum beati Marci euvangeliste.

LXXVII.

Henricus de Sancto Dionysio, civis Parisiensis, et Genovefa, ejus uxor, profitentur se accepisse a Ranulpho, Parisiensi episcopo, « quamdam plateam seu masuram vacuam et sine edificio, facientem cuneum vici de Richebour », ad capitalem censum sexdecim solidorum, annuatim in die festo sancti Remigii persolvendorum; a conditione adjecta, ut prædicti Henricus et Genovefa, in reparandam dictam plateam, viginti libras Parisienses intra annum expendant. 15 mai. 1284.

.... Datum anno Domini millesimo cc octogesimo quarto, mense mayo, die lune ante ascensionem Domini.

LXXVIII.

Littera de quadam granchia, sita Parisius, ultra portam Sancti Jacobi, quam dominus episcopus emit a Guillelmo dicto de Senonis, clerico, stacionario librorum. 11 nov. 1270.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curiarum reverendi patris domini Ancheri, cardinalis, et Guillelmi, Parisiensis ecclesie archidiaconorum, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis constitutus, Guillelmus dictus de Senonis, clericus, stacionarius librorum, recognovit se vendidisse et nomine venditionis imperpetuum quittavisse reverendo patri et domino Stephano, Dei gratia Parisiensi episcopo, et ejus successoribus seu causam habentibus ab eo, pro sexdecim libris Parisiensibus, jam eidem venditori traditis et solutis in pecunia numerata, sicut confessus est coram nobis, exceptioni non numerate et non recepte pecunie renunciando, quamdam granchiam, sitam ultra portam Sancti Jacobi, juxta cheminum per quod itur apud Nostram Dominam de Campis, de conquestu suo movcntem, ut dicebat; contiguam, ex parte una, granchie Johannis de Campis, et, ex altera, granchie Aalipdis cufarie[1], in censiva matricularium ecclesie Parisiensis; ad decem solidos Parisienses tantummodo censuales, cum omni jure, dominio, proprietate et possessione ac qualibet actione quam habebat vel habere poterat in dicta granchia et ejus quibuslibet pertinentiis quoquo modo; promittens prenominatus venditor, fide data in manibus nostris, quod contra venditionem et quittationem hujusmodi, jure hereditario, ratione conquestus vel quocumque alio jure, per

[1] In Parvo Chartul. : *cucufarie*.

se aut per alium, non veniet in futurum; immo dictam granchiam, prout se comportat ante et retro, cum omnibus ejus pertinentiis, ad censum predictum, absque alio onere, dicto domino episcopo et ejus successoribus garantizabit et defendet in judicio et extra, suis sumptibus et expensis, quandocumque opus fuerit, contra omnes; et quod solvet eidem episcopo sexaginta solidos Parisienses, nomine pene, si dictam venditionem retrahi contigerit vel evinci; quantum ad hoc obligans dicto domino episcopo se et heredes ac successores suos, et omnia bona sua et heredum successorumque suorum, mobilia et immobilia, presentia et futura, sese ac dicta bona jurisdictioni curiarum nostrarum supponens, ubicumque se transferat vel divertat. Datum anno Domini millesimo cc° septuagesimo, die martis in festo beati Martini hiemalis[1].

LXXIX.

Jan. 1286. Littere de centum solidis super quadam domo, sita in vico Nigelle.

Universis presentes litteras inspecturis, abbas et conventus de Nealpha Veteri, Carnotensis dyocesis, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum nobilis vir dominus Johannes, dominus et castellanus de Malo Repastu, miles, dedisset, quittavisset nobis imperpetuum omne dominium, omnem justiciam, omnes redevancias et omnes actiones quod et quas ipse habebat et habere poterat in quatuor feodis, moventibus a reverendo patre, Dei gratia, Parisiensi episcopo et ecclesia Parisiensi; que feoda tenebant ab ipso milite, per homagium, Johannes de Cressiaco, Petrus Picardus, Hugno de Cressiaco, armigeri, et Richeudis, relicta defuncti Philippi de Nealpha; quorum tria, que tenebant a dicto milite armigeri predicti, sita sunt apud Cressiacum et territorium ejusdem ville; et quartum, quod tenebat dicta Richeudis, situm est apud Meriacum et territorium ejusdem ville, in predicta dyocesi Carnotensi; volens predictus miles et concedens quod dicti armigeri et Richendis, vel illi qui dicta feoda tenerent, facerent ex nunc imperpetuum nobis homagium de feodis predictis, et nostrum homagium intrarent, sicut

[1] Sequuntur in codice duæ aliæ chartæ, datæ anno 1259, mense augusto, die veneris, in festo beati Petri ad Vincula (1 aug.), quibus constat Guillelmum de Senonis aream granchiæ, quam vendiderat episcopo Parisiensi, prius a Thoma de Pressorio, ejus uxore Felicia, Roberto de Sancto Jacobo, consutrario, Emelinaque, illius uxore, acquisivisse.

erant et fuerant in homagio ipsius militis sepedicti; nosque aliqua acquisissemus in feodis memoratis, haberemusque et perciperemus ex nostro conquestu Parisius, in terra et dominio dicti reverendi patris, centum solidos annui incrementi census, quatuor terminis Parisius consuetis, super quadam domo, quam Petrus le Borgne inhabitasse dicitur, sita in vico Nigelle, inter domum defuncti Johannis Ribout et domum Petri de Floriaco; de quibus centum solidis debentur annuatim Guillelmo dicto Janitori, civi Parisiensi, tres solidi cum dimidio incrementi census: ita tamen quod idem Guillelmus dictam domum de censu capitali, pro fundo terre debito, teneatur acquitare; idemque reverendus pater, quia predicta nobis donata et concessa et alias a nobis acquisita movebant ab ipso et ecclesia sua Parisiensi predicta, ea cepisset et arrestasset in manu sua, pro eo quod nolebat quod nos ea teneremus in manu mortua, imino volebat quod ea poneremus extra manum nostram; tandem nos eidem patri supplicavimus humiliter et devote, ut ipse predicta omnia, tam a dicto milite donata et concessa, cum eorum juribus et pertinenciis, quam a nobis alias acquisita, amortizare pietatis intuitu dignaretur. Ipse vero, nostre supplicationi benigne annuens, pensata utilitate sue ecclesie Parisiensis predicte, ea que nobis data sunt et concessa a dicto milite in feodis predictis, prout superius est expressum, cum eorum juribus et pertineneiis, necnon omnia a nobis acquisita in dictis feodis nobis et nostro monasterio, quantum in ipso est, amortizavit in modum qui sequitur, videlicet: Quod ipse voluit et concessit quod nos et successores nostri ac nostrum monasterium predictum ea omnia habeamus, teneamus et ex nunc perpetue possideamus, absque coactione vendendi aut extra manum nostram ponendi quoquo modo, per ipsum vel successores suos seu alios, ab ipsis causam habentes, de cetero faciendi; salvis tamen et retentis sibi et successoribus Parisiensibus episcopis, de voluntate et assensu nostro, dictis centum solidis annui incrementi census, sub onere dictorum trium solidorum incrementi census, percipiendis et habendis in perpetuum ab eodem et successoribus suis Parisiensibus episcopis super domo predicta et ejus pertinenciis, pro predicta amortizatione; salvo etiam et retento, de voluntate nostra, sibi et successoribus suis Parisiensibus episcopis, jure quod ipse, ratione ecclesie sue, antea habebat in dictis feodis et eorum pertineneiis aliisque omnibus

supradictis; excepta amortizatione predicta, prout superius est expressa et concessa, et salvo nichilominus jure nostro quod in predictis feodis et eorum pertinentiis habebamus ante amortizationem predictam. Nos autem abbas et conventus predicti dicto patri et ejus successoribus Parisiensibus episcopis quittamus et omnino dimittimus dictos centum solidos incrementi census, sub onere supradicto; omne jus et omne dominium et quidquid in eodem censu et in domo predicta habebamus et habere poteramus in ipsum penitus transferentes, et cartas ac alias litteras, quas de acquisitione dicti census et aliis ad hoc spectantibus habebamus, eidem assignantes. In cujus rei testimonium et munimen, nos presentes litteras fecimus confici et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, mense januario.

LXXX.

5 nov. 1285. Sequuntur duæ chartæ, quarum in una data anno 1285, die lunæ post festum Omnium Sanctorum*(5 nov.), continetur venditio supra dictorum centum solidorum annui census, facta abbati et conventui de Nealpha, ab executoribus testamenti Richardi, tapicerii. Huic venditioni præmittuntur nonnullæ ejusdem testamenti clausulæ, quæ sic se habent:

« Item, voluit et precepit idem testator, quod centum solidi Parisienses annui census, quos percipiebat annuatim super quadam domo, sita in vico de Nigella, quam Petrus le Borne tenet ad censum, et in eadem inhabitat idem Petrus; item, et sex stagia, sita in vico Stuparum, qui vicus vocatur vicus Godefridi de Balneolis, ad quadraginta octo solidos Parisienses census, per executores suos infrascriptos vendantur, et pecunia inde habita pauperibus Parisiensibus et soterularibus et burellis distribuatur, prout salnti anime ipsius testatoris melius sibi videbitur expedire.... Et ad omnia predicta et singula exequenda et complenda, suos fecit et constituit executores, Eremburgim uxorem suam, Matheum cerarium, et Gillonem Flamingum de Chanveria. »

Dec. 1282. In altera charta, data anno Domini 1282, mense decembri, Richardus, tapicerius, et Eremburgis, ejus uxor, tradunt, ad censum annuum centum solidorum Parisiensium, Petro, tapicerio, et Aalesiæ, uxori ejus, supra scriptam domum; quæ hic dicitur sita in vico Hugonis Dacies, inter domos Petri de Floriaco, lathomi, et defuncti Johannis Reboudi.

LXXXI.

Littera de quadraginta solidis redditus, debitis domino episcopo ab abbatissa et conventu Sancti Anthonii Parisiensis, super quadam domo, sita in Salneria, que fuit quondam Aalesie dicte Preposite. Sept. 1250.

Universis presentes litteras inspecturis, soror Johanna, dicta abbatissa Sancti Anthonii Parisiensis, totusque ejusdem loci humilis conventus, Cisterciensis ordinis, salutem et orationes in Christo. Notum facimus quod, cum defuncta Aalesia dicta Preposita legasset in testamento suo, ad opus cujusdam capellanie, ob remedium anime sue instituende, quamdam domum suam quam habebat de conquestu suo, sitam Parisius, in Salneria, in terra et dominio reverendi patris Parisiensis episcopi, et octavam partem cujusdam molendini, siti Parisius, apud Planchas Mibrari, in censiva Sancti Maglorii, dictus dominus reverendus pater Parisiensis episcopus ordinationem dicte capellanie ad se, tanquam loci dyocesanum, fore devolutam intelligens, executoribus ipsius Aalesie super hoc deputatis, rebus humanis contemptis [1], statuit et ordinavit ut nos habeamus, teneamus et possideamus perpetuo predictas possessiones, ad opus predicte capellanie; quam capellaniam idem dominus episcopus in monasterio nostro esse voluit et precepit. Et etiam voluit et concessit ut nos dictam domum, in censiva sua sitam, amodo pacifice et quiete in manu mortua tencamus et possideamus; ita quod, tam pro capitali censu, qui eidem episcopo de predicta domo debebatur, quam pro concessione hujusmodi manus mortue, ipse dominus episcopus et successores sui habebunt et percipient primitus super dicta domo quadraginta solidos Parisienses annui ceusus, videlicet, ad festum beati Remigii viginti solidos, et ad nativitatem beati Johannis Baptiste alios viginti solidos; et retentis dicto domino episcopo et successoribus suis in dicta domo omnimoda jurisdictione et dominio; hoc excepto, quod nos compellere non poterunt ad ponendum extra manum suam [2] dictam domum. Si autem in toto vel in parte eam venderemus vel alienaremus, idem dominus episcopus et successores sui, non obstante concessione hujusmodi manus mortue, ventas et alia jura habebunt que eis ante concessionem hujusmodi compete-

[1] In Parvo Chartul. forte rectius : *exemptis*. [2] Sic. Leg. *nostram*.

bant vel competere poterant quoquo modo. Nos autem premissa omnia et singula volentes et concedentes et ad utilitatem nostram cedere considerantes, ea volumus et rata habemus, et promittimus unanimi assensu quod contra imposterum nullatenus veniemus. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mense septembri.

LXXXII.

27 mart. 1276. Littera de triginta solidis redditus super domo Roberti Rigidi, site in Hanteria, pro amortizatione facta fratribus Sancti Maturini.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Jacobus, minister domus Sancti Maturini Parisiensis, ordinis Sancte Trinitatis et Captivorum, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum Radulphus dictus Cabot, calligarius, defunctus, tempore quo vivebat, nobis, ob remedium anime sue et pro anniversario suo in ecclesia nostra annis singulis faciendo, legasset sexaginta solidos Parisienses annui redditus sive census augmentati, quos habebat et percipiebat annis singulis super domo Roberti dicti Rigidi, prout se comportat, sita Parisius, in Hanteria, ultra Magnum Pontem, in Magno Vico, in terra et censiva domini Parisiensis episcopi, contigua domui Johannis dicti Monton, ex una parte, et domui Guillelmi dicti Hure, ex altera; nos, utilitate nostra et dicte ecclesie nostre pensata super hoc et provisa, attendentes et videntes quod dominus Parisiensis episcopus non permittebat nos tenere dictos sexaginta solidos in manu mortua, de predictis sexaginta solidis dedimus et concessimus dicto domino episcopo et ejus successoribus in ecclesia Parisiensi triginta solidos Parisienses, habendos ab eo et ejus successoribus de cetero annis singulis, percipiendos quatuor terminis Parisius consuetis, super domo predicta, pro amortizando nobis ab eo alios triginta solidos de summa dictorum sexaginta solidorum Parisiensium, et pro permittendo nos tenere in manu mortua eosdem in futurum; promittentes bona fide quod contra hanc donationem per nos vel per alios nullatenus veniemus; obligantes nos et successores nostros et bona domus nostre omnia, presentia et futura, eidem episcopo et ejus successoribus, quantum ad

omnia et singula supradicta; renunciantes in hoc facto exceptioni doli mali, *etc.*... Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, die veneris ante Ramos Palmarum.

LXXXIII.

Littera adcensationis domus de Castro Festuti, tradite Jacobo le barbier, Roberto de Chagni et Auberto Picardi; que domus debet domino episcopo viginti sex libras Parisienses redditus. 11 jun. 1305.

A touz ceus qui ces présentes lettres verront, Pierre de Dyci, garde de la prévosté de Paris, salut. Sachent tuit que pardevant nous vindrent en jugement, en leurs propres personnes, Jaques le barbier, Jaqueline, sa fame; Robert de Chagny, cordoannier, Thomasse, sa fame; Aubert dit le Picart et Biétrix, sa fame, tous bourgois de Paris, demoranz en la grant rue de Chastiau-Festu, si comme il disoient, recognurent et confessèrent endroit chascun par le tout, conjoinctement et sanz division l'un de l'autre, pour le profit d'eus et de leurs hoirs, avoir adcensé, et, en nom de pur et perpétuel assencement, avoir pris et retenu à touz jours héritablement, de révérent père en Nostre Seigneur monseigneur Guillaume, par la grâce de Dieu évesque de Paris, baillant et adcensant, ou nom de luy et de s'iglise de Paris, et pour li, comme évesque, et pour ses successeurs évesques de Paris, une mèson, si comme elle se comporte et estent, avecques toutes ses appartenances et apendances, que il avoit, tenoit et possivoit, pour rèson de son évesché, en ladicte rue de Chastiau-Festu, en sa censive et seignorie; laquelle fu jadis feu Symon d'Aucuerre, tenant d'une part à la mèson qui fu jadis feu Aubery Doisseri, et d'autre part aboute à la rue aus Preuvaires, et fait le coing d'ycelle rue, et tient du costé derrière au lonc de la mèson Jehan de Trois-Molins, ouvrant en ladicte rue des Prouvoires; c'est assavoir, pour le pris de trente et trois livres et six soulz parisis, tant de cens comme de crois de cens ou de rente perpétuel à touz jours, que lesdits preneurs et leurs hoirs rendront et paieront chascun an dès ores en avant, aus quatres termes à Paris acoustumez, c'est assavoir : audit monseigneur l'évesque et à ses successeurs, pour fons de terre ou de chier cens, et pour seurcrois de cens, ensemble vingt et sis livres parisis par an de rente perpétuel; de-

rechief, à Gyefroy Coquatriz, bourgois de Paris, quarante et sis soulz parisis, et à Jehan Domont, bourgois de Paris, cent soulz parisis; et à deus cenz livres parisis d'amendement, que il mètront et amploieront en mélioration de ladicte mèson dedanz quatre anz pruchains à venir, à compter du jour de la confection de ces présentes lettres; tenu et compté pour amandement tout ce qui pour amandement devra estre compté bien et soufisemment aus us et aus coustumes de la ville de Paris. Et, ledit amandement mis et amploié en ladicte mèson, lesdits preneurs, chascun par le tout, sanz division l'un de l'autre, et au mieux apparissant, sont tenuz et obligiez, d'ileucques en après, à faire ledit cens ou crois de cens bon et valauble à touz jours, et à garnir et soustenir à leur couz et despens ladicte mèson soufisenment en bon estat, tel que ledit monseigneur l'évesque et ses successeurs et les autres censiers i porront prendre et gaigier de terme en terme pour leur cens dessus espécifiez et devisiez, en quelconque estat que ladicte mèson viègne, par queleonque cas de fortune ou d'aventure que ce soit; prometanz par leur loiau créanz et par leur seremenz pris aus saintes Envangiles, devant nous, chascun par le tout et sans division l'un de l'autre, que contre cest adcensement et ceste prise et retenue, ou contre les convenances dessusdictes ou aueune d'ycelles ne vendront ou venir feront par euls ou par autres, par aueun droit commun ou espécial, ou temps à venir, et que bien et soufisamment il mètront et emploieront les dessusdietes deus cenz livres parisis en amendement de ladicte mèson, dedanz ledict terme, et d'ileucques en après ledit amandement mis et emploié, ladicte mèson soustendront bien et soufisemment, en manière que ledit monseigneur l'évesque, ses successeurs et les autres censiers i trouveront à panre et à gaigier pour leur cens de terme en terme, et ledit cens feront valauble et bon à touz jours, sanz morir, en quelcunque estat que la mèson viègne de ci en après, si comme dit est par dessus. Et pour toutes les convenances devant dictes, ensemble et chascune par soi, en la forme et en la manière que elles sont par dessus escriptes et devisées, tenir, garder, fermement entériner, et loialment acomplir et non venir contre, lesdiz preneurs, chascun par le tout, sanz division l'un de l'autre, et au mieux apparissant, ont obligié et soubmis et obligièrent par devant

nous audit monseigneur l'évesque et à ses successeurs évesques de Paris, et déleissèrent pour obligiez à touz jourz eulx, leurs hoirs et leurs biens touz et ceulx de leurs hoirs, meubles et immeubles, présenz et à venir, en quelscumques lieus que il seront et porront estre trouvez, et à quicumques possesseurs que il seront dès ores en avant transportez à tenir; et espécialment en contreplége, lesdiz Jaques et Jaqueline, sa fame, par titre d'espécial contreplége et ypothécare obligacion, une mèson, si comme elle se comporte, que il ont de leur conquest, à Paris, au dehors de la porte de Montmartre, en la rue de la Plastrière, tenant d'une part à la mèson Jacques l'Escot, et d'autre part à la mèson Berte la tartière, en la censive monseigneur l'évesque; derechief, une autre mèson que il ont de leur conquest, au dehors de la porte Saint-Honoré, tenant d'une part à la mèson Simon le coutier, et d'autre part fet le coing de la rue de Poile-Com, en ladicte censive; derechief, dimi-arpent et dimi-cartier de vigne, que il ont à Saint Marcel, aus Sentiers de Vitri, tenant d'une part au Noel Baril, et d'autre à la voie de Vitri; derechief, vint et huit soulz parisis de cens ou de rente, que il ont à Saint-Marcel, sus la mèson Jehan le vachier le jeune, tout en la censive Saint-Marcel; et lesdits Aubert et Biétrix, sa fame, ensinc par titre d'espécial contreplége, ont obligié quarante soulz et deus deniers parisis de cens ou de rente par an, que il ont sus la mèson Guillaume le tailleur, en la rue du Four, tenant d'une part à la mèson mestre Robert le saunier, et d'autre part à la mèson Jehan Giront, et deus arpenz de vigne ou anviron, que il ont ou terrouer d'Argentuel-au-Désert, tenant d'une part à la vigne Guillaume de Mallion, et d'autre part à la vigne Adam Maillart, tout pour assigner audiz héritages et esplétier en comme de leur propre gaige, et soubmistrent à justicier par le prévost de Paris et par ses successeurs. Et après ce, vint en jugement pardevant nous Richart de Garonnes, bourgois de Paris, et se fit, establit et ordena, à la requeste desdiz Robert de Chagny et Thomasse, sa fame, et pour eus envers ledit monseigneur l'évesque, ses successeurs, et envers l'église de Paris, principal tenu et acomplisseur des couvenances dessusdictes, toutes et chascune d'ycelles, en la forme et la manière que elles sunt dessus escriptes et devisées, à lui leues de mot à mot; et en obliga soi et ses hoirs et ses biens touz, et

les biens de ses hoirs, meubles et immeubles, présauz et à venir, en quelcunques lieus que il seront trouvez, et soubmist à justicier par le prévost de Paris et par tous autres justiciers souz qui il seront trouvez; renunçauz en ce fait, tant lesdiz preneurs comme ledit Richart, aus bénéfices de division, de restitution demander, au droit qui dit que général renunciation ne vaut pas, et à toutes autres aides de droit escript et non escript, par lesquelles l'exécution de ces présentes lettres pourroit estre retardée ou empeschée en tout ou en partie, du tout en tout, expressément et par leur sèremenz pris aus saintes Euvangiles devant nous. En tesmoing de ce, nous, à la requeste desdiz preneurs et dudit Richart, avons mis à ces lettres le scel de la prévosté de Paris. Donné l'an de grâce mil trois cenz et cinc, le vendredi jour de feste saint Barnabé l'apostre.

LXXXIV.

Oct. 1227. Littera de quadraginta solidis redditus, debitis domino episcopo ab abbatissa Sancti Anthonii Parisiensis, super quasdam domos, sitas in Castello Festuci.

Universis presentes litteras inspecturis, humilis abbatissa Beati Anthonii Parisiensis, totusque loci ejusdem conventus, eternam in Domino salutem. Notum faicimus quod nos venerabili patri B.[1], Dei gratia episcopo, et successoribus suis Parisiensibus episcopis concessimus et assignavimus triginta solidos Parisienses de incremento census super domos quasdam, sitas Parisius, apud Castellum Festuci, quas Gnido Autissiodorensis tenet in censiva ipsius domini episcopi, annuatim et in perpetuum percipiendos, pro eo quod idem venerabilis pater domum quamdam, sitam Parisius in Hanteria, in censiva sua, ad tres denarios censuales, que fuit defuncti Gaufridi Godescalli, necnon et quandam aliam domum, sitam similiter Parisius, in censiva sua, in Clauso Brunelli, ad quatuor solidos censuales, que fuit defuncti Pagani Matricularii, quas quidem domos absque ipsius assensu non poteramus tenere, nobis liberaliter concessit possidendas in perpetuum et habendas; salvo sibi et successoribus suis Parisiensibus episcopis censu capitali et omni alio jure suo in domibus supradictis. Tenemur etiam eidem domino episcopo suisque successoribus annuatim solvere, preter predictos tri-

[1] I. e. Bartholomæus.

ginta solidos, pro eadem concessione, decem solidos Parisienses de mercede earumdem domorum quas nobis concessit, donec sibi suisque successoribus in censiva sua vel alibi eosdem decem solidos imperpetuum percipiendos assignaverimus competenter. Datum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense octobri.

LXXXV.

Littera de decem solidis redditus super quandam plateam retro domum Alberici poulletarii, in vico Sancti Germani. Aug. 1256.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Albericus, poulletarius nobilis viri comitis Andegavensis, et Petronilla, ejus uxor, recognoverunt se recepisse a venerabili patre R.[1], Dei gratia Parisiensi episcopo, pro se et heredibus suis, quandam plateam, quam idem dominus episcopus habebat, absque edificio, in censiva et dominio suo, sitam Parisius, contignam domui domini episcopi que dicitur domus Furni Episcopi, ex una parte, et domui Petronille la Hativelle, ex altera, prout domus predictorum Alberici et ejus uxoris, a parte posteriori, versus Secanam, secundum latitudinem, se comportat, continentem tesiam et dimidiam secundum longitudinem ultra domum eorumdem, pro decem solidis Parisiensibus annui capitalis census, eidem domino episcopo et successoribus suis annuatim imposterum reddendis, medietate videlicet in nativitate Domini et alia medietate in nativitate beati Johannis Baptiste. Et promiserunt dicti Albericus et Petronilla, ejus uxor, pro se et heredibus suis, fide in manu nostra prestita corporali, quod predictum censum annuatim solvent eidem domino episcopo et successoribus suis, terminis supradictis. Et, pro dicto censu solvendo, ut predictum est, dicti Albericus et Petronilla, ejus uxor, pro se et heredibus suis, obligaverunt coram nobis et oneraverunt, et obligatas et oneratas voluerunt et relinquerunt, erga dominum episcopum et ejus successores, totam domum eorum predictam et plateam supradictam, sub fide prestita ab eisdem. In cujus rei testimonium, nos, ad petitionem dictorum Alberici et ejus uxoris, sigillum nostrum

[1] Hic est Reginaldus de Corbolio.

presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mense augusto.

LXXXVI.

8 jun. 1308. Jeau Langlois le viel, de Courcelles, Richart et Jean Langlois, ses enfants, demeurant à Clichy, Jean Couvedeniers et Rogier Alorge, de Clichy, déclarent prendre à cens de Guillaume, évêque de Paris, trente-sept arpents de terre labourable, en trois pièces, situés au terroir de la Villette-l'Évêque, entre la Maison-Dieu des aveugles de Paris et le Roule, moyennant douze sous parisis pour chaque arpent, en tout vingt-deux livres et quatre sous, payables chaque année en deux termes égaux, à la Saint-Martin et à Pâques.

En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le scel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil trois cenz et huit, le sambadi après Penthecouste.

LXXXVII.

24 mai. 1309. Arnoul de la Haute-Maisou, bourgeois de Paris, et Isabelle, sa femme, prennent à cens de Guillaume, évêque de Paris, une pièce de terre labourable appelée la Couture-l'Évêque, contenant quarante-deux arpents trois quartiers, située sur la chaussée du Roule et tenant aux murs de la maison des Aveugles de Paris, moyennant dix-huit sous parisis de pur cens par arpent, en tout trente-huit livres neuf sous six deniers, payables chaque année, à la Saint-Remi; ils s'engagent de plus à dépenser trois cents livres en trois ans, soit pour améliorer la terre, soit pour y bâtir, selon qu'ils le jugeront convenable.

« Et quant à ces chouses dessusdites toutes et chacune tenir.... lesdiz Arnoul et sa fame obligèrent.... leur mèson ou menoir ouquel il demeurent à présent, assis outre le Louvre, près des Tuileries, si comme il se comporte et estent de lonc et de lé, devant et derrières, à toutes ses appartenances et appendances, tenant d'um cousté à la mèson et au jardin de Bretaigne, et d'autre à la mèson Pierre de Bouoil et au jardin Jehan de Courbeul, aboutissant par derrières à la mèson et au jardin des Aveugles, en la censive dudit monseigneur l'évesque.... L'an de grâce mil trois cenz et neuf, le samedi après Penthecouste. »

LXXXVIII.

Pierre de Bonnoil, merrenier, demeurant aux Tuileries de Paris, près le Louvre, reconnaît avoir reçu de Guillaume, évêque de Paris, moyennant onze livres seize sous, une fois payés, et un cens de quatre sous parisis, payable tous les ans, à la Saint-Remi, un arpent et demi moins deux perches de terre labourable, située aux Tuileries, du côté de la Seine, tenant d'une part au chemin de Seine, d'autre part à la terre de Guillaume, tailleur de monseigneur Charles, et d'autre part à la terre de Julien Bonnefille, maître des bouchers de Paris. 23 jan. 1308.

.... L'an de grâce mil trois cenz et huit, le diemanche voille de feste saint Jehan Baptiste.

LXXXIX.

Littera de trigiuta solidis super domibus que fuerunt B. de Roia, militis, sitis in vico Sancti Germani Autissiodorensis Parisius. Nov. 1224.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, B. de Roya, Francie camerarius, salutem in Domino. Notum facimus quod nos, in presentia domini Parisiensis episcopi constituti, recognovimus nos in elemosinam perpetuam contulisse, pro remedio anime nostre et antecessorum nostrorum, abbacie Joevalis, Premonstratensis ordinis, domos nostras totas cum toto porprisio, que sunt de censiva domini episcopi et in burgo ipsius, in vico Sancti Germani Autissiodorensis Parisiensis; ita tamen quod nos, quamdiu vixerimus, domos easdem cum toto porprisio tenebimus et possidebimus, post mortem vero nostram ad dictam abbatiam devolventur, nisi de domibus memoratis in sanitate nostra vel in ultima voluntate aliud ordinaverimus. Poterimus etiam donationem istam revocare usque ad supremum vite exitum, si voluerimus. Quia vero donationem istam sine consensu domini episcopi facere non poteramus, cum predicte domus sint in censiva ejus, ad preces nostras, de consensu capituli Parisiensis, concessit quod, si dicte domus ad dictam abbaciam in elemosina predicta pervenerint, liceat eidem abbacie domos antedictas cum toto porprisio imperpetuum possidere; ita tamen quod eadem abbacia episcopo et successoribus ejus imperpetuum, singulis annis, de censu pro eisdem domibus et porprisio, reddet triginta solidos, eo termino et eo modo quo antiqus census reddebatur; salva insuper ipsi episcopo et suc-

cessoribus, in eisdem domibus et porprisio, justicia et omni alio jure suo, sicut prius habebat; adjecto etiam quod capella que nunc est in domibus sepefatis post mortem nostram destruetur, nec amplius erit ibi capella. Illud quoque pretermittendum non est quod, si postquam prefate domus ad memoratam abbaciam devenerint, easdem infra annum et diem vendiderint, emptor, non triginta solidos de censu, sed consuetum censum reddere tenebitur, et dominus episcopus vendas consuetas habebit. Si vero plusquam per annum et diem domos predictas eadem abbacia teneret, ex tunc haberet episcopus et successores ejus triginta solidos de censu, ut dictum est. Et, si quocumque modo postea vel venderet vel extra manum suam poneret, triginta solidos de censu possessor quicumque reddere teneretur, et episcopus nichilominus vendas suas haberet, quocienscumque contingeret vendi domos dictas, vel partem earum, et omne jus suum, ut predictum est. Nos vero, quamdiu eas possiderimus, non nisi antiquum et solitum censum reddere tenebimur. In cujus rei memoriam et testimonium, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum anno Domini millesimo cc° vicesimo quarto, mense novembri[1].

XC.

Jun. 1258. Reginaldus, Parisiensis episcopus, acceptis quinque solidis incrementi census ex viginti quinque, quos percipiebat Johanna dicta la Popine in quadam domo, sita Parisiis, in Campellis, reliquos viginti solidos, ecclesiis Sancti Germani Autissiodorensis et Sanctorum Innocentium ab eadem Johanna dispertitos, in manum mortuam possidendos concedit.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense junio[2].

[1] Sequitur charta A., abbatis Joevallensis, de eadem re, eisdem verbis, eodemque mense et anno conscripta.

[2] Hæc charta vidimata fuit ab officiali curiæ archidiaconi Parisiensis, eodem anno, die lunæ post festum apostolorum Petri et Pauli (1 jul.).

XCI.

Poncius de Remis et Eudelina, ejus uxor, profitentur se accepisse, ad annuum censum quatuor solidorum Parisiensium, ab Henrico de Bethunia, baillivo episcopi Parisiensis, quamdam terram unius arpenti, sitam ultra Magnum Pontem et Tegularias Parisienses, in terra et dominio Parisiensis episcopi; quæ terra, ob defectum hæredis, eidem episcopo, albanatus jure, devenerat. 4 apr. 1303.

.... Datum anno Domini millesimo trecentesimo secundo, die jovis post Ramos Palmarum.

XCII.

Littera de decem et novem solidis annui redditus pro amortizatione domui Dei Parisiensi. Dec. 1283.

Universis presentes litteras inspecturis, capitulum ecclesie Parisiensis, salutem in Domino. Noverint universi quod, coram nobis constituti, frater Yvo, magister domus Dei Parisiensis, et alii fratres ejusdem domus, asseruerunt et recognoverunt coram nobis, quod, cum dicti magister et fratres, nomine dicte domus Dei, haberent, tenerent et possiderent in terra, jurisditione ac dominio reverendi in Christo patris domini episcopi Parisiensis, apud Parisius, census augmentatos seu redditus annuos infrascriptos, videlicet : super domo Jacobi de Montibus, sita in Perrino Gacelini, contigua domui que quondam fuit defuncti Bernardi armigeri, quadraginta solidos Parisienses annui census seu redditus; item, super domo Johannis de Silvanecto, sita apud Tirechape, viginti solidos Parisienses annui census seu redditus; item, super granchia Thierrici de Remis, ferperii, sita ante ecclesiam Sancti Honorati Parisius, sexdecim solidos Parisienses annui census seu redditus; idemque reverendus pater in manu sua cepisset census seu redditus augmentatos predictos, pro eo quod nolebat ipsos magistrum et fratres eos tenere in manu mortua; tandem, ad supplicationem et requisitionem dictorum magistri et fratrum, idem reverendus pater dictos census seu redditus augmentatos eisdem magistro et fratribus ac eorum domui predicte, quantum in ipso erat, duxit admortizandos in modum qui sequitur, ut dicebant. Voluit enim et concessit idem reverendus pater, quod iidem magister et fratres, nomine dicte domus Dei Parisiensis, ac eorum successores dicte domus Dei Parisiensis,

haberent, tenerent et possiderent in futurum census seu redditus predictos, absque alia[1] coactione vendendi seu extra manum suam ponendi; salvis et retentis eidem domino episcopo et ecclesie sue Parisiensi ac successoribus suis, de dictis censibus seu redditibus, decem et novem solidis Parisiensibus annui census seu redditus pro predicta admortizatione, habendis et percipiendis ex nunc in futurum, primitus pro indiviso, a dicto domino Parisiensi episcopo ac successoribus suis, super censibus seu redditibus, quolibet anno, ad Pasca, per manus magistri dicte domus, qui pro tempore fuerit; salvis, *etc.*... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tertio, mense decembri.

XCIII.

Febr. 1285. Littera de emptione domus Petri marescalli, et de sexaginta solidis redditus, capiendis in bursa fratrum domus Dei Parisiensis.

Universis presentes litteras inspecturis, decanus et totum capitulum Parisiense, eternam in Domino salutem. Noveritis quod, in nostra presentia constituti, magister et fratres domus Dei Parisiensis asseruerunt et recognoverunt coram nobis, quod venerabilis pater Reginaldus, ecclesie Parisiensis episcopus, pensata utilitate dicte domus Dei et Parisiensis ecclesie, dedit et concessit predictis magistro et fratribus quadraginta duos solidos et sex denarios Parisienses capitalis census, quos habebat et percipiebat annuatim idem dominus episcopus super domum que fuit Johannis dicti les Chaus, clerici, super Parvum Pontem, et super domos sitas supra Parvum Pontem, Parisius, que fuerunt Petri marescalli et Henrici dicti Armigeri, castellani de Yssoduno, et liberorum ejus, sitas in censiva ejusdem domini episcopi Parisiensis, cum omni jure, jurisdictione, districtu, dominio et justicia competentibus eidem episcopo et ecclesie Parisiensi, ratione episcopatus sui, in domibus supradictis, quoquo modo seu quoquo jure, nichil juris, jurisdictionis, justicie, districtus seu dominii in eisdem quadraginta duobus solidis et sex denariis Parisiensibus ac domibus penitus retinendo; promittens dictus episcopus bona fide, quod contra predictam donationem per se seu per alium non veniet in futurum. In quorum donationis et

[1] Melius *absque ulla*.

concessionis recompensationem, dicti magister et fratres dederunt et concesserunt eidem domino episcopo ejusque successoribus imperpetuum, de assensu et voluntate nostra, ac eisdem super hoc auctoritatem prestantibus, quandam domum, quam habebant Parisius, in vico qui dicitur Vicus Novus, in Civitate Parisiensi, quam Petrus Marescallus et Odelina, ejus uxor, tenent ad vitam suam ad incrementum census sex librarum Parisiensium, in censiva et dominio magistri et fratrum dicte domus Dei, cum dicto augmentato censu et omni jure, dominio et jurisdictione, justicia, districtu et potestate que sibi competebant aut competere poterant quocumque jure; item, sexaginta solidos Parisienses ab eodem domino episcopo et ejus successoribus percipiendos annuatim imposterum super dicta domo Dei Parisiensc, videlicet in bursa dictorum magistri et fratrum dicte domus Dei et dicte domus, nec non a magistro et fratribus dicte domus eidem domino episcopo et ejus successoribus solvendos hiis terminis, videlicet: in festo nativitatis beati Johannis Baptiste, in festo sancti Remigii, et in nativitate Domini, scilicet in quolibet termino viginti solidos. Ad quorum sexaginta solidorum solutionem eidem domino episcopo et successoribus suis perpetuo faciendam, nomine episcopatus sui, dicti magister et fratres, de assensu et voluntate nostra, se et dictam domum et bona dicte domus erga ipsum episcopum et successores ejus obligarunt et obligata reliquerunt. Nos autem omnia et singula supradicta, prout superius dicta sunt et expressa, rata, grata et firma habentes et approbantes, presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas, in confirmationem predictorum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mense febriario.

XCIV.

Littera de quatuordecim solidis annui redditus super duabus domibus, sitis in vico qui dicitur Bellus Reditus, pro amortizatione quatuor solidorum facta domino Yvoni, presbitero, de Sancto Marcello. Febr. 1259.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia constitutus, Yvo dictus de Sancto Marcello, presbiter beneficiatus in ecclesia Sancti Eustachii Parisiensis, asseruit quod, cum dominus Pari-

siensis episcopus haberet et teneret, titulo emptionis, decem et octo solidos Parisienses augmentati census annui redditus super duabus domibus, sitis Parisius, in vico qui dicitur Bellus Reditus, quarum fundus ad ipsum Yvonem pertinere dicitur, ratione sui beneficii, quod obtinet in ecclesia Sancti Eustachii predicta; et idem Yvo peteret ut dominus Parisiensis episcopus dictos decem et octo solidos Parisienses augmentati census extra manum suam poneret; pensata utilitate dicti beneficii, fuit inter ipsum dominum Parisiensem episcopum et Yvonem presbyterum predictos super hoc compositum et ordinatum, prout inferius continetur, videlicet : Quod dictus Yvo presbiter et successores sui habebunt et percipient annuatim, ratione beneficii sui supradicti, de dictis decem et octo solidis augmentati census, quatuor solidos Parisienses imposterum annuatim, quatuor terminis Parisius consuetis; et dominus Parisiensis episcopus et successores sui residuum percipient et habebunt imposterum, absque coactione vendendi, distrahendi aut extra manum suam ponendi, pacifice et quiete. Et promisit idem Yvo, fide data in manu nostra, quod contra compositionem et ordinationem hujusmodi non veniet in futurum, se et successores suos, ad premissa tenenda et observanda, specialiter obligando. In cujus rei testimonium, presentibus litteris, ad petitionem ipsius Yvonis, sigillum curie nostre duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense febriario.

XCV.

Sept. 1255. Littera de viginti quatuor solidis annui redditus super duabus domibus invicem contiguis, sitis Parisius, in vico Furni, que fuerunt Petri Monton.

Universis presentes litteras inspecturis, Johannis, archidiaconi Parisiensis, et Ganfridi, ecclesie Parisiensis archidiaconi, officiales, salutem in Domino. Noveritis nos, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense septembri, litteras inferius annotatas vidisse, in hec verba :

Sept. 1255. Reginaldus, miseratione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum Petrus dictus Monton, civis Parisiensis, et alii executores ipsius testamenti defuncte Odeline Coquillarie emerint a Petro

Polletario et ejus uxore, in terra et dominio nostro, sex libras Parisienses annui census sive redditus, ad opus beneficii sive capellanie, in ecclesia Parisiensi instituti sive institute a dicta defuncta Odelina, quondam uxore defuncti Roberti Coquillarii, ob remedium animarum ipsorum Roberti et Odeline, quod beneficium tenet dominus Bertrandus, quondam presbyter de Domibus, ex dono et collatione ipsius, ut dicitur, habendas et percipiendas imposterum, annis singulis, quatuor terminis Parisius consuetis, in modum qui sequitur, videlicet : super duabus domibus sibi invicem contiguis, sitis Parisius, in vico Furni, in cultura nostra, contiguis domui defuncti Ganfridi de Meldis, ex una parte, et domui Philippi Polletarii, ex altera, in justicia et dominio nostro, ad quatuor solidos capitalis census; nos, ad petitionem bonorum, considerantes dictorum defunctorum pium propositum, attenta eciam utilitate nostra et ecclesie Parisiensis, volumus et concedimus, quod capellanus dicti beneficii sive capellanie, qui pro tempore fuerit, perpetuo percipiat in manu mortua, sine coactione vendendi, aut extra manum suam ponendi, de dictis sex libris annui redditus, quatuor libras et dimidiam annuatim, et capellani ecclesie Parisiensis sex solidos Parisienses ejusdem census annui redditus, pro receptione dicti Bertrandi et successorum suorum in dicto beneficio seu capellania in consortium suum et communes distributiones ipsorum in ecclesia Parisiensi, et etiam pro celebrando anniversario dictorum defunctorum ab ipsius capellanis, in ecclesia Parisiensi, annis singulis, die obitus dicte defuncte Odeline; tali modo, quod nos et successores nostri, ratione concessionis hujusmodi manus mortue, habebimus et percipiemus, quatuor terminis Parisius consuetis, viginti quatuor solidos Parisienses annui redditus in predictis sex libris Parisiensibus augmentati census, sitos super domibus antedictis; salvis etiam nobis et successoribus nostris omni jure, jurisdictione et justicia in eisdem domibus predictorum Petri Polletarii et ejus uxoris, preter hoc quod ipsum capellanum predicti beneficii seu capellanie, quicumque pro tempore fuerit, et capellanos ecclesie Parisiensis predictos nos vel successores nostri non poterimus compellere ad vendendum aut extra manum suam ponendum quatuor libras et sexdecim solidos Parisienses supradictos. In cujus rei testimonium, et ut premissa omnia et singula robur obtineant perpetue firmitatis,

sigillo nostro proprio presentem cartam fecimus communiri. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense septembri.

Copiam autem istarum litterarum fecimus sub sigillis nostris, salvo jure cujuslibet. Datum anno et mense predictis.

XCVI.

3 jul. 1306. Thomas Lathomus de Yssiaco et Sanctisma, ejus uxor, Guillelmus Faber de Yssiaco et Johanna, ejus uxor, hæredes defunctorum Thomæ Hostiarii ejusque uxoris Paviæ, profitentur se dereliquisse episcopo Parisiensi triginta solidos Parisienses annui redditus, quos accipiebant a rege Franeorum ex quadam terra, sita Parisiis, in clauso Cæcorum, et propter quos eidem episcopo annuatim solvebant unum sestarium frumenti et unam minam avenæ.

.... Datum anno Domini millesimo trecentesimo sexto, die dominica post festum beatorum apostolorum Petri et Pauli.

XCVII.

Jul. 1239. Reginaldus de Chebiaco, draperius, profitetur sibi traditam fuisse ad annuum capitalem censum quatuor solidorum et ad augmentatum censum duodecim solidorum, a Petro clerico, procuratore domini Parisiensis episcopi, quamdam domum, sitam Parisiis, in vico qui dicitur Frigidus Mantellus; quæ domus ad Richardum Dorel, clericum, intestatum defunctum, olim pertinuerat, et, ob defectum testamenti, episcopo devoluta erat.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo nono, mense julio.

XCVIII.

Mart. 1230. Petrus Marescallus declarat se, pretio viginti solidorum, cessisse Guillelmo, Parisiensi episcopo, duodecim denarios capitalis census, quos percipiebat annuatim ex domo Petri de Esparnon, sita in vico de Male Parole.

.... Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense martio.

XCIX.

Simon de Frangastel, sergent du Châtelet, et Perrenelle, sa femme, tavernier 22 sept. 1305.
et bourgeois de Paris, reconnaissent avoir pris à cens de Guillaume, évêque de Paris, cinq arpents de terre labourable, situés sur le bord de la Seine, en deçà du ponceau de Chaillot, moyennant douze sous parisis par arpent, de vieille et forte monnaie, en tout soixante sous parisis, qu'ils promettent payer tous les ans à la Saint-Martin, hypothéquant, pour la sûreté dudit payement, leurs biens meubles et immeubles, et spécialement une maison située à Paris, hors de la porte Saint-Honoré, faisant le coin de la rue au Chantre, tenant d'une part à la maison Raoul Poincheval, et aboutissant par derrière à l'école Saint-Honoré.

.... L'an de grâce mil trois cenz et huit, le diemanche après la Saint-Maty, apostre.

C.

Littera traditionis cujusdam pecie terre, site versus domum comitis Flandrie, que 8 aug. 1292.
tradita fuit Alayco d'Espineul, clerico, pro decem libris Parisiensibus census.

A touz ceus qui ces lettres verront, Guillaume de Hangest, garde de la prévosté de Paris, salut. Nous fesons savoir que pardevant nous vint Alayn d'Espineul, clerc, et recognut en droit lui avoir pris et receu, de la feste saint Mor nouvellement passée jusques au terme de dis anz après ensuivenz, de révérent père l'évesque de Paris, une pièce de terre arable, si comme elle se comporte et estent, séant à Paris vers la mèson de noble home le conte de Flandres, tenant à la voie par où s'en vet aus mares, pour mètre et hébergier le gravois de la voierie dudit évesque, et pour fère d'icelle le profit dudit Alain, selonc ce que il verroit que bien seroit, durant ledit terme, si comme ledit Alain disoit; c'est assavoir, chascun an, durant ledit terme, pour dis livres de parisis, que ledit Alain a promis par son loial créant à rendre et paier au commandement dudit évesque portant ceste lettre, c'est assavoir à Noël cent soulz parisis, et à la feste saint Jehan Baptiste cent soulz Parisis, durant ledit terme acompli, si comme ledit Alain le voust et octroia pardevant nous. Et quant à ce tenir et garder, ledit Alain a obligié et souzmis lui, ses hoirs et touz leurs biens, meubles et non meubles, présanz et à venir, à nostre jurisdiction. En tesmoing de ce, nous avons mis en ceste lettre le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil deux ceuz quatre-vinz et trèze, le sembadi devant la Saint-Lorenz.

CI.

Aug. 1293. Charte de Gieffroy, dit l'appareilleur du roi, par laquelle il déclare avoir pris à cens de Simon, évêque de Paris, une place vide, située à Paris, un peu en deçà de la porte du Louvre, sur la rivière, devant la maison du preneur, ayant la largeur de ladite maison et deux toises de longueur, moyennant cinq sous parisis de cens ou de rente, que l'évêque percevra tous les ans sur ladite place ou sur l'édifice qui pourra y être construit, et subsidiairement sur la maison du preneur.

.... L'an de grâce mil deus cenz quatre-vinz et trèze, ou moys de aoust.

CII.

16 jan. 1287. Littera de quadraginta solidis annui census super platea de Paraviso, tradita magistro Richardo Tasson.

Universis presentes litteras inspecturis, Parisiensis et archidiaconi curiarum officiales, salutem in Domino. Noveritis quod, in nostra presencia personaliter constitutus, magister Richardus dictus Tesson, canonicus Parisiensis, recognovit coram nobis, in jure, quod ipse a reverendo patre Ranulpho, Dei gratia Parisiensi episcopo, acceperat seu retinuerat, cujuslibet jure salvo, quamdam plateam vacuam et parum dicto episcopo utilem, sitam juxta domum Dei Parisiensem, ab oppositis ecclesie Beate Marie Parisiensis, contiguam domui in qua moratur ad presens Maria merceria, ex una parte, et, ab alia parte, vie publice per quam tenditur a dicta ecclesia Nostre Domine ad Vicum Novum, pro quadraginta solidis Parisiensibus annui capitalis census, reddendis et solvendis integraliter dicto reverendo patri domino Parisiensi episcopo ac ejus successoribus episcopis Parisiensibus, a dicto magistro Richardo seu causam ab ipso habentibus et habituris, anno quolibet, in festo beati Remigii, retentis tamen a dicto reverendo patre in dicta platea seu loco omnimoda jurisdictione, justicia et dominio, ac omni alio jure suo. Quos quadraginta solidos Parisienses predictos dictus magister Richardus promisit ex nunc se soluturum et redditurum predicto reverendo patri ac ejus successoribus, annuatim in futurum, termino prelibato; obligans se, quantum ad hec, predictam plateam ad quoscumque devenerit possessores, una cum aliis bonis suis. In cujus rei testimonium et memoriam, nos, ad ipsius magistri Richardi petitionem, sigilla

curiarum nostrarum, una cum suo proprio sigillo, presentibus litteris dignum duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, die jovis ante festum beati Vincentii.

CIII.

Littera de viginti tribus solidis augmentati census seu redditus, super domibus que quondam fuerunt Michaelis Vacarii, sitis Parisius, in vico qui dicitur Bellus Locus. 9 sept. 1255.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Judocus dictus Burgensis et Margareta, ejus uxor, asseruerunt quod habebant et percipiebant viginti tres solidos Parisienses augmentati census annui redditus, de conquestu dicti J. et defuncte Ermenjardis, quondam uxoris sue, facto constante matrimonio inter ipsos, super domos que fuerunt quondam defuncti Michaelis Vacharii, sitas Parisius, in vico qui dicitur Bellus Locus, in justicia domini Parisiensis episcopi, oneratas de quinque solidis Parisiensibus annuis censualibus, debitis annuatim domino Bernardo, capellano in ecclesia Sancti Eustachii Parisiensis, duobus terminis inferius annotatis, videlicet, triginta denariis ad natale Domini, et totidem ad nativitatem beati Johannis Baptiste. Quos viginti tres solidos augmentati census recognoverunt se vendidisse dicti Judocus et Margareta, ejus uxor, et quittavisse imperpetuum reverendo patri domino Reginaldo, Dei gratia episcopo Parisiensi, nomine episcopatus sui, ac successoribus ejus seu illis qui causam habebunt ab ipso in episcopatu predicto, pro decem libris et dimidia Parisiensibus, jam dictis venditoribus solutis in pecunia numerata, sicut confessi sunt coram nobis; renunciantes, *etc.*... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, die jovis in crastino nativitatis beate Marie virginis, mense septembri.

CIV.

Littera super emptione viginti solidorum augmentati census, super quadam domo, sita in Clauso Brunelli, ab Herberto, filio Henrici Pargamenarii. Mart. 1231.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, in Domino salutem. Notum facimus universis quod, in nostra presentia constitutus, Herbertus, filius Henrici Pargamenarii, recognovit se ven-

didisse reverendo patri G.[1], Parisiensi episcopo, pro duodecim libris Parisiensibus, jam sibi solutis, prout confessus est coram nobis, viginti solidos augmentati census, percipiendos annuatim imperpetuum super quandam domum suam, ut dicitur, sitam in Clauso Brunelli, in censiva ejusdem episcopi, duobus terminis inferius annotatis, videlicet ad festum sancti Remigii decem solidos, et ad natale Domini totidem; promittens, fide media, quod dictam venditionem imposterum servabit, et quod contra eamdem per se vel per alium non veniet in futurum, et quod dictum censum prefato episcopo garantizabit, secundum usus et consuetudines, contra omnes. Robinus vero, frater ejusdem Herberti, et Aalipdis, soror eorum, et Henricus Pargamenarius, pater eorum, et Adam de Rothomago, maritus dicte Aalipdis, in nostra presencia constituti, dictam venditionem laudaverunt pariter et concesserunt, promittentes, fide media, quod contra eandem per se vel per alios non venient in futurum. Quod ut ratum permaneat, presentes litteras sigillo curie Parisiensis duximus roborandas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo, mense marcio.

CV.

Mai. 1216. Galterus Anglicus, plastrarius, et Aalesia, ejus uxor, profitentur se recepisse a Petro Colombi, canonico et episcopi Parisiensis procuratore, quamdam domum, sitam ante ecclesiam Sancti Honorati, ad annuum augmentatum censum quinquaginta solidorum, et ea lege, ut decem libras intra duos annos in refectionem ejusdem domus impendant.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense mayo.

CVI.

1294. Genovefa, dicta de Gresiaco, profitetur se recepisse ad annuum censum quatuor solidorum, ab episcopo Parisiensi, domum quamdam, sitam in vico Sancti Salvatoris, quæ, post mortem Johanneti, filii Martini dicti la Grue, senioris, nuper sine hæredibus defuncti, episcopo devenerat.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

[1] Is est Guillelmus III, qui dicitur Arvernus.

CVII.

Littera de XVI solidis annui census, super domo Petri Anglici, sita in vico qui dicitur Inter Portas, versus Sanctum Salvatorem, ultra portam S. Dyonisii. 30 nov. 1289.

Universis, *etc.*... Petrus de Sancto Salvatore, anglicus, clericus, asserit quod, cum reverendus pater ac dominus, dominus Symon, permissione divina Parisiensis episcopus, haberet, teneret et possideret, nomine ecclesie sue Parisiensis, quandam domum, sitam Parisius, in terra et jurisdictione prefati domini Parisiensis episcopi, extra portam Sancti Dyonisii, versus Sanctum Salvatorem, in vico communiter dicto Inter Portas, contiguam, ex una parte, domui Guillelmi dicti Brichedent, et masure Johannis barbitonsoris, ex altera, et jardino Guiardi dicti le Seegier, a parte inferiori; que quidem domus, cum jardino et ejusdem domus pertinentiis et appendiciis, quondam fuerat Richardini Anglici dicti l'Escurel, cervisiarii, et deinde ad bone memorie Ranulphum, quondam episcopum Parisiensem, devenerat seu spectaverat, propter quoddam homicidium ab eodem Richardino perpetratum in quemdam clericum, videlicet Yvonetum, nomine Britonem, et super hoc homicidio prefatus Richardinus legitime fuerat convocatus a prepositis et ballivis predicti domini Ranulphi, secundum consuetudinem curie secularis, ut dicitur; qui Richardinus non venerat nec etiam miserat pro se, et ob hoc ejusdem Richardini bona predicto domino Ranulpho, nomine ecclesie sue predicte, fuerant confiscata. Prefatus siquidem dominus Symon, qui dicto Ranulpho immediate successit, divina providentia, in onere pariter et honore, deliberato bonorum consilio, pensatisque utilitate et commodo ecclesie sue prefate, predictam domum cum omnibus ejusdem domus pertinentiis et appendiciis, nomine ecclesie sue supradicte, tradidit, concessit, quittavit et accensavit predicto Petro, ejus heredibus et causam habituris ab eodem, ad incrementum census sexdecim solidorum Parisiensium, quatuor terminis Parisius consuetis, prefato domino Symoni, nomine quo supra, ac etiam successoribus ejusdem, ex nunc imperpetuum ab ipso Petro seu ejus heredibus solvendorum, prima solutione incipiente in instante festo nativitatis beati Johannis Baptiste; ita tamen quod prefatus Petrus debet et tenetur ponere seu implicare sex libras Parisienses

in meliorationem domus predicte, infra sex annos ex nunc continue computandos.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono, die mercurii in festo beati Andree apostoli.

CVIII.

Mai. 1284. Magister Reginaldus Lothoringus, et Alienor, ejus uxor, promittunt se soluturos Reginaldo, episcopo Parisiensi, et ejus successoribus duodecim solidos Parisienses annui census, pro quadam platea, sita ultra portam Sancti Honorati, juxta vicum Frigidi Mantelli, seque intra annum et diem octo libras impensuros, ut eadem platea in meliorem statum redigatur.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, mense mayo.

CIX.

Mart. 1284. Arroudus Cementarius vendit, pretio centum solidorum Parisiensium, abbati Herivallensi, decem solidos Parisienses incrementi census, percipiendos singulis annis e duabus domibus, contiguis domui Henrici de Esgrenelliis; quos decem solidos idem abbas Parisiensi episcopo assignat.

.... Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo, mense martio.

CX.

31 jan. 1295. Gilla, relicta defuncti Roberti, talemelarii, et Gaufridus, ejus filius, profitentur se accepisse a Simone, episcopo Parisiensi, ad annuum et perpetuum censum sexdecim librarum Parisiensium, furnum ejusdem episcopi, situm in vico Arboris Siccæ, juxta granchiam episcopalem Sancti Germani, domumque eidem furno contiguam, promittentes se intra duos annos centum libras impensuros ad furnum et domum in meliorem statum redigenda.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, die lune ante festum purificationis beate Marie virginis.

CXI.

27 sept. 1295. Petrus de Sancto Marcello declarat se dudum recepisse, ad annuum et perpetuum censum duodecim solidorum Parisiensium, a domino Simone, Parisiensi episcopo, quamdam vacuam plateam, quam possidebat idem episcopus Parisiis, ultra Magnum Pontem, supra Sequnam, et vico Theobaldi dicti ad Talos attingentem.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, die martis ante festum beati Michaelis.

CXII.

Littera de tribus denariis annui census, super domo que fuit domini Thome de Antholio, presbiteri, sita ante Sanctum Honoratum. 19 jun 1302.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia personaliter constitutus, dominus Thomas de Antholio, beneficiatus in ecclesia Parisiensi presbiter, asseruit quod ipse a ballivo domini Parisiensis episcopi tenebat et habebat in domo sua, sita ante Sanctum Honoratum Parisiensem, in terra et dominio dicti domini episcopi, contigua, ex una parte, domui Cantoris, et, ex altera, domui Marie Luidelonne, unum aquosarium currentem in viaria, ad unum denarium Parisiensem census capitalis, reddendum annis singulis domino Parisiensi episcopo predicto et ejus successoribus Parisiensibus episcopis imperpetuum, capiendum super domo sua predicta, ad festum sancti Remigii, una cum duobus denariis capitalis census, quos similiter debet annis singulis dicto domino episcopo et ejus successoribus, ad predictum festum, ratione unius auventi, duorum trunchetorum et unius fenestre ad regretarium, quos et quam habebat in dicta domo sua; de quibus idem presbiter litteras, jamdiu est, fecit dicto domino Parisiensi episcopo, ut dicebat. Quem denarium pro acosario dictus presbiter promisit, fide data in manu nostra corporali, reddere et solvere annis singulis domino Parisiensi episcopo vel ejus successoribus imperpetuum, una cum predictis duobus denariis census capitalis pro auvento, trunchetis et fenestra, ad festum beati Remigii, supra domum suam predictam, dictam domum in eisdem et de eisdem taliter onerando; volens tamen quod, si littera alia de predictis duobus denariis confecta forsitan reperiatur, quod sibi non noceat nec valeat in futurum; se et sua quantum ad hoc jurisdictioni nostre supponendo. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris, ad petitionem dicti presbiteri, duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo tercio, die mercurii ante nativitatem beati Johannis Baptiste.

CXIII.

Jul. 1238. Littera de sexdecim denariis annui census, capiendis super domo Balduini Bourdom, sita in Campellis.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis Stephani, archidiaconi Parisiensis, in Domino salutem. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Sebilia majorissa, relicta defuncti Renoudi, majoris de Bondies, et Guillelmus, ejus filius, recognoverunt se vendidisse et concessisse imperpetuum reverendo patri G.[1], Dei gratia Parisiensi episcopo, et ejus successoribus, pro viginti solidis Parisiensibus, jam sibi solutis, sicut confessi sunt coram nobis, sexdecim denarios censuales, sive sint augumentati census sive capitalis census, quos dicebant se habere super domo Baldoini Bourdon, in festo Omnium Sanctorum annuatim, sita in Campellis Parisius, in loco qui dicitur Perrinum Gacelini, in terra domini episcopi, sicut ipsi venditores confessi sunt coram nobis; promittentes, fide in manu nostra corporaliter prestita, quod contra venditionem istam per se vel per alios non venient in futurum, et quod eandem venditionem domino episcopo et ejus successoribus garantizabunt perpetuo contra omnes. Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense julio.

CXIV.

8 apr. 1307. Littera de viginti solidis Parisiensibus annui census, pro quadam capellania fundata in ecclesia Sancti Johannis in Gravia.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Noveritis quod, coram nobis personaliter constitutus, Guillelmus de Pontygny, clericus, asseruit quandam capellaniam ad altare beate Margarete virginis, in ecclesia Sancti Johannis in Gravia Parisiensi, a Johanne Jeuciani, cive Parisiensi, pro sue, parentum, amicorum et benefactorum suorum animarum salute, de decem et septem libris Parisiensibus annui et perpetui redditus amortizatis, habendis et percipiendis, quatuor terminis Parisius consuetis, perpetuo, ab instituto et ordinato ad dictam capellaniam, in

[1] I. e. Guillelmus III.

locis inferius annotatis, videlicet, decem libris super domo Michaelis Dagu, et septem libris super domo Jacobi de Latigniaco, sitis Parisius, in vico de Tonnelaria, esse fundatam; et fundationem ipsius per reverendum in Christo patrem dominum Guillelmum, divina permissione Parisiensem episcopum, de consensu et assensu religiosorum virorum abbatis de Becco Helloini et ejusdem loci conventus, ad quos jus patronatus dicte ecclesie Sancti Johannis, ratione cujusdam sui prioratus Sancti Nigasii de Meullenco, noscitur pertinere, decreto suo interposito, esse confirmatam et corroboratam; salvis sibi et successoribus suis futuris Parisiensibus episcopis, tamen et retentis perpetuo viginti solidis in dictis decem et septem libris, sitis in locis supradictis, prout in litteris fundationis dicte capellanie, sigillo predicti domini Parisiensis episcopi sigillatis, plenius continetur, ut dicitur. Quam siquidem retentionem idem Guillelmus de Pontygny, ad dictam capellaniam ordinatus et beneficiatus, voluit coram nobis, laudavit et etiam approbavit; et ad dictorum viginti solidorum pro tempore suo solutionem predicto domino Parisiensi episcopo et successoribus suis faciendam quolibet anno se astrinxit, dictam capellaniam cum dicto suo redditu, quantum ad hec, et successores suos obligando. In cujus rei testimonium, sigillum curie nostre presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo septimo, die sabbati post Quasimodo.

CXV.

Littera de tribus arpentis tam vinearum quam terre, traditis Matheo de Grosso Bosco, pro triginta solidis Parisiensibus redditus. 27 mart. 1306.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia personaliter constitutus, Johannes Galandi, perpetuus matricularius ecclesie Parisiensis procuratorque venerabilis viri et discreti magistri Radulphi de Rosceto, canonici Parisiensis, receptoris et administratoris temporalium reverendi in Christo patris ac domini S.[1], Parisiensis episcopi, ut dicebat, asseruit coram nobis, quod predictus reverendus pater habet et possidet pacifice et quiete tria arpenta tam vinee quam terre ou de

[1] Simon de Buciaco, cognomine Matiphas.

friche, communiter nuncupata vineam de Clauso Buticularii, sitam ad locum qui dicitur des Plastrières du Ruel, versus Poirtronville, contigua Clauso Magistri, ex una parte, et, ex parte altera, vinee Johannis Arrode, in censiva predicti reverendi, onerata in duobus solidis Parisiensibus census capitalis seu etiam fundi terre; que quidem tria arpenta tam vinee quam terre ou de friche dictus Johannes Galandi, de precepto, voluntate et assensu magistri Radulphi, ut dicebat, utilitate et commodo predicti reverendi primitus consideratis et attentis, visoque statu in quo dicta tria arpenta extiterant, Matheo dicto de Grosso Bosco, ante Muetam Sancti Martini de Campis, Parisiis, ut dicebat, commoranti, ejusdem heredibus et causam habituris ab eodem, quo supra nomine, tradidit et perpetuo concessit ad annuam pensionem seu etiam annuum redditum, videlicet pro triginta sex solidis Parisiensibus, anno quolibet imperpetuum reddendis et solvendis dicto reverendo et suis successoribus ac causam habituris ab eodem, a dicto Matheo vel causam habituris ab eodem, in festo Omnium Sanctorum; hoc acto, quod idem Matheus dictam terram seu friche advineare, et vineam ubi non est vinea plantare et edificare, citius quam poterit, suis propriis sumptibus et expensis teneatur.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, die dominica qua cantatur *Judica me*.

CXVI.

22 mart. 1303. Dionysius Agoulant et Johanna, ejus uxor, profitentur se accepisse a magistro Henrico de Bethunia, baillivo domini Parisiensis episcopi, ad annuum census incrementum decem et octo solidorum Parisiensium, mediam partem cujusdam domus, site Parisiis ultra Magnum Pontem et ultra portam Sancti Honorati, jam onerate quatuor libris et decem solidis incrementi census; que domus dicto Parisiensi episcopo obvenerat, post mortem Christiani Marescalli, sine heredibus et tanquam albani defuncti.

.... Datum anno Domini M° CCC° secundo, die veneris post *Letare Jerusalem*.

CXVII.

25 apr. 1303. Littera de viginti sex solidis, duobus denariis et obolo minus, super quandam plateam, sitam in vico de Nucibus.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis con-

stituta, Eloysis Fenaria, relicta defuncti Guiardi Fenarii, vidua, recognovit et in jure coram nobis est confessa, se recepisse a venerabili et discreto viro magistro Henrico de Betunia, baillivo domini Parisiensis episcopi, tradente et concedente [vice] et nomine dicti domini episcopi, quamdam plateam vacuam, ad incrementum census duodecim denariorum Parisiensium tantummodo, ultra viginti et quinque solidos census seu redditus, duobus denariis et obolo minus Parisiensibus, in quibus dicta platea ante hujusmodi acensationem extiterat onerata; que platea sita est Parisius, ultra Parvum Pontem, in terra et dominio dicti domini Parisiensis episcopi, contigua, ex una parte, Guillelmo barbitunsori, et Guillelmo de Harpa, ex altera, in vico de Nueibus.... Datum anno Domini millesimo trecentesimo tertio, die jovis in festo beati Marci euvangeliste.

CXVIII.

Littera de duodecim denariis annui census, super domo Johannis Golier, sita in vico Sancti Germani Autissiodorensis. 19 jul. 1276.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Noveritis nos, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, die dominica ante festum beate Marie Magdalene, litteras inferius annotatas vidisse, in hec verba :

Guillelmus, permissione divina Parisiensis ecclesie minister licet indignus, universis presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Notum facimus quod, cum defunctus Heelinus Viarius, dum viveret, dedisset in elemosinam, ad opus luminaris existentis ante sanctissimum corpus Christi, in ecclesia Beati Germani Autissiodorensis Parisius, quindecim solidos Parisienses annui redditus, percipiendos singulis annis imposterum, in festo nativitatis beati Johannis Baptiste, augmentati census, super domo Johannis Golier, sita in vico Sancti Germani predicti, ut dicitur, in feodo et terra nostra; nos, ob reverentiam sanctissimi corporis Christi, concedimus ut de illis quindecim solidis quatuordecim solidos habeat ecclesia supradicta, ad opus dicti luminaris, et possideat in manu mortua in futurum, nobis et successoribus nostris residuis duodecim denariis, in recognitionem dominii nostri, imposterum reservatis, per manum decani ejusdem loci, dicto termino de cetero Mart. 1246.

persolvendis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense marcio.

Transcriptum autem hujusmodi litterarum fecimus sub sigillo curie Parisiensis, salvo jure cujuslibet, anno et die predictis.

CXIX.

Mai. 1227. Littera quod episcopus Parisiensis habet viginti solidos Parisienses annui census super quibusdam cameris, sitis Parisius, juxta portam Sancti Honorati.

Philippus decanus totumque capitulum Parisiensis ecclesie, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum defunctus Godefridus Goilarz et Aales, uxor ejus, domum quandam, sitam Parisius, in Moneteria, in censiva venerabilis patris Parisiensis episcopi, quam domum magister et fratres domus Dei Parisiensis ipsorum, scilicet Gaufridi Gailarz et Aalidis, uxoris ejus, heredibus concesserunt, pro novem libris Parisiensibus de incremento census, eisdem fratribus annuatim solvendis; ac defunctus Johannes Carro et Eloysis, ejus uxor, quinquaginta solidos Parisienses de incremento census in quibusdam cameris, sitis Parisius, juxta portam Sancti Honorati, in censiva predicti Parisiensis episcopi, annuatim percipiendos, prefatis fratribus in elemosinam legavissent, et prenominati fratres predicta sine ipsius Parisiensis episcopi voluntate pariter et assensu, quia erant in censiva sua, non possent tenere nec etiam deberent; tandem reverendus pater B.[1], Dei gratia Parisiensis episcopus, precibus eorum et supplicationibus inclinatus, eisdem concessit ut predicta percipiant et imperpetuum teneant; ita quod, propter hoc, eidem et successoribus suis Parisiensibus episcopis viginti solidos Parisienses in festo beati Remigii solvere tenebuntur annuatim; concedentes ut, si, quocumque casu, non fiat eisdem statuto termino predictorum viginti solidorum solutio, ad predictas novem libras et quinquaginta solidos de incremento census, sine contradictione qualibet, propter hoc, se assignent, donec eisdem satisfactum fuerit de memoratis viginti solidis a fratribus supradictis. In cujus rei memoriam, presentem paginam sigilli capituli

[1] Bartholomæus.

Parisiensis munimine fecimus roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense mayo.

CXX.

Robertus, primogenitus comitis Flandriæ et comes Nivernensis, declarat se accepisse ab episcopo Parisiensi, ad annuum censum viginti librarum Parisiensium, quoddam manerium, situm extra muros Parisienses, ultra portam Montis Martyrum, quod olim ad censum tenuerant heremitæ Sancti Augustini, et terram arabilem eidem manerio contiguam; promittens se non ad profanos usus redacturum vetus quoddam cœmeterium, quod in ejusdem manerii clauso continebatur[1]. 5 mart. 1294.

.... Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, die veneris post Cineres.

CXXI.

Littera de sexaginta solidis annui redditus, pro amortizatione facta abbacie de Kala, de terra de Pompona. 4 nov. 1286.

Universis presentes litteras inspecturis, Margareta[2], permissione divina Kalensis ecclesie, Parisiensis dyocesis, humilis abbatissa, ejusdemque loci conventus, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum reverendus pater Raulphus, Dei gratia Parisiensis episcopus, nobis et ecclesie nostre Kalensi concesserit, salvo jure alieno, quod nos teneamus, habeamus et possideamus imperpetuum pacifice et quiete, absque ulla denunciatione vel coactione vendendi vel extra manum nostram ponendi seu in aliam transferendi, res inferius annotatas, videlicet: unam domum sitam apud Kalam, juxta ecclesiam Sancti Andree; item, septem solidos vel circiter annui capitalis census; item, dimidium modium avene annui redditus et duodecim panes et duodecim capones annui redditus; item, trecentas et viginti candelas cere annui redditus, tam super domibus quam aliis possessionibus, sitis in villa et territorio de Kala, percipiendos et percipiendas; item, medietatem cujusdam noe, site in maresco, subtus Sanctum Andream; item, rotagium et theloneum

[1] Chartam de eadem re, datam eodem die et anno, a Simone, Parisiensi episcopo, reperies apud Felibianum, *Hist. de la ville de Paris*, t. III, p. 205, col. 1.

[2] Margaretam illam prætermisisse videntur auctores *Gall. Christ.*; quippe qui abbatiæ Calensi præficiunt, anno 1280, Adelinam de Nautolio, quam ferunt abbatiam rexisse usque ad annum 1311. Vide *Gall. Christ.*, t. VII, col. 565.

ac justiciam, talem qualem dominus Hugo de Pompona, miles, et Odelina, ejus uxor, habebant apud Kalam et in territorio ejusdem ville, in terra que dicitur terra de Pompona; salvo et retento predicto domino Parisiensi episcopo ac ejus successoribus omni resorto in predicta terra de Pompona et in retrofeodis ejusdem terre, quando casus se obtulerit, de voluntate et assensu nostro; que omnia supradicta nos habemus et possidemus nomine nostro et ecclesie nostre predicte, titulo emptionis facte nobis a predictis milite et Odelina, ejus uxore, videlicet pro trecentis libris Parisiensibus suis quittis; item, feodum quod fuit quondam defuncti Petri dicti de Alneto; item, feodum defuncti Radulphi de Paciaco; item, feodum Petri de Corbam, armigeri, cum omnibus retrofeodis dictorum feodorum, retento omni ressorto sue jurisdictionis ac suorum successorum curie nostre, quantum ad predicta feoda et retrofeoda et eorum pertinentia, ex quacumque causa dicto domino episcopo seu ejus successoribus resortum poterit et debebit devenire; occasione cujus, si contingat ad ipsum dominum episcopum vel ejus successores apellari seu venire, nos et partes super hiis litigantes tenemur coram ipso domino episcopo et ejus successoribus vel eorum ballivo, in foro seculari, respondere et defendere ac juri in omnibus parere; que omnia et singula supradicta movebant et tenebantur ab ipso reverendo patre in feodum, tanquam a tercio domino superiori; nos dicto reverendo patri, ratione predictarum concessionis et admortizationis, promisimus et promittimus bona fide, et tenemur ex nunc in futurum sibi et suis successoribus in episcopatu Parisiensi, nostris propriis sumptibus, periculo et expensis, quolibet anno in perpetuum, in domo episcopali Parisiensi reddere et solvere sexaginta solidos Parisienses, die octabarum beati Remigii; hoc modo, quod si dicta die in solutione dictorum sexaginta solidorum in toto vel in parte defecerimus, quod, pro quolibet die quo postea defecerimus, quinque solidos Parisienses, nomine pene, eidem reverendo patri et ejus successoribus in episcopatu Parisiensi promisimus et promittimus ac tenebimur solvere; ita tamen quod, si in solutione dictorum sexaginta solidorum Parisiensium, vel pene predicte, vel alicujus eorum, in toto vel in parte defecerimus per octo dies continuos post dictas octabas, ex tunc dictus reverendus pater dominus Parisiensis episcopus et ejus

successores poterunt assignare ad omnes res predictas, omni obstaculo ac qualibet contradictione nostris seu cujuscumque alterius non obstantibus, illasque capere et tenere in manu sua, absque forefacto, propria auctoritate, acsi nunquam ab eodem reverendo patre predicte res fuissent admortizate, fructusque et exitus ac alia quecumque de terris, rebus et feodis predictis levare et suos facere, donec eidem reverendo patri et suis successoribus de predictis sexaginta solidis Parisiensibus et pena totali commissa usque ad tempus satisfactionis, videlicet de quinque solidis Parisiensibus pro defectu cujuslibet diei, fuerit a nobis plenarie ac integre satisfactum; nec de receptis per ipsum dominum episcopum et ejus successores, ob causam predictam, ab ipso domino episcopo et ejus successoribus aliquid repetere seu reclamare poterimus, si contingat ipsos dominum episcopum et ejus successores, ob causam predictam, aliquid levare seu percipere de predictis. Renunciavimus autem et renunciamus spontanee, penitus et expresse super premissis omnibus et singulis actioni in factum, *etc.* Datum anno Domini millesimo cc° octogesimo sexto, die lune post festum Omnium Sanctorum.

CXXII.

Nicholaus, presbyter Villarium capellanusque capellæ de la Landê, sitæ versus Campignacum, promittit se soluturum episcopo Parisiensi et ejus successoribus viginti solidos Parisienses annui census, pro amortizatione unius arpenti vineæ, siti in feodo episcopi, in territorio Canaberiarum, in loco vocato Triben, juxta vineam abbatis de Yvernali. 6 febr. 1283.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, die sabbati post purificationem beate Marie virginis.

CXXIII.

Littera de compositione facta inter dominum Adam dictum Harent, et episcopum Parisiensem, super quibusdam domibus, sitis ab oppositis domus Dei Sancte Katerine. 22 oct. 1268.

Universis presentes litteras inspecturis, archidiaconi Parisiensis et Garneri, in ecclesia Parisiensi archidiaconi, officiales, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra constitutus presentia, dominus Adam dictus Harent, miles, asseruit in jure, coram nobis, quod, cum

inter ipsum militem, ex una parte, et reverendum patrem dominum S.[1] Parisiensem episcopum, ex altera, super quibusdam domibus, que fuerunt defuncti Bertaudi Ascelini, et modo sunt Petri de Fontenis et Mathei de Tricailiis, sitis Parisius, in Magno Vico, que faciunt, ut dicitur, cuneum vici ab oppositis Sancte Katerine Parisiensis, seu dominio vel censiva ipsarum domorum, orta esset materia questionis; tandem idem miles super questione predicta se, pro bono pacis, coram nobis confessus est cum predicto episcopo composuisse; volens quod idem dominus episcopus ejusque successores pro omni jure, proprietate et actione ipsum super domibus predictis competentibus, habeant in futurum in domibus predictis, sitis in loco supradicto, quadraginta et tres pedes in longum super via de vico Bufeterie, que ducit apud Sanctum Medericum, nec non et triginta sex pedes ibidem in latum sive profundum; cedens idem miles et transferens in eumdem dominum episcopum ejusque successores omne jus, dominium, possessionem, proprietatem et actionem quamlibet, utilem et directam, quod et que sibi competebat aut competere poterat quoquo modo in dictis pedibus domorum predictarum. Et promisit idem miles, fide in manibus nostris prestita corporali, quod contra premissa vel aliquod de premissis, ullo jure seu ratione quacumque, per se vel per alium non veniet in futurum. In cujus rei testimonium, sigilla nostra presentibus litteris una cum sigillo ipsius militis duximus apponenda. Datum anno Domini MCCLX° octavo, die lune ante festum apostolorum Simonis et Jude.

CXXIV.

Circa a. 1202. Littera decani et capituli Parisiensis super ratihabitione compositionis inter dominum episcopum et abbatem Sancte Genovefe.

Omnibus Christi fidelibus, presentes litteras inspecturis, Hugo decanus totumque capitulum Beate Marie Parisiensis, salutem in Domino. Noverit caritas vestra quidquid venerabilis pater et dominus noster Odo, Parisiensis episcopus, super querelis que vertuntur inter ipsum et nos, ex una parte, et virum venerabilem Johannem abbatem et ecclesiam Sancte Genovefe, ex altera, judicio vel compositione fecerit, nos

[1] H. e. Stephanus II dictus Tempier.

ratum habituros et firmiter servaturos. In cujus rei evidentiam, sigilli nostri testimonium presentibus litteris apposuimus.

CXXV.

Littera de quodam escambio facto inter dominum Parisiensem episcopum et abbatiam et conventum Sancti Anthonii juxta Parisius. Apr. 1298.

Universis presentes litteras inspecturis, G.[1], Dei paciencia monasterii Sancti Anthonii juxta Parisius humilis abbatissa, totusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus tenore presentium universis, quod nos, attendentes et diligenter considerantes nostra et monasterii nostri predicti, ex parte una, et reverendi in Christo patris et domini nostri S.[2], Dei gratia Parisiensis episcopi, nec non et ecclesie Parisiensis, ex altera, evidentem utilitatem et communem, assignavimus imperpetuum, nomine permutationis, et concessimus ac cum eodem reverendo patre, nomine suo et ecclesie Parisiensis predicte, pro nobis et nomine nostro ac dicti monasterii nostri, permutavimus omnem decimam omnesque redditus seu proventus cum omnibus juribus et pertinenciis, quam vel quos in grangia et villa ac territorio de Gentilliaco ab olim recipere consuevimus et levare, in restitutionem et recompensationem viginti quinque solidorum Parisiensium annui redditus, quos dictus reverendus pater et ejus predecessores habere percipere et levare consueverunt supra domum que fuit quondam Martini dicti le Poitevin, in vico Salnarie Parisiensis; item, et in restitutionem octo solidorum Parisiensium annui redditus, ab eodem reverendo patre acquisitorum supra domum que quondam fuit Johannis dicti de Nantuerre, extra portam Sancti Honorati Parisiensis, percipiendorum et levandorum a nobis et monasterio nostro ex nunc et in perpetuum; volentes quod dictus reverendus pater et ejus successores dictos decimam et proventus, vice versa, de cetero imperpetuum levent, percipient, prout superius est expressum. Quod ut firmum et stabile perseveret, presentes litteras sigillo nostro unico quo utimur fecimus roborari. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, mense aprili.

[1] Gilla seu Ægidia de Beaumont. [2] I. e. Simon.

CXXVI.

22 aug. 1300. Littera visionis vie ad molendinum episcopi Parisiensis per juratos Parisienses.

A tous ceux qui ces lettres verront, Guillaume Thibout, garde de la prévosté de Paris, salut. Sachent tuit que nous avons venes unes lettres scellées du scel de la prévosté de Paris contenant la forme qui s'ansuit :

3 jun. 1299. A la requeste de monseigneur Symon de Monz, chevecier de Nostre-Dame de Paris, et Michiel de la Vaulte, alèrent les jurez de Paris, c'est assavoir mestre Richart de Forest, mestre Guillaume de Laudres, Richart Menart et Guillaume d'Alemaigne, pour veoir un descort qui estoit entre l'évesque de Paris, d'une part, et ledit Michié, d'autre, pour androit d'um chemin par où l'en va au molin l'évesque de Paris. Et dient les jurez que l'évesque mète deus pieus, à ses couz, où les jurez diront, et mètront potences d'icelle part ès liens où il grèverunt mains l'évesque ou ses genz; et, quant les deus pieus faudront, il seront refaiz à moitié couz des parties, et rendra l'évesque de Paris à Michiel de la Voulte quatre livres de Parisis, pour raison de la saisine de sa terre et pour ce qui s'asemble à sa jouée. Ce fut faiz l'an de grâce mil deus ceuz quatre-vinz-dis et neuf, le mescredi devant Pentheconste.

Et nous ou transcript de ces lettres avons mis le seel de la prévosté de Paris, sauz touz droiz, l'an de grâce mil trois cenz, le mardi veille de feste saint Barthélemi l'apostre.

CXXVII.

22 febr. 1305. Littera super fondatione cujusdam altaris, fundati, in ecclesia Sancti Gervasii Parisiensis, in honore sancte Trinitatis, per magistrum J. Clari Sensus, cujus altaris institutio debet venire ad dominum episcopum post decessum fundatoris et cujusdam sororis sue.

Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus, permissione divina Parisiensis ecclesie minister licet indignus, salutem in filio Virginis gloriose. Notum facimus quod, in presentia magistrorum Radulphi de Aureliaco et Petri Casalis, auditoris causarum curie nostre,... propter hoc personaliter constitutus, vir venerabilis et discretus dominus Johannes, dictus Clari Sensus, illustris domini regis Francie clericus ac canoni-

cus ecclesie Sancti Quintini in Viromandia, nobis humiliter exposuit se habere stabile propositum fundandi seu constituendi capellaniam unam, juxta divinum conceptum et animi sui, ob ejusdem anime remedium et defuncti magistri Johannis, fratris sui, parentumque suorum et omnium benefactorum eorumdem; ad quam capellaniam fundandam et instituendam, obtento consensu expresso Johannis, rectoris ecclesie Sancti Gervasii Parisiensis, idem dominus Johannes Clari Sensus devotionem habuit specialem, voluitque et ordinavit institui et fundari unum altare in honore sancte et individue Trinitatis in ecclesia Sancti Gervasii Parisiensis predicta; ita quod presbiter seu capellanus aut clericus, cui beneficium ipsius capellanie conferetur, totaliter erit divisus et separatus a bonis presbiteri seu rectoris ecclesie Sancti Gervasii predicti. In qua quidem ecclesia dictus capellanus in matutinis, missa majori, vesperis et vigiliis mortuorum bona fide tenebitur interesse; et, si sacerdos non fuerit, tenebitur infra annum a tempore collationis sibi facte de dicta capellania se facere promoveri, et ibidem personaliter et continue residere, et fideliter custodire bona et ornamenta eidem capellanie deputata, ad quorum restitutionem tenebitur, si per ipsum vel ejus culpam aut negligentiam aliquam contingeret, accepto casu fortuito, deperire Si vero propter vetustatem consumpta vel quasi fuerint, in bonum statum et eque bona restituet et tenebit. Idem vero presbiter capellanus imperpetuum, singulis hebdomadis, qualibet die dominica, unam missam de Trinitate, die lune unam de fidelibus defunctis, die martis unam de Spiritu Sancto, die mercurii unam de fidelibus defunctis, et diebus sabbatinis unam de beata virgine Maria, in predicto altari, quamdiu vixerit idem dominus Johannes, et post ejus decessum, ob ejusdem anime, dicti fratris, parentumque suorum ac aliorum omnium benefactorum eorumdem remedium, celebrabit, scilicet ante magnam missam parrochialem, matutinis et prima in dicta ecclesia cantatis, vel post magnam missam, si ante pro aliqua justa causa non possit bono modo celebrare, quia non est intentionis dicti fundatoris quod divinum officium in majori altari illius ecclesie propter hoc impediatur. Oblaciones autem et omnia alia quecumque venient ad manum ipsius capellani, rectori ecclesie Sancti Gervasii predicti semper reservabuntur; nec aliquid inde dictus capellanus poterit retinere, nisi de

ipsius rectoris licencia speciali. Si vero dictus capellanus, qui pro tempore fuerit ad dictam capellaniam institutus, impediretur aliquo canonico impedimento, quominus posset dictum officium exequi, alium ydoneum loco sui, durante hujusmodi impedimento, instituet, vel in defectum seu negligentiam suam curatus Sancti Gervasii dictum presbiterum ydoneum instituere poterit, qui officium ipsum, dicti beneficii seu beneficiati sumptibus, adimplebit. Ipsum autem locum maliciose deserere, vel se absentare non poterit, nisi de nostra vel curati dicte ecclesie licencia speciali; reservata tamen penes ipsum dominum Johannem, et, ipso sublato de medio, ad Matildin, sororem ejus, quandiu vixerit, presentatione et omnimoda juris patronatus potestate; ipsisque domino Johanne et Matilde viam universe carnis ingressis, collatio et institutio dicti beneficii ad nos dictum episcopum Parisiensem et ad successores nostros Parisienses episcopos, qui pro tempore fuerint, pertinebit pleno jure. Ad cujus capellanii sustentationem, idem dominus Johannes dedit, contulit, donatione pura et simpliciter facta inter vivos ac in puram et perpetuam elemosinam, duodecim libras Parisienses annui census seu perpetui redditus, admortizatas, habendas et percipiendas in manu mortua, quatuor terminis Parisius consuetis, super domo ipsius domini Johannis, in qua moratur ad presens, in veteri vico Templi, Parisius, prout undique cum omnibus suis pertinentiis se comportat. Et promisit.... Preterea dominus Johannes de Tullo, presbiter, qui ad presens, per presentationem dicti domini Johannis, secundum formam presentationis predicte, dictam capellaniam obtinet,... premissa omnia et singula sponte sua voluit et acceptavit.... Ad hec autem Johannes, curatus predicte ecclesie Sancti Gervasii,.... salvo juramento fidelitatis quod sibi tenebitur facere hujusmodi capellanus in institutione sua,.... premissa omnia et singula, prout superius sunt expressa, pro se et successoribus suis, voluit et acceptavit, promittens nichilominus pro se et successoribus suis quod contra premissa non veniet in futurum; sed providebit capellano predicto, qui pro tempore fuerit, preter ornamenta, calicem et missale, ad que non tenebitur, de ostiis, vino, aqua, candelis et clerico ad celebrandum divinum officium in capellania predicta.... Datum in presentia Johannis Blanchart, clerici, Roberti dicti Magin de Nogeno Sicco, Gilleti de Parisius, Regi-

naldi de Aceyo et Girardi de Sancto Johanne ad Duos Gemellos, testium ad hoc vocatorum, anno Domini millesimo trecentesimo quarto, die lune in festo catedre sancti Petri.

CXXVIII.

Littera compositionis super quodam debato inter dominum episcopum et decanum et capitulum Beate Marie Parisiensis. 21 apr. 1308.

Universis presentes litteras inspecturis, decanus et capitulum ecclesie Parisiensis, eternam in Domino salutem. Notum facimus quod, cum discordia mota esset inter reverendum in Christo patrem ac dominum, dominum G.[1] Dei gratia Parisiensem episcopum, ex una parte, et nos decanum et capitulum predictos, ex altera, super eo videlicet quod nos petebamus nobis restitui Garnotum dictum Brichart, clericum, illa ratione quia homicidium perpetraverat in jurisdictione nostra, prout communiter dicebatur, pretérea quamdam maletam, cum quibusdam rebus existentibus in eadem, in quarum possessione fuerat Johannes de Commannua, clericus, per nos seu servientes nostros captus et detentus; ratione cujus, ad nos restitutio facienda de dictis mala et rebus spectabat, dicto domino episcopo contrarium asserente; tandem, pro bono pacis et concordie, dictus dominus episcopus viam elegit que sequitur, videlicet: Quod viri venerabiles et discreti magistri Petrus de Gressibus, cantor, Symon de Guimbervilla, cancellarius, et Hugo de Besuncio, canonicus ecclesie Parisiensis predicte, de predictis debatis ista vice, pro utraque parte, veritatem inquirerent, et de eisdem secundum eorum conscientias ordinarent et pronunciarent, quas super hoc dictus reverendus pater penitus oneravit. Et dicti venerabiles viri, informatione facta per ipsos super dictis debatis suficienter, ut dicebant, ordinaverunt et pronunciaverunt, juxta potestatem eisdem datam per dictum reverendum patrem, dictum Guernotum ac malam predictam, una cum bonis existentibus in eadem, nobis debere restitui et liberari. Voluerunt tamen et expresse pronunciaverunt, et nos etiam istud idem volumus, et in hoc unanimiter consentimus, quod per predictam pronunciationem et predictorum Guernoti, malete et bonorum restitutionem, domino episcopo predicto nec ejus successoribus aliquod preju-

[1] Nomen Guillelmus Baufet, cognomen de Aureliaco.

dicium imposterum in aliis casibus, nec eciam in similibus preparetur, seu modo quolibet inferatur, nec nobis aliquod jus, saisina, possessio, seu usus propter hoc acquiratur. Quod omnibus quorum interest, tenore presentium, sigillo nostro sigillatarum, in testimonium premissorum, intimamus. Datum anno Domini millesimo trecentesimo octavo, die martis post dominicam qua cantatur *Misericordia Domini*.

CXXIX.

Jan. 1294. Littera quod comes Autissiodorensis tenet in feodum a domino Parisiensi episcopo terram de Mongay.

A redouté père en Jhésu-Crist, son chier seigneur Symon, par la grace de Dieu évesque de Paris, Jehans de Chalon, cuens d'Auceurre et sires de Rochefort, salut et lui apparoillié à sa volenté. Sire, cum nous soiens en vostre foy de la terre de Mongay par raison de baul, et nous aiens quitté et octroié à Guillaume, nostre amé fil, tel droit com nous i poiens avoir pour raison dudit baul, nous vous prions et requérons que il vous plaise lui à recevoir en foy, quar il nous plait, voulons et octroions. En tesmoing de laquelle chouse, nous anvoions à vous ces présentes lettres, seellées de nostre seel pendent, données l'an de grace mil deus cenz quatre-vinz et trèze, ou mois de janvier.

CXXX.

27 febr. 1287. Johannes Blondelli, de Monte Leterico, et Johanna, ejus uxor, declarant se vendidisse domino Ranulpho, Parisiensi episcopo, pro quatuordecim libris Parisiensibus, jam a se receptis, tres sextarios bladi ad parvam mensuram Ville Cereris, quos percipiebant annuatim in granchia domini episcopi apud eamdem Villam.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, die jovis post Brandones.

CXXXI.

23 apr. 1270. Johannes dictus Guitart, de Villa Cereris, et Mulsendis, ejus uxor, asserunt se vendidisse Stephano, Parisiensi episcopo, pro quindecim libris Parisiensibus, jam sibi solutis, domum quandam, sitam apud Villam Cereris, in censiva dicti domini episcopi, qui ex ea percipiebat decem et novem denarios et unum obolum annui census.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo, mense aprili, die mercurii post *Quasimodo*.

CXXXII.

Philippus de Torta Fagu, armiger, et Isabellis, ejus uxor, declarant se vendidisse Guillelmo, Parisiensi episcopo, assentientibus Hugone et Petro de Bello Videre, militibus, fratribus dictæ Isabellis, quidquid possidebant apud Villam Cereris, in feodo de Morviler, quod tenebant a dicto episcopo, pro septem et viginti libris Parisiensibus, venditoribus jam solutis; ea lege adjecta, quod si venditionem prædictam retrahi contingeret, episcopus venditionis pretium et insuper quintam ejusdem pretii partem recuperaret. Mart. 1236-37.

.... Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense marcio.

CXXXIII.

Matthæus de Bello Videre asserit se fecisse homagium Guillelmo, Parisiensi episcopo, pro sexta parte feodi de Morviller, siti juxta Viceour, seque eamdem sextam feodi partem dicto episcopo vendidisse pro triginta libris Parisiensibus, jam sibi solutis, aliisque conditionibus in superiore charta expressis. Jun. 1235.

.... Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense junii.

CXXXIV.

Johannes, presbyter Civilliaci, profitetur se tenere in villenagium ab episcopo Parisiensi quoddam arpentum vineæ, situm inter Villam Cereris et Fraxinas, ad tres solidos Parisienses annui census. Dec. 1253.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, mense decembri.

CXXXV.

Littera de escambio facto inter dominum episcopum et capitulum Parisiense de quibusdam hominibus de Domibus. Mai. 1248.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Lucas, decanus Parisiensis, totumque ejusdem loci capitulum, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos reverendo patri nostro Guillelmo, Dei gratia Parisiensi episcopo, in escambium dedimus et concessimus quemdam hominem nostrum de Domibus, Nicholaum nomine, pro quadam femina de eadem villa, dicta nomine Hodierna, que duos habet pueros, quos peperit de priori marito suo, antequam pro dicto Nicholao in escambium donaretur; hoc pacto, videlicet quod, si dictam Hodiernam decedere

contigerit sine prole de secundo marito, videlicet de Michaele, unus duorum puerorum Hodierne predicte, videlicet Gioanus, homo capituli erit et in jurisdictione dicti capituli remanebit. Si autem de dicto secundo marito prolem habuerit dicta Hodierna, ipsa et dicta[1] proles de secundo marito erunt dicti capituli, et dictus Gyroanus ad jurisdictionem et dominium prefati episcopi revertetur. Et ut istud ratum maneat et stabile, sigillum nostrum duximus apponendum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense mayo[2].

LITTERE DE SANCTO CLODOALDO ET DE MARNA.

CXXXVI.

9 mart. 1251. Johannes de Nogentel, miles, et Agnes de Syrenis, ejus uxor, declarant se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro septuaginta duobus libris Parisiensibus jam sibi solutis, quidquid tenebant apud Sanctum Clodoaldum a Rogero de Villa d'Avroy, armigero, ad decem solidos Parisienses servitii, scilicet tallias minutas, census, coustumas, corveias, occia, redditus vinorum et dominium quod ibidem habebant vel habere poterant.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mense martio, die sabbati post dominicam qua cantatur *Reminiscere*.

CXXXVII.

15 dec. 1251. Johannes de Nerville, armiger, et domicella Petronilla, ejus uxor, declarant se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro octoginta et quatuor libris Parisiensibus, jam sibi solutis, omnia quæ habebant apud Sanctum Clodoaldum in talliis, minutis censibus, coustumis, corveiis, occiis, redditibus vinorum, cum omni dominio; quæ omnia tenebant dicti venditores a Rogero de Villa d'Avroy, armigero, ad decem solidos Parisienses servitii.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense decembri, die sabbati post octabas festi beati Nicholai hiemalis.

[1] In alio ejusdem chartæ apographo, in eodem codice, *toto*.

[2] In Magno Pastorali, *marcio*.

CXXXVIII.

Littera emptionis cujusdam manerii cum pluribus terris, pratis, censibus, feodis et retrofeodis, sitis apud Gentilliacum. Jul. 1283.

Universis, *etc.* Ganfridus de Gehengniaco, armiger, et domicella Margareta, ejus uxor, asseruerunt quod ipsi jure hereditario, tempore vendicionis infrascripte, habebant, tenebant et possidebant, in villa et territorio de Gentilliaco, res, bona, redditus et consuetudines infrascriptas, videlicet : quoddam manerium, situm in villa de Gentilliaco, contiguum manerio Ade dicti de Aqua, clerici, ex una parte, et manerio domini Thome de Lugues, canonici ecclesie Sancti Johannis Rotundi Parisius, ex altera, cum pertinenciis dicti manerii; item, sex arpenta pratorum vel circiter, quatuor pecias continencia; quarum peciarum una contigua est prato domini Hugonis, capellani de Gentilliaco, ex una parte, et riparie seu fossatis de Gentilliaco, ex altera; secunda vero pecia contigua prato hospitalis Parisiensis, ex una parte, et fossatis versus campos, ex altera; tercia vero pecia contigua est prato domine Margarete de Valences, ex una parte, et prato hospitalis Parisiensis ex altera; et quarta pecia contigua est prato Roberti de Monte, ex una parte, et prato Ade de Meullenco, ex altera; que pecia onerata est in quatuor denariis census, reddendis annuatim dicte domine Margarete de Valenciis et archidiacono Scocie; item, unum endens[a], duas pecias continens, quarum una se protendit de Mota domini Guidonis, quondam militis, usque ad pratum liberorum Petri Pavonis; altera vero pecia incipit apud fossatas de transverso, et se protendit usque ad lapidem que vocatur la Bonne; item, viginti arpenta vel circiter terrarum arabilium, decem pecias vel circiter continentia, quarum una pecia contigua est;.... item, sexta pecia terre contigua est terre Guilloti Paillart, ex una parte, et terre presbiteri de Gentilliaco, ex altera; item, septima pecia contigua est;.... item, tria arpenta vel circiter vinearum, unam peciam solummodo continentia, contigua chemino de Villa Cereris, ex una parte, et vinee Johannis de Sancto Matelino, ex altera; item, dominium cujusdam vace pascentis ad abandonium in praeria de Gentilliaco;

[a] In Parvo Chartul. : *endein*.

item, piscaturam in aqua dicti loci de Ponte Martini, de aqua usque ad pasturas de Gentilliaco; item, quatuor modios vini vel circiter annui redditus, super masuris que tenentur a dictis Gaufrido et ejus uxore in dicta villa de Gentilliaco, quarum masurarum quelibet debet quatuor sextarios et dimidium vini; item, duas partes in quadam decima communi sibi et abbatisse et conventui Sancti Anthonii juxta Parisius, in dicta villa de Gentilliaco, de vino et blado dicte ville; cujus decime terciam partem habent et percipiunt dicta abbatissa et conventus annuatim, et super qua decima habet et percipit presbiter ecclesie de Gentilliaco tria modia grānorum annuatim, ut dicebant; item, unum pressorium situm in dicta villa de Gentilliaco, ante domum Simonis lathomi; item, medietatem cujusdam furni, siti in dicta villa, in quadrivio viarum, quarum una se protendit ad Montem Rubeum, et alia se protendit ad villam de Arcolio; item, novem droituras super rebus, locis et masuris, que tenentur ab eodem armigero et ejus uxore predicta, infrascriptis, quarum quelibet debet unum sextarium avene, unum minotum frumenti et duos capones, videlicet : super quadam masura que vocatur masura de Mota;.... item, le panache[1]; item, tresdecim libras censuales, debitas super terris, vineis, masuris et pratis que tenentur a dicto armigero, sitis apud dictam villam de Gentilliaco et in territorio dicte ville, annuatim quatuor terminis, videlicet in festo sancti Remigii, in festo sancti Dyonisii, in crastino festi Omnium Sanctorum et in festo annunciationis beate Marie virginis; item, quasdam corveias in dicta villa de Gentilliaco; item, quoddam roaginm, videlicet de vendicione cujuslibet dolii vini quod crescit in terra et dominio dictorum armigeri et ejus uxoris quinque denarios; item, quoddam retrofeodum, quod Johannes de Curia et Philippus Pavonis, cives Parisienses, tenent ab eisdem armigero et ejus uxore, continens unum arpentum prati et dimidium arpentum vinee; item, quosdam panes in festo sancti Stephani, et quedam ova in festo Pasche annuatim; que omnia iidem Gaufridus et domicella Margareta, ejus uxor, tenebant in feodo a domino Parisiensi episcopo, ut dicebant. Que omnia et singula supradicta, prout superius sunt expressa, et quicquid juris, dominii, proprietatis

[1] Alias : *le parache.*

et actionis ac saisine habebant et habere poterant et debebant dicti armigeri et ejus uxor, et que sibi competebant et competere poterant et debebant in omnibus et singulis supradictis et in dicta villa de Gentilliaco et circa dictam villam, prefati Gaufridus et domicella Margareta, ejus uxor, recognoverunt et confessi sunt spontanei, in jure, coram nobis, se vendidisse pure et simpliciter, et nomine pure et simplicis venditionis imperpetuum concessisse et quittavisse reverendo in Christo patri Ranulpho, Dei gratia Parisiensi episcopo, et ejus successoribus, et transtulisse penitus in eosdem, pro pretio duorum milium librarum Turonensium, sibi quitto jamque soluto et tradito in pecunia numerata, prout ipsi Gaufridus et ejus uxor confessi sunt spontanei, coram nobis, et de quo precio se tenuerunt coram nobis plenarie pro pagatis; exceptioni dicte pecunie, *etc.*... Voluerunt etiam quod, si per dictum agrimessorum aliquis defectus appareret seu aliquid deficeret de predictis arpentis terrarum, vinearum, pratorum predictorum, quod valorem seu extimationem illius defectus, ad dictum dictorum agrimessorum, dicto episcopo seu ejus successoribus, qui pro tempore fuerint, reddere et restituere teneantur; renunciantes, *etc.*... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio, mense julio.

CXXXIX.

Littera cujusdam domus, site apud Orsines. 13 nov. 1286.

A tous ceux qui ces lettres verront, Oudart de la Neuville, garde de la prévosté de Paris, salut. Nous façons assavoir que pardevant nous vindrent Jeham dit Renart, et Jehanne, sa femme, de Bièvre, si comme il disoient, et recogneurent endroit eus avoir vendu, chascun par le tout, et, par nom de pure vente, quité, octroié dès orendroit héritablement à tonzjours à monseigneur Bernart d'Auverne, preste, ou à ceux qui auront cause de luy, une mèson ou tout le curtil et la court devant, si comme elle se comporte en lonc et en lé, que il avoient de l'éritaige à ladicte Jehanne, assise à Oursines, tenent d'une part à la mèson Milet, et d'autre part au curtil à la maresse d'Ourcines, chergiée de trois deniers parisis de cens, paié chascun am, le diemanche après la Saint-Denis, en la censive le prieur de Jardies, si comme il disoient;

tout pour le pris de VI livres parisis leur quittes, que lesdiz vendreurs en ont euz et receuz en deniers secs comptez dudit acheteur, et don il se tindrent à bien paiez pardevant nous, et promistrent lesdiz vendeurs,.... et que il rendroient audit acheteur ou à ceus qui auront cause de luy vint et quatre soulz de parisis, pour le quint denier, ou non de pène, se ladicte vente estoit retraite, avec touz coustemenz. Et pour droite garentie pourter.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le sael de la prévosté de Paris, l'an de grace mil deus cenz quatre-vinz et six, le mescredi après la Saint-Martin d'iver.

CXL.

20 dec. 1311. Item, sequitur quedam alia littera, precedenti littere annexa, cujus tenor sequitur in hec verba :

A tous ceus qui ces lettres verront, Jehan Ploiebaut, garde de la prévosté de Paris, salut. Sachent tuit que les lettres parmi lesquelles ces présentes sont annexées sont et furent scellées du scel de la prévosté de Paris, duquel l'en usoit au temps et au jour que lesdictes lettres furent faites, si comme il nous appert par la tenour d'ycelles; et, comant que le seel soit cassez ou froissiez en aucune partie de luy par mauvoise garde, nous l'aprovons et tesmoignons estre vray. Et ce certifions-nous à touz par l'aparance de luy et par la tenenr de ces lettres, scellées du scel de ladicte prévosté, faites et données le jeudi après Noël en l'an mil ccc et onze.

CXLI.

10 jun. 1316. Littera amodiationis seu firme de pluribus heritagiis seu rebus, sitis apud Moissi-l'Avesque.

A tous ceus qui ces présentes lettres verront, Guillaume de la Magdeleine, garde de la prévosté de Paris, salut. Sachent tuit que pardevant nous vindrent Jehannot Mentin et Sédille, sa fame, de Moissy-l'Avesque, si comme il disoient, recogneurent et confessèrent en droit que Gillet le charretier et Symon Monnite, de Moissy, se estoient faiz et estabiiz, par eus et en leur nons et à leur requeste, debteurs et rendeurs avec eus et chascum de eus par le tout envers révérent père en

Jhésu-Crit monseigneur l'avesque de Paris et envers ses successeurs de toute la ferme et la moyson que il doient et devront audit monseigneur l'avesque des héritaiges de la mairie du Four, et des autres chouses qu'il ont pris dudit monseigneur l'avesque, assises à Moyssi, jusques à certain temps, si comme il est plus pleinement contenu, devisié et motré en unes lettres seur ce faites, le jour que ces présentes lettres furent faites et scellées du scel de la prévosté de Paris, et accomplisseurs de toutes les chouses devisées ès dictes lettres, si comme il disoient. De laquelle ferme ou moison ensemble et de toutes les chouses, quelles que elles soient, que ledit monseigneur l'avesque, ses successeurs ou autres, ou non de eus, leur pourroient requerre ou demander de ladicte ferme et des chouses contennes ès dictes lettres, lesdiz Jehanot et Sédile, sa fame, pour ce personelment devant nous estabiiz, gaigèrent en nostre main et promistrent à acquiter et délivrer, à défendre et à desdomagier à leur couz, périlz et despens lesdiz Gillet et Symon, leurs hoirs et ceus qui auront cause de eus envers ledit monseigneur l'avesque, envers ses successeurs et ceus qui de luy auront cause, et envers touz autres, toutes les foiz que mestiers en sera et qu'il en seront seur ce ammonestez et requis desdiz Gillet et Symon ou du porteur de ces lettres, sanz autre monicion ou mandement attendre ne demander, et à eus rendre et reictorer touz couz, intérès, mises, despens et domages que il auroient ou en recevroient par deffaut de leur délivrance, et sus yceus à croire le porteur de ces lettres, par son simple sarement, sanz charge d'autre preuve. Et quant à ce tenir fermement et loiaument acomplir, lesdiz Jehannot et Sédille, sa fame, obligèrent ausdiz Gillet et Symon et à leurs hoirs eus, leur hoirs, touz leur biens et de leur hoirs, meubles et non-meubles, présenz et à venir, où que il soient, pour vendre et esplatier et justicier par le prévost de Paris; et renuncèrent en ce fait à touz engins, à toutes décevances, à privilége de la croix prise et à prendre, et à toutes autres exceptions, rèsons et deffenses qui pourroient estre dites contre ces lettres. En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le séel de la preusté de Paris, l'an de grace mil trois cenz et sèze, le jeudi après la Trinité.

CXLII.

27 jun. 1315. Littera cujusdam domus, site versus Tuilliarias, ultra Luparam, et cujusdam granchie, site in vico Sancti Thome de Lupara, quas tenent ad censum magister et congregacio Cecorum Parisiensium a domino episcopo Parisiensi.

Universis presentes litteras inspecturis, Robertus de Rothomago, magister et provisor domus congregationis paupcrum Cecorum Parisius, et Johannes dictus Chartayn, minister ejusdem domus, suis ac dicte domus et tocius congregationis ejusdem nomine, et pro ipsis, ac tota ejusdem loci congregatio, salutem in Domino sempiternam. Noverint universi quod, cum nos magister ministerque domus predicte et congregatio ejusdem, nomine ipsius et pro ipsa, in terra domini Parisiensis episcopi Parisius haberemus et possideremus non admortizatas, tam ex conquestu nostro quam ex dono seu legato nobis facto, quandam domunculam cum curte et jardino, sitis versus Tuillarias, ultra Luparam, que fuerunt quondam Johannis de Alta Domo, civis Parisiensis, contiguis, ex una parte, domui et curti Petri de Bonolio et jardino Arnulphi de Alta Domo, civis Parisiensis, et, ex altera parte, domui et jardino defuncti Rogeri dicti des Bauz; nec non et granchiam quamdam cum quodam ortulo seu jardino, sito in vico Sancti Thome de Lupara, que fuit quondam Alani dicti le Mesgeicier, contiguam, ex una parte, domui seu granchie Johannis dicti la Brebiz, et, ex altera parte, granchie que fuit quondam defuncti Galteri Morelli, et jardino domus nostre, quam defunctus Robertus de Sancto Quintino, quondam civis Parisiensis, dum vivebat, tenuit a nobis;.... dominus Parisiensis episcopus, supplicationi nostre ac dicte domus paupertati pio et paterno compacicns affectu, super hoc deliberatione cum ballivo et juratis suis et aliis fidedignis prehabita diligenter, annuit et concessit, et adhuc tenore litterarum suarum concessit et concedit ex gratia speciali, ut nos prefati magister et minister et congregatio Cecorum domus predicte, nomine ipsius et pro ipsa et ad utilitatem nostram et domus nostre, ex nunc et imperpetuum teneamus et possideamus omnes predictas domunculas, domos, seu granchias, cum appendiciis et jardinis earumdem, prout se compórtant in longum et latum, in manibus nostris, sine coactione aliqua per ipsum dominum Parisiensem episcopum vel successores suos Pari-

sienses episcopos nobis inferenda easdem vendendi, vel extra manus nostras ponendi quoquo modo; mediantibus et retentis sex denariis fundi terre, debitis ipsi domino Parisiensi episcopo et ejus successoribus Parisiensibus episcopis, anno quolibet, in festo beati Remigii a nobis sibi reddendis, ratione dicte domus, curtis et jardini, quas habueramus a prefato Johanne de Alta Domo; et tribus solidis et uno denario Parisiensibus fundi terre, debitis ipsi domino Parisiensi episcopo, in dicto termino, anno quolibet, ratione dicte granchie, que fuit quondam Alani le Mesgeicier, a nobis sibi reddendis, et triginta duobus solidis Parisiensibus annui census vel redditus, ipsi domino Parisiensi episcopo solvendis a nobis et reddendis, anno quolibet, quatuor terminis Parisius consuetis, ratione hujusmodi concessionis ab ipso domino Parisiensi episcopo nobis facte, super domibus et possessionibus antedictis.... Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, die veneris post nativitatem beati Johannis Baptiste.

CXLIII.

Littera emptionis duarum domorum sese ad invicem contiguarum, sitarum in vico de Chestiau Festu, juxta crucem de Tyroel. 3 aug. 1321.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis, propter hoc, personaliter constitutus, dominus Johannes Lupi, perpetuus vicarius in ecclesia Parisiensi, procurator venerabilis et discreti viri domini Bernardi de Vannis, canonici ecclesie Rothomagensis et capellani perpetui capellanie fundate in ecclesia Sancti Johannis in Gravia Parisiensi, ad altare Sancti Nicholay, ibidem per defunctas Genovefam, filiam quondam defuncti Philippi Barbete, et Petronillam, olim ipsius defuncte Genovefe matrem;.... asserens coram nobis jam dictus procurator, vice et nomine procuratorio predicto, quod, cum olim discretus vir defunctus dominus Garnerus de Corbolio, beneficiatus, dum vivebat, in ecclesia Sancti Mederici Parisiensis, et predictam obtinens capellaniam, sic in predicta Sancti Johannis in Gravia fundatam ecclesia, vice et nomine jam dicte capellanie et pro ipsa, diu litigasset contra executores defuncti magistri Galerani dicti Nicholay alias de Gravia, Britonis, qui diu dictam capellaniam tenuerat, et ipsius capellanie jura, redditus et posses-

siones dilabi et quasi penitus pereclitari negligenter obmiserat, ut dicebat, ad hunc finem quod per dictos executores super et de bonis dicti defuncti magistri Galerani jamdicta capellania dedampnificaretur super sic datis dampnis eidem competenter; tandem, super premissis omnibus inter dictum dominum Garnerum, vice et nomine quo supra, ex una parte, et jamdictos executores, vice et nomine executorio predicto, ex altera, prout fieri debuit, inita compositione, finaliter predicti executores, nomine quo supra et ipsius defuncti magistri Galerani executorio condempnati fuerunt per illum qui potuit, ipsorum eciam super hoc intervenicute consensu, in centum libris Parisiensibus, convertendis et implicandis in emptionem redditnum pro capellania antedicta.... Qua condempnatione sic habita, predicti executores, habentes et tenentes, ut dicebant, inter cetera, de bonis dicti defuncti magistri Galerani, decem libras Parisienses annui et perpetui redditus non admortizatas, captas et perceptas anno quolibet, quatuor terminis Parisius consuetis, super duabus domibus sese ad invicem contiguis seu intertenentibus, quas tenet et possidet ad presens, tanquam suas, Johannes dictus de Luduno, civis Parisiensis, sitas Parisius, ultra Magnum Pontem, in vico de Chesteau Festu, juxta crucem de Tyrouel, in terra, fundo et dominio temporali reverendi in Christo patris ac domini, domini nostri, domini Parisiensis episcopi;.... videlicet quadraginta solidos Parisienses super domo predicta, in qua moratur dictus Johannes de Lugduno, et octo libras Parisienses super alia domo predicta eidem contigua; quas quidem decem libras Parisienses annui et perpetui redditus.... dicti executores.... predicto domino Garnero, vice et nomine dicte capellanie et pro ipsa, assignaverunt, assederunt, concesserunt et penitus quittaverunt. Et quia dictus dominus Bernardus, tanquam nunc capellanus jam dicte capellanie coactus, juxta consuetudinem notoriam Francie, per dominum temporalem sub cujus fundo et dominio temporali consistunt predicte decem libre non admortizate, eas ponere extra manum suam, nobis humiliter supplicavit jamdictus procurator, nomine quo supra, ut nos, ne dominus ejus predictus per lapsum temporis, vi consuetudinis predicte, totaliter amitteret easdem, presertim cum eas ullo modo nequiret admortizare, super ipsarum rationabili venditione nostrum impertiri dignaremur assensum. Nos vero, de premissis antea plenius

informati, predicte jam dicti procuratoris supplicationi tanquam juste benigniter annuentes, predicte capellanie utilitati propensius providere ac etiam dampno ac periculo occurrere cupientes, eidem procuratori, nomine quo supra, predictas decem libras Parisienses redditus, ob causas et rationes antedictas, vendendi licentiam concedimus atque damus. Qua licentia sic a nobis obtenta, jam dictus procurator, nomine quo supra, easdem decem libras Parisienses redditus postmodum coram nobis vendidit, et nomine pure et simplicis venditionis ex nunc imperpetuum concessit et quittavit, videlicet domino Arroudo, canonico ecclesie Sancti Mederici Parisiensis, ementi pro se...., pro precio centum librarum Parisiensium, jam sibi ab eodem domino Arroudo solutarum et traditarum in bona et legali pecunia numerata, convertendarum et implicandarum, juxta consilium et auctoritatem ordinarii dicte capellanie qui pro tempore fuerit, in emptionem aliorum reddituum pro capellania memorata. De quo quidem precio jam dictus procurator.... Nos vero officialis Parisiensis predictus, quia nobis legitime constat, super hoc a nobis prehabita deliberatione diligenti et debita informatione, predictam venditionem rite et legitime ac ex causa necessaria ac inevitabili esse factam, ob hoc eandem volumus, laudamus, approbamus, et cum nostri decreti interpositione auctoritate nostra ordinaria confirmamus. [*Sequitur tenor procurationis.*] In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium et munimen, sigillum curie Parisiensis presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, die veneris post festum beati Petri ad Vincula.

CXLIV.

Littera de feodo quem Johannes de Nervilla tenebat a Rogero de Villa d'Evroy pro triginta duabus libris. Dec. 1257.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Parisiensis, Johannis et Petri, ecclesie Parisiensis archidiaconorum, officiales, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Rogerus de Villa d'Avrey, armiger, Avelina, ejus uxor, Gazo de Baliseyo, armiger, et domicella Ysabellis, ejus uxor, recognoverunt se vendidisse et quittasse imperpetuum venerabili patri Reginaldo, Dei gratia Pari-

siensi episcopo, et ejus successoribus episcopis Parisiensibus, pro triginta duabus libris Parisiensibus, jam sibi solutis, traditis in pecunia numerata, sicut ipsi venditores confessi sunt coram nobis,.... totum feodum quod ipsi habebant apud Sanctum Clodoaldum, cum omnibus pertinentiis et appenditiis ejusdem feodi ad eos spectantibus; de quo feodo Johannes de Nervilla, armiger [1], et domicella Petronilla, ejus uxor, erant in homagio dictorum Rogeri et Gazonis; quod feodum erat retrofeodum dicti domini episcopi Parisiensis, prout recognoverunt coram nobis. De quo etiam feodo predicti Rogerus et Gazo erant in homagio dicti domini episcopi Parisiensis, sicut dicti venditores recognoverunt coram nobis; volentes et concedentes predicti venditores, quod dictus dominus Parisiensis episcopus et ejus successores in episcopatu Parisiensi predictum feodum perpetuo teneant et possideant in manu mortua, sine coactione vendendi aut extra manum suam ponendi, nichil in eodem feodo et ejus pertinentiis et appendiciis penitus retinentes. Promittentes.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense decembri.

CXLV.

Mart. 1257. Rogerus de Villa d'Avroy et Gazo de Baliseio, armigeri, eorumque uxores declarant se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pretio viginti librarum Parisiensium, omne feodum quod ab eodem episcopo tenebant apud Sanctum Clodoaldum, quodque ab ipsis venditoribus tenebat Agnes, relicta defuncti Stephani de Tour, militis, et uxor Johannis de Nogentello, militis [2].

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mense martio.

CXLVI.

Mart. 1257. Reginaldus, Parisiensis episcopus, declarat venditionem in superiore capite summatim expressam non obstare, quin Haoysis de Villsiaco et Rogerus de Villa d'Avroy triginta solidos annuatim percipiant ex redditibus feodi Sancti Clodoaldi, eidem Reginaldo venditi.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mense martio.

[1] Vide, supra, cap. CXXXVII, p. 116, venditionem quam Johannes de Nervilla, armiger, approbavit.

[2] Reperies, supra, cap. CXXXVI, p. 116, eam venditionem ab Agnete de Syrenis et Johanne de Nogentel, ejus conjuge, factam.

CXLVII.

Littera regia super feodo Guillelmi de Bievra, militis. Jul. 1282.

Philippus, Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum dilectus et fidelis noster episcopus Parisiensis finaverit cum preposito nostro Parisiensi, recipiente pro nobis, super retinendo sibi et successoribus suis episcopis Parisiensibus quodam feodo, cum domanio illius feodi, siti apud Sanctum Clodoaldum et in territorio Sancti Clodoaldi, quod vocatur feodum Guillelmi de Bievre, militis, per dictum episcopum titulo emptionis acquisito a Matheo Deron, milite nostro, et Maria, ejus uxore, filia quondam dicti Guillelmi, qui Matheus, ratione dicte uxoris sue, illud feodum tenebat de nobis; nos dictam finationem ratam et gratam habentes, volumus et concedimus, quantum in nobis est, quod dictus episcopus et successores sui episcopi Parisienses illud feodum, cum domanio ejusdem, tenere possint imperpetuum et pacifice possidere, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Pontisaram, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, mense julio.

CXLVIII.

Littera domini Reginaldi de Bievre, de sexcies viginti libris et viginti solidis. 13 mart. 1260.

Omnibus presentes litteras inspecturis, Johannis et Radulphi, ecclesie Parisiensis archidiaconorum, officiales, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis constituti, Symon, gener domini Reginaldi de Sartron, militis, armiger, et domicella Emelina, ejus uxor, asseruerunt quod ipsi habebant, tenebant et possidebant duas pecias vinearum apud Sanctum Clodoaldum, quarum una sita est apud Villam Baart, contiguam, ex una parte, vie per quam itur ad Groas, et, ex alia parte, vinee Roberti de Domo, decani; et alia pecia sita est in loco qui vocatur Betisiacum, contigua terre Theobaldi de Vallibus, ex una parte, et, ex alia parte, terre Margarete la Chauzonne. Item, asseruerunt quod ipsi

habebant et percipiebant, annis singulis, viginti tres solidos et dimidium Parisienses minuti census capitalis, in festo sancti Remigii, apud Sanctum Clodoaldum; item, sexdecim solidos et tres denarios pressoragii, annis singulis, in die sancti Martini hiemalis; item, et novem modios vini annui redditus apud Sanctum Clodoaldum, in vindemiis. Quas siquidem vineas, dictos viginti tres solidos minuti census capitalis, sexdecim solidos et tres denarios pressoragii et novem modios vini predictos, que tenebant de feodo domini Guillelmi de Bievra, nuilitis, ut dicebant, et quidquid juris habebant vel habere poterant in eisdem et in dicta villa Sancti Clodoaldi et territorio ejusdem, ex successione dicti domini Reginaldi vel ex quacumque alia causa, ipsi Symon et domicella Emelina, ejus uxor, recognoverunt et confessi sunt in jure se vendidisse et imperpetuum quittavisse magistro Herveo Britoni, canonico Parisiensi, et ejus heredibus, pro sexcies viginti libris Parisiensibus, jam dictis venditoribus solutis, traditis in pecunia numerata, ut confessi sunt coram nobis. Renunciantes *etc.;* transferentes *etc.;* promittentes *etc.;* obligantes *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense martio, die sabbati ante *Letare Jerusalem*.

CXLIX.

10 dec. 1242. Littera de triginta duobus solidis quatuor denariis cum obolo redditus, pro amortizatione facta domui Dei de Sancto Clodoaldo.

Universis presentes litteras inspecturis, curiarum Parisiensis ac venerabilis viri Guillelmi, in ecclesia Parisiensi archidiaconi, officiales, salutem in Domino. Noverint universi quod, coram nobis personaliter constituti, Adam Anglicus, magister seu provisor domus Dei de Sancto Clodoaldo, Guillelmus Hutin et Petrus, fratres domus predicte, Aalipdis, Margareta et Emelina, sorores ejusdem domus, asseruerunt quod, cum ipsi haberent, tenerent et possiderent, suo et dicte domus Dei de Sancto Clodoaldo nomine, apud Sanctum Clodoaldum et in territorio ejusdem ville, in terra, jurisdictione ac dominio domini Parisiensis episcopi, possessiones, terras, vineas, domos, census seu redditus infrascriptos : videlicet, super domo Gileberti Fabri, sexdecim solidos annui census seu redditus; item, super domo Radulphi Munerii, quatuor solidos; item, super domo Odonis dicti Fabri, que domus

quondam fuit Garneri le charretier, octo solidos Parisienses; item, super domibus Henrici le borrelier, que sunt inter domum pastillarii et domum cadrigarii, octo solidos; item, super domo Gaufridi pastillarii, novem solidos; item, super domo Rogeri dicti de Fonte, tres solidos; item, super domo Gaufridi Graffart et ejus liberorum, tres solidos Parisienses; item, super domo Theobaldi dicti de Valle et ejus uxoris, decem et octo denarios; item, super domo Garneri dicti Fumbert[1], sex solidos; item, super domo Theobaldi Thome, quatuordecim solidos Parisienses; item, super domo Eramburgis la Gautelle, decem solidos; item, super domo Guillelmi barbitonsoris, sita in burgo Sancti Clodoaldi, quatuor solidos; item, super domo Roberti carnificis, sita in burgo, duos solidos et sex denarios Parisienses; item, super domo Guidonis dicti le Favier, triginta denarios Parisienses; item, super domo Petri de Nanthodoro, sita in Martreyo, septem solidos; item, super domo Odonis Audedou[2], sita in Martreyo, quinque solidos; item, super domo Radulphi dicti Prieur, sita in vico qui dicitur Mauvaus, duos solidos; item, duo arpenta terre arabilis, sita ad viam per quam itur apud Malliacum, que terra quondam fuit Petri dicti Brunel; item, quoddam arpentum terre arabilis, quod quondam fuit defunctorum Nicholay Rose et Marie, ejus uxoris, sitam in territorio de Teneroles. Que omnia ceperat reverendus pater Ranulphus, Dei gratia Parisiensis episcopus, in manu sua, quia nolebat dictos magistrum, fratres et sorores domus Dei predicte, predicta tenere in manu mortua; tandem, ad supplicationem eorumdem magistri, fratrum et sororum, idem dominus episcopus, suo et ecclesie sue Parisiensis nomine, eisdem magistro, fratribus et sororibus domus Dei de Sancto Clodoaldo et suis successoribus ac domui Dei predicte, ut dicebant, predicta amortizavit in hunc modum, videlicet: Quod dictus dominus Parisiensis episcopus voluit et concessit ut ipsi magister, fratres et sorores, nomine dicte domus Dei de Sancto Clodoaldo, ac eorum successores qui pro tempore erunt in domo Dei predicta, habeant, teneant et possideant, ex nunc in futurum, sine coactione vendendi aut extra manum suam ponendi, dicta bona, census, seu redditus predictos; dicto tamen episcopo ac ejus successoribus

[1] In Parvo Chartul.: *Foubert.*

[2] Ibid.: *Hadedou.*

retentis ab eodem episcopo triginta duobus solidis quatuor denariis et obolo Parisiensibus de predictis censibus, pro dicta amortizatione, habendis et percipiendis ab eodem episcopo ac ejus successoribus ex nunc in futurum, quatuor terminis Parisius consuetis, per manus dictorum magistri, fratrum et sororum domus Dei predicte, super terris, possessionibus, censibus seu redditibus predictis, primitus et pro indiviso. Propter quod dicti magister, fratres et sorores.... promiserunt, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, die dominica post festum beati Nicholai hiemalis.

CL.

Apr. 1266. Garnerus Tauri de Sancto Clodoaldo et Agnes, ejus uxor, profitentur se vendidisse Parisiensi episcopo, pro triginta quinque libris Parisiensibus, jam sibi solutis, 1° viginti quatuor solidos Parisienses augmentati census, quos percipiebant annuatim e maneriis sive porprisio ejusdem episcopi apud Sanctum Clodoaldum; 2° quamdam droiturам et sexaginta solidos Parisienses minuti census, vocati census de Mes; quæ omnia percipiebant e terris, vineis aliisque possessionibus, apud Sanctum Clodoaldum sitis.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, mense aprili.

CLI.

8 mai. 1284. Littera de hiis que emit dominus Raulphus, Parisiensis episcopus, a domina Margareta de Viriaco, apud Sanctum Clodoaldum.

Universis presentes litteras inspecturis, curiarum Parisiensis, reverendi patris domini Ancheri, cardinalis, ac Guillelmi, ecclesie Parisiensis archidiaconorum, officiales, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia personaliter constituta, domina Margareta de Viriaco, filia quondam defuncti domini Mathei dicti le Pein, militis, ac relicta defuncti domini Petri de Villa Nova, militis, asseruit quod ipsa habebat, tenebat et possidebat ex hereditate sua, apud Sanctum Clodoaldum et in territorio ejusdem ville, quamdam peciam vinee, continentem septem quarteria vel circiter, sitam in clauso episcopi, in loco qui dicitur la Fosse, contiguam, ex una parte, vineis reverendi patris domini Parisiensis episcopi, et, ex alia parte, vinee Eramburgis, relicte defuncti Mauricii Gatel; item, quamdam aliam peciam vinee, continentem unum arpentum vel circiter, sitam in territorio de Chaillou, contiguam vinee

relicte defuncti Guidonis de Moncello, ex una parte, et vinee Garneri dieti le Coe, ex altera; item, duo feoda sita apud Sanctum Clodoaldum, tam in villa quam in territorio ejusdem ville, quorum Robertus de Bougivalle, armiger, tenet [unum] in feodum a dicta domina Margareta, et aliud tenent Perrotus et Margareta, fratres et sorores, liberi et heredes defuncti Guiardi de Minellis, armigeri; et sunt retrofeoda dicti domini reverendi patris Parisiensis episcopi. Que omnia predieta et singula predicta domina Margareta advocat se tenere in feodum a dicto reverendo patre domino Parisiensi episcopo, et esse in homagio ipsius episcopi de eisdem. Quas siquidem vineas ac etiam dieta duo feoda, et quidquid juris in eisdem habebat seu habere poterat quocumque jure sive ratione vel causa, predicta domina Margareta, propter hoc coram nobis personaliter constituta, spontanea voluntate, non coacta, recognovit coram nobis et confessa fuit se vendidisse, ac nomine pure venditionis coneessisse et quittavisse ex nune in futurum predicto reverendo in Christo patri Ranulpho, Dei gratia Parisiensi episcopo, ejusque successoribus ecclesie Parisiensis episcopis, seu causam ab ipsis habentibus et habituris, pro pretio sexaginta quatuor librarum Turonensium, jam sibi soluto, tradito ac liberato in pecunia numerata; exceptioni pecunie non habite.... renuntiando, *etc* Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, die lune in octabis beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

CLII.

Milo, abbas Ermeriarum, Præmonstratensis ordinis, nomine domus Sanctæ Tri- 28 aug. 1275.
nitatis, sitæ Parisiis, juxta Crucem Reginæ, et albatiæ Ermeriarum immediate subjectæ, vendit Stephano, Parisiensi episcopo, pro quinquaginta libris Parisiensibus, jam ab eodem episcopo solutis, quinque sextarios sex minas tres minotos et tres boissellos avenæ, annui redditus, sex solidos et quatuor denarios[1] capitalis census, et modium unum dimidiumque, quinquaginta sex sextarios quartariumque vini annui redditus, percipiendos e domibus et vineis, apud Sanctum Clodoaldum et in territorio ejusdem burgi sitis, quatuor quoque arpenta vinearum cum dodrante, in eodem territorio sita, et rotagium villæ Sancti Clodoaldi.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, die mercurii ante decollationem beati Johannis Baptiste.

[1] In Parvo Chartul. : *septem solidos et duo denarios.*

CLIII.

25 apr. 1285. Guillelmus Postel de Sancto Clodoaldo declarat se vendidisse Ranulpho, Parisiensi episcopo, pro viginti quatuor libris Parisiensibus, jam sibi solutis, quamdam domum, sitam apud Sanctum Clodoaldum, in Valle Grignosa, contiguam manerio dicti episcopi, cum quadam curia eidem domui adjacente; ex quibus domo et curia tres denarii et una picta census capitulo Sancti Clodoaldi annuatim solvuntur.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, die mercurii post dominicam qua cantatur *Cantate*.

CLIV.

Apr. 1258-59. Littera de viginti solidis, quos Rogerus de Villa d'Avroy et Gazo de Baliseyo habebant in terra que dicitur terra de Syrenis, pro pretio sexdecim librarum Parisiensium.

Universis presentes litteras inspecturis, Johannis et Petri, ecclesie Parisiensis archidiaconorum, officiales, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Rogerus de Villa d'Avroy, armiger, et domicella Avelina, ejus uxor; Gazo de Baliseyo, armiger, et domicella Ysabellis, ejus uxor, asseruerunt quod ipsi habebant et percipiebant communiter, pro indiviso, in quodam feodo, sito apud Sanctum Clodoaldum, viginti solidos Parisienses annui redditus, videlicet ad natale Domini annuatim; de quo feodo domina Agnes, relicta defuncti Stephani de Tour, militis, Johannes de Nervilla et domicella Petronilla, ejus uxor, fuerant in homagium dictorum Rogeri et Gazonis, ut dicebant; quod feodum est retrofeodum domini Parisiensis episcopi, ut dicebant. Quos siquidem viginti solidos, et quidquid juris, dominii, proprietatis et possessionis habebant et habere poterant in eisdem dicti Rogerus, Aveliua, Gazo et Ysabellis vendiderunt coram nobis et imperpetuum quittaverunt reverendo patri R.[1], Dei gratia Parisiensi episcopo, et ejus successoribus episcopis Parisiensibus, pro viginti libris Turonensibus, dictis venditoribus jam solutis in pecunia numerata, ut confessi sunt coram nobis; renunciantes.... Et promiserunt.... necnon et quod solvent dicto domino episcopo vel ejus successoribus quatuor libras Parisienses, nomine pene, si venditionem hujusmodi in

[1] Is est Reginaldus III, de Corbolio.

toto vel in parte retrahi contigerit vel evinci.... Hec autem vendicio facta fuit, salvis eidem Rogero et Gazoni homagiis dictorum feodatariorum, qui erant in homagio dictorum R. et G. tempore venditionis predicte. Datum anno Domini MCC quinquagesimo octavo, mense aprili.

CLV.

Littera regie et prepositure Parisiensis pro amortizatione terre domini regis de Bevra, apud Sanctum Clodoaldum. 19 jul. 1282.

A touz ceus qui ces lettres verront, Gile de Compigne, garde de la prévosté de Paris, salut. Nous faisons assavoir que, pardevant nous vindrent messire[1] Maci dit Derom, chevalier, et madame Marie, sa fame, fille et hoir monseigneur Guillaume de Bièvre, chevalier, si comme il disoient; et affermèrent que messire l'évesque de Paris avoit, tenoit et porsiuoit à Saint-Clost[2] et ou terrouer de Saint-Clost un fié, que l'en apèle la terre monseigneur Guillaume de Bièvre, qui est assis en vignes, en vin de rente, en cens deuz à la Saint-Remy, et en pressorage den à la Saint-Martin d'iver. Lequel fié li devant dit Macy chevalier et Marie, sa fame, dysoient que il movoit d'eus, par rayson de ladicte Marie, et yceli fié il avooient à tenir de nostre seigneur le roy de France. Lequel fié dessusdit ledit chevalier et sa fame amortirent et recognurent que il avoient amorti à monseigneur l'évesque de Paris dessusdit et à ses successeurs, en non de l'église de Paris et pour l'église, et voudrent et ottroièrent pardevant nous, par leurs loiaus créanz, que le devant dit monseigneur l'évesque de Paris et ses successeurs, de ci en avant à touz jours mès, aient et tiègnent et porsiuent en main morte, sanz coaction de vendre, de despendre ne de mètre hors de leur main, le fié dessusdit et quant que iceli chevalier et sa fame ont qui muet de œ fié en la ville de Saint-Clost et ou terrouer, soit en justice, en terres, en vignes, en mèsons, en vin de rente, en pressorage, en cens et en autres chouses quelles que elles soient. Prometanz par leurs loiaus créanz, que contre le devant dit amortissement, par eus ne par autres, ne vendront à touz jours mès, ne venir ne feront, et envers nostre seigneur le roy de France l'amortissement du devant dit fié, tant comme

[1] Parvo Chartul. : *mi sire.*

[2] Ibid. : *Saint-Clout.*

il toche au roy, porchaceront et procureront, et la lettre souffisant du roy de l'amortissement dudit fié à monseigneur l'évesque de Paris procureront et avoir feront[1]. Par lequel amortissement du devant dit fié, pour eus et pour monseigneur le roy, les devant diz monseigneur Maci et sa fame recognurent pardevant nous, en jugement, eus avoir eu et receu de monseigneur l'évesque de Paris dessus nommé ou de son commandement seixante et cinc livres de Parisis, desquiex il se tindrent parpaiez pardevant nous, en renonçant à l'exception de la pécune non mie eue et receue du tout en tout, et expressément à tous engins, *etc.*... Ce fu fet l'an de grace mil cc quatre-vinz et deus, ou mois de juignet, le diemanche devant la Magdeleine.

CLVI.

28 febr. 1312. Littera plateæ de capite pontis de Sancto Clodoaldo.

A touz ceus qui ces lettres verront, Jehan Ploiebaueh, garde de la prévosté de Paris, salut. Saehent tuit que pardevant nous vindrent Guillaume, le Fèvre et Marguerite, sa fame, de Saint-Cloust, si comme il disoient, et recognurent endroit eus avoir pris et retenu à eus et à leurs hoirs, à touz jours, dèsores en avant, de révérent père en Jhésu-Crist mestre Guillaume, par la grace de Dieu évesque de Paris, une place vuide, si comme elle se comporte, assise devant l'ostel-Dieu de Saint-Cloust, au bout du pont, devant la mèson Jehan de Corbeul, tenant à l'orme devant ledit hostel-Dieu, et à la chauciée pardevers la mèson dudit Jehan de Corbeul, et au bout du cay par devers l'iaue, si comme il disoient; c'est assavoir, pour doze deniers Parisis de cens et une mine d'avoine de rente chascun an, à rendre et paier les douze deniers de cens et la mine d'avoine de rente touz les anz desdiz mariez, de leurs hoirs ou de ceus qui auront cause de eus audit monseigneur l'évesque et à ses successeurs évesques de Paris, landemain de Noël; et pour vint livres de Parisis, que il promistrent mettre et amploier en l'édifiement et en l'amandement de la place devant diete, dedanz la fin de quatre anz accompliz, à compter du jour que ces lettres furent faites. Pour lequel cens et rente devant diz rendre et paier audit

[1] Voyez ces lettres royales ci-dessus, cap. CXLVII, p. 127.

évesque et à ses successeurs, lesdiz mariez obligèrent audit monseigneur l'évesque et à ses successeurs, et pour ledit amandement mettre en ladite place dedenz le terme dessus dit, eus, leurs hoirs, touz leurs biens et les biens de leurs hoirs, meubles et non meubles, présenz et à venir, où que il soient, et souzmistrent à la jurisdiction de la prévosté de Paris, en tèle condicion que il porront édifier et maçonner sus ledit cay, par acort et convenant fait ou traictié du bail de ladicte place, si comme il disoient. En tesmoin de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris. Donné l'an de grace mil ccc et onze, le samedi devant miquaresme.

CLVII.

Mauricius de Furno, capellanus capellaniæ institutæ in ecclesia Villæ Cereris à defuncto Nicholao, presbytero, canonico Sancti Honorati Parisiensis, profitetur sibi et successoribus suis concessum fuisse ab episcopo Parisiensi, ut possideant in manu mortua triginta arpenta et dimidium terræ arabilis, duo arpenta, dimidium arpentum dimidiumque quarterium vinearum, et quamdam domum, apud Villam Cererem, valoris decem et octo librarum annui redditus; e quibus quatuor libræ quotannis episcopo Parisiensi et ejus successoribus solventur. 2 mart. 1285.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, mense martio, die veneris ante dominicam qua cantatur *Letare Jerusalem*.

CLVIII.

Littera omptionis bladi, quam Guillelmus episcopus fecit a Simone de Maciaco, milite. Jun. 1286.

Universis presentes litteras inspecturis, J., ecclesie Parisiensis archidiaconus, et officialis curie Parisiensis, *etc.* Dominus Simon de Maciaco, miles, asseruit et recognovit quod habebat et possidebat decimam in parrochia de Maciaco et in quibusdam aliis locis circumadjacentibus. Item, recognovit et asseruit idem miles, coram nobis, quod ipse habebat et possidebat campipartem in eadem parrochia de Maciaco et in locis quibusdam circumadjacentibus. Recognovit etiam idem miles, coram nobis, quod dicta decima et prefata campipars movent de feodo domini episcopi Parisiensis. Asseruit insuper et recognovit idem miles, coram nobis, quod, pro sua necessitate inevitabili, et pro itinere suo ad terram sanctam, in quam proficisci habebat, perficiendo, de predictis decima et cam-

piparte octo modios tam bladi quam avene annui redditus, ad mensuram Parisiensem, distrahere proponebat; et propter hoc ipse miles, coram nobis, in jure constitutus, vendidit reverendo patri Guillelmo, Dei gratia Parisiensi episcopo, imperpetuum, et illis qui causam habebunt ab ipso, ad voluntatem domini episcopi penitus faciendam, pro quadringentis libris Parisiensibus, de quibus habuit et recepit idem miles trecentas et viginti libras Parisienses, sicut confessus est coram nobis, et alias octoginta libras retinuit dominus episcopus de voluntate, mandato et assensu dicti militis, pro quinto denario, ratione feodi ipsi domino episcopo debito, prout est usitatum secundum usus et consuetudines Francie, sicut ipse miles confessus est coram nobis; renuncians prefatus miles...., octo modios bladi annui redditus et avene ad mensuram Parisiensem, videlicet quatuor modios tam frumenti quam mystolii, ita quod totum frumentum et mystolium tocius decime et campipartis predictarum insimul integraliter miscebuntur perpetuo annuatim, et exinde fiet solutio dictorum quatuor modiorum bladi, et alios quatuor modios avene pure et bone ab ipso domino episcopo sive illis qui causam habebunt ab ipso, quitte et libere absque aliqua redibitione sive diminutione, singulis annis perpetuo, infra natale Domini, in granchia ejusdem militis, apud Maciacum, super tota decima et etiam campiparte predictis, percipiendos libere et habeudos; ita quod predicte decime et campipars non poterunt de cetero in plures heredes dividi; immo dictus episcopus et illi qui causam habebunt ab ipso, [ab] una sola persona totum predictum bladum et avenam in predicto loco imposterum percipient annuatim, vel alibi, si dictam granchiam destrui contigerit, ubicumque dictas decimam et campipartem congregari contingeret vel reponi; totum residuum ipsius decime et campipartis, quod sibi remanet, eidem domino episcopo et illis qui causam habebuut ab ipso, ad hec, in contraplegium, pignoris sive ypotece titulo, coram nobis, specialiter obligando et obligatum imposterum relinquendo.... Nobilis vero mulier Ysabellis, uxor dicti militis, coram nobis, in jure constituta, specialiter et expresse quittavit domino episcopo et illis qui causam habebunt ab ipso, imperpetuum, quidquid juris in predictis octo modiis, tam bladi quam avene, annui redditus, ratione dotalicii vel alio quocumque modo, habebat vel habere poterat in futurum.... Datum ad petitionem dicto-

rum militis et ejus uxoris, anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, mense junio.

CLIX.

Petrus, præpositus Gonsenvillæ, profitetur, coram P. archidiacono Pisciacensi, se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro viginti libris Parisiensibus, mediam partem censivæ de Broc, apud Villam Cereris, quam ipse Petrus in feodum tenebat a Garnero de Broe, milite. Jan. 1256.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense januario.

CLX.

Venditionem superiorem approbant Matildis, uxor Petri, præpositi Gonsenvillæ, et Agnes, uxor domini Garneri de Broie, militis. Jan. 1256.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense januario.

CLXI.

Morise le Béguin, de Vissours, déclare avoir pris à ferme ou *moison*, pour trois ans, de l'évêque de Paris, les deux moulins que possédait ledit évêque à Vissours, moyennant une redevance annuelle de treize muids de grain, moitié *monterange* et moitié méteil, et à la charge de rendre à fin de bail les tournemens des moulins, valant 43 livres 10 sous parisis, tels qu'ils ont été estimés de son consentement, à son entrée en possession. 21 oct. 1312.

.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grace mil trois cenz et trèze, le diemanche après la Saint-Luc euvangélistre.

CLXII.

Durandus dictus Ruffus, Auduidis, ejus uxor, Johannes, Johannotus, Reginaldus, eorum liberi, et Aalesia, uxor Johannis, declarant se vendidisse Parisiensi episcopo, pro viginti libris Parisiensibus, quamdam domum cum porprisio, sitam apud Villam Cereris, juxta domum Petri Majoris, contiguam horto Parisiensis episcopi et oneratam decem denariis censualibus. Jan. 1258.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense januario.

CLXIII.

Jan. 1258. Reginaldus, Parisiensis episcopus, declarat Durandum Ruffum, Auduisim, illius uxorem, Johannem, Johannotum et Reginaldum, eorum liberos, nec non Aalesiam, uxorem Johannis, accepisse a Stephano de Verreriis, Baldoino, fratre ejus, Maria et Sedilia, eorum uxoribus, domum in instrumento præcedente venditam, cum dimidio arpento terræ, ad limitem Loancii sito, in commutationem alius domus, cum vinea, horto et porprisio, apud Villam Cereris, juxta domum Reginaldi Quabarel, oneratæ tredecim denariis censualibus[1].

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense januario.

CLXIV.

19 jun. 1281. Littera de masura et domo emptis apud Villam Cereris, juxta jardinum episcopi, precio centum librarum Turonensium.

Universis, *etc.* Petrus de Symore, clericus, Johannes de Cane, presbiter de Valle Hellandi, Nicholaus de Symore, Guillelmus Lothoringus, Holoisis, ejus uxor, Henricus Anglicus et Ysabellis, ejus uxor, heredes, ut dicebant, defuncti Petri, quondam presbiteri de Ygniaco, asseruerunt in jure, coram nobis, quod ipsi habebant, tenebant et possidebant pro indiviso quandam domum sive masuram, sitam quasi in medio ville de Villa Cereris, contiguam, ex uno latere, manerio sive jardino manerii domini Parisiensis episcopi, et, ex alio latere, domui sive masure Jeuberti dicti Suttoris, in dominio et censiva dicti domini episcopi, de censu qui quarta episcopi vocatur, oneratam in quatuor solidis Parisiensibus tallie, solvendis annis singulis, in festo beati Andree apostoli, cum quatuor denariis annui incrementi census tantummodo, ut dicebant, videlicet dicti Petrus, Johannes, Nicholaus et Guillelmus et Eloisis, ejus uxor, duas partes dicte masure ex caduco dicti defuncti Petri, et dicti Henricus et Ysabellis, ejus uxor, terciam partem ejusdem masure, tam ex caduco dicti defuncti quam ex conquestu suo sive excambio facto cum Nicholao de Cane, coherede eorumdem, ut dicebant. Quam siquidem domum sive masuram persone superius nominate recognoverunt et confessi fuerunt in jure, coram nobis, se vendidisse, et ex nunc nomine venditionis imperpetuum quittavisse reverendo patri in Christo domino

[1] Hanc chartam se vidisse declaravit, eodem anno et mense, Johannes, archidiaconus Parisiensis.

Parisiensi episcopo et ejus successoribus, pro centum libris Turonensibus, jam eisdem venditoribus solutis et traditis in pecunia numerata, sicut confessi sunt coram nobis; exceptioni, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, die jovis ante nativitatem beati Johannis Baptiste.

CLXV.

Littera de censu Ville Cereris multiplicando. 30 nov. 1255.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Parisiensis et officialis archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Henricus dictus de Curia, Guerinus decanus, Guillelmus Herberti, Baldoinus de Symnone, Jobertus Granetarius, Guillermus du Morier, Angibertus, filius Mathei le Cencier, Bertrandus l'Armerant, Robertus Galcheri, Joubertus Villain, Marcellus Faber et Guillelmus Guitard recognoverunt quod, in concessione manumissionis eorum et aliorum hominum de Villa Cereris, facta a venerabili patre R.[1], Dei gratia Parisiensi episcopo, conventum fuerat, non causa onerande libertatis, quod ipsi homines de Villa Cereris manumissi tenerentur duplicare census domino episcopo debitos apud Villam Cereris, usque ad summam quadraginta quinque librarum Parisiensium; ita quod, summa hujusmodi census duplicata, dominus episcopus et successores sui haberent et perciperent perpetuo, annis singulis, quater viginti et decem libras Parisienses annui census, super terris et aliis possessionibus, sitis apud Villam Cereris, in territorio ipsius loci, tam in dominio domini episcopi quam alibi, in manu mortua. Et promiserunt predicti Henricus, Guerinus, Guillelmus Herberti, Baldoinus, Jobertus, Guillelmus du Morier, Angibertus, Bertrandus, Robertus Garteri, Jobertus Villain, Marcellus Faber et Guillelmus Guitart, quilibet eorum in solidum, sacramento corporaliter prestito ab eisdem, quod annuatim reddent domino episcopo et successoribus suis quater viginti et decem libras Parisienses, quousque ipsi quiete et pacifice assignaverint et liberaverint domino episcopo quadraginta quinque libras Parisienses annui census duplicatas, videlicet quater viginti et decem libras Parisienses a domino episcopo et successoribus suis imperpetuum habendas et perci-

[1] I. e. Reginaldus III.

piendas, prout superius continetur. Et ad hec omnia et singula tenenda et firmiter observanda, prenominati homines et quilibet eorum in solidum, sub prestito juramento, se, heredes suos et omnia bona sua et heredum suorum, mobilia et immobilia, presentia et futura, domino predicto episcopo et successoribus suis in contraplegium obligarunt, et se, quantum ad hec, omnia et singula jurisdictioni curie Parisiensis supposuerunt, et in solidum quilibet eorum. In cujus rei testimonium, ad petitionem dictorum hominum, presentes litteras sigillis nostris duximus roborandas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, die festo beati Andree apostoli.

CLXVI.

12 jan. 1306. Littera dimidii arpenti terre traditi ad censum Guillelmo dicto Foulon de Villa Cereris.

Universis, *etc.* Guillermus dictus Foulon de Villa Cereris asseruit et confessus est, coram nobis, se accepisse imperpetuum, pro se et suis heredibus ac causam habituris ab eodem, a domino Guillermo, receptore domini Parisiensis episcopi, dimidium arpentum terre arabilis, situm in territorio Ville Cereris, in loco qui dicitur la Grosse Pierre...., pro una mina avene et dimidio minoto frumenti, reddendis et solvendis anno quolibet imposterum dicto domino Parisiensi episcopo et ejus successoribus, in granariis Parisiensibus, ab eodem Guillermo dicto Felon et ejus heredibus seu causam ab ipso habituris, una cum aliis redditibus in antea dicto domino Parisiensi episcopo super dicto dimidio arpento terre debitis.... Datum anno Domini millesimo trecentesimo septimo, die sabbati post epiphaniam ejusdem.

CLXVII.

16 aug. 1287. Littera de quibusdam terris emptis apud Moissiacum, quo nunc sunt infra clausuram jardini.

Universis presentes litteras inspecturis, Dyonisius, archidiaconus Brie in ecclesia Parisiensi, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia personaliter constitute, persone infrascripte, videlicet Ysabelota, filia quondam defuncti Reginaldi Dandier, et Laurencia, ejus mater, Symon dictus Billete et Ysabellis, ejus uxor, Jaquelina dicta l'Escorchee,

Johannes Barberius et Petronilla, ejus uxor, Johannes le Maçon et Maria, ejus uxor, omnes de Moissiaco Episcopi, recognoverunt et confessi sunt in jure, coram nobis, se vendidisse et nomine venditionis imperpetuum quittavisse reverendo patri domino Ranulpho, Parisiensi episcopo, et ejus successoribus in dicto episcopatu, domos et possessiones inferius expressas, pro pretiis pecunie infrascriptis, videlicet dicte Ysabelota et Laurentia, cum assensu et auctoritate Guiardi, mariti ipsius Laurentiæ,.... quandam domum, quam habebant et tenebant juxta manerium dicti domini episcopi, cum ejus pertinentiis, pro pretio novem librarum Parisiensium; item, dicti Symon et ejus uxor, quandam domum cum ejus pertinenciis, quam habebant juxta manerium predicti domini episcopi, pro precio sex librarum Parisiensium; item, dicta Jaquelina, quandam domunculam, sitam inter dictas duas domos, juxta manerium antedictum, pro precio sexaginta solidorum Parisiensium; item, predicti Johannes Barberius et Petronilla, ejus uxor, quartam partem vel circiter cujusdam masure, quam habebant, ex parte orientali, juxta manerium prelibati domini episcopi, pro pretio viginti octo solidorum Parisiensium in pecunia numerata, et pro quittatione et remissione quarte partis census et omnium reddituum in quibus totalis dicta masura erat antea onerata; item, prefati Johannes le Maçon et Maria, ejus uxor, quartam partem cujusdam masure, quam habebant juxta masuram dictorum Johannis et Petronille et manerium antedictum, pro precio viginti solidorum Parisiensium in pecunia numerata, et pro quittatione.... De quibus siquidem pecuniarum summis dicte persone, quilibet pro rata sua, ut superius continetur, se tenuerunt plenarie pro pagatis.... Datum apud Moissiacum predictum, anno Domini millesimo cc° octogesimo septimo, die sabbati in crastino assumptionis beate Marie virginis.

CLXVIII.

Guillelmus de Noisement, miles, et Ysabellis, ejus uxor, declarant se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro centum libris Turonensibus, decem hostisias contiguas, sitas apud Moissiacum, quas iidem Guillelmus et Ysabellis tenebant in feodum a Guiardo de Brunayo, armigero, cum omni jure, dominio, jurisdictione, justicia cæterisque dictarum hostisiarum appendiciis. Jul. 1252.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense julio.

CLXIX.

Jan. 1253. Venditionem decem hostisiarum, factam Reginaldo, Parisiensi episcopo, a Guillelmo de Noisement et ejus uxore, confirmant Guiardus de Brunayo, armiger, et Rancia, ejus uxor, de quorum feodo movebant dictæ decem hostisiæ, pro viginti quinque libris Parisiensibus, eisdem Guiardo et Ranciæ a Reginaldo episcopo, ratione ejusdem confirmationis, solutis.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense januario.

CLXX.

1 dec. 1281. Petrus dictus Doucet, de Moissiaco, et Margareta, ejus uxor, declarant se vendidisse Raulpho, Parisiensi episcopo, pro decem libris et decem solidis Parisiensibus, quamdam domum, sitam apud Moissiacum, juxta hortum episcopi, cum horto domui adjacente et cæteris ad eamdem domum pertinentibus.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, die lune[1] ante hiemale festum beati Nicholay.

CLXXI.

Jan. 1242. Littera super venditione cujusdam prati, siti apud Moissiacum, empti a Symone dicto Maupoint et Berta, ejus uxore.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, in Domino salutem. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Symon dictus Maupoint, de Morcento, et Berta, ejus uxor, recognoverunt se vendidisse domino Parisiensi episcopo et ejus successoribus imperpetuum, pro sex libris Parisiensibus, eisdem venditoribus jam solutis in pecunia numerata, sicut ipsi venditores confessi sunt coram nobis, unum arpentum prati, situm apud Moyssiacum, contiguum pratis domini episcopi predicti, in censiva domini episcopi Parisiensis. Promiserunt insuper dicti venditores, fide in manu nostra prestita corporali, quod contra hujusmodi venditionem, per se vel per alios, non venient in futurum, et quod eandem venditionem eidem domino episcopo et ejus successoribus garantizabunt et liberabunt, ad usus et consuetudines Francie, contra omnes. Promiserunt etiam prefati venditores, sub prestite fidei religione, se soluturos Petro, clerico dicti domini

[1] In Parvo Chartul.: *die veneris* (5 dec.).

episcopi, quadraginta solidos Parisienses, nomine pene, cum pretio, dampnis, deperditis, coustamentis et expensis, si venditionem hujusmodi retrahi contigerit vel evinci. Predicta vero Berta quitavit, coram nobis specialiter et expresse, sub prestita fide, eidem domino episcopo et ejus successoribus imperpetuum quicquid juris in dicto arpento prati habebat vel habere poterat, jure hereditario, ratione dotalicii, aut alio quoquo modo; asserens, sub prestita fide, quod ad hoc faciendum vi vel metu inducta non fuerat, sed hoc voluntate spontanea faciebat. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, mense junio.

CLXXII.

Littera venditionis facte a domino Stephano de Vernoliolo et ejus uxore de tribus modiis bladi, accipiendis singulis annis, in granchia de Grisiaco, pro VIII^{xx}IX libris. Febr. 1257.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis Parisiensis, Johannis, Petri et Gaufridi, ecclesie Parisiensis archidiaconorum, officiales, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Stephanus de Vernoliolo, miles, et domina Agathes, ejus uxor, asseruerunt quod habebant et percipiebant, in decima et in granchia decimaria de Grisiaco, quandam portionem, que annuatim valet sex modios bladi vel circiter annui redditus, percipiendos super ipsa decima, sita in territorio et parrochia de Grisiaco, que decima sive porcio movet de feodo domini Anselli de Gallandia, domini de Turnomio, militis, quod feodum tenet idem Ausellus a domino Parisiensi episcopo; super qua portione ipsius decime dicti Stephanus et ejus uxor, coram nobis constituti, vendiderunt reverendo patri domino Reginaldo, Dei gratia Parisiensi episcopo, et ejus successoribus Parisiensibus episcopis perpetuo, in manu mortua, tres modios bladi annui redditus, medietatem yvernagii et medietatem avene communiter vennate, ad mensuram Parisiensem, habendos et percipiendos annuatim imposterum a dicto domino episcopo et ejus successoribus, in dicta granchia, super dicta porcione, videlicet ybernagium infra festum beati Martini hiemalis, et avenam infra natale Domini, imposterum annuatim, pro octies viginti et novem libris Parisiensibus, dictis Stephano et ejus uxori in pecunia numerata solutis, traditis et numeratis.... Et, si forte venditio hujusmodi retrahe-

retur vel evinceretur, ipsi venditores decem libras Parisienses, nomine pene, cum pretio et omnibus rectis coustamentis, per juramentum procuratoris domini episcopi, [absque] probatione alia declarandum, domino episcopo Parisiensi solvere tenerentur.... De predictis autem tribus modiis bladi annui redditus, ut dictum est, venditis, garantizandis et liberandis, et de predictis omnibus et singulis tenendis et inviolabiliter observandis, ut dictum est superius, dominus Milo de Horatorio, miles, Symon de Vernolio, armiger, juxta villam de Calmis, et magister Odo de Vernolio, frater dicti Stephani militis, se constituerunt plegios, quilibet in solidum, et per fidem specialiter, coram nobis, renunciantes, *etc.* Insuper omnes predicte persone, quantum ad hec omnia, se jurisdictioni nostre insimul et cujuslibet nostrum in solidum supposuerunt. In cujus rei testimonium, ad petitionem personarum predictarum, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, mense febriario.

CLXXIII.

Febr. 1257. Sequuntur tria alia instrumenta ad eamdem venditionem spectantia, quibus

Febr. 1257. 1° Anselius de Gallandia, dominus Turnomii, venditionem prædictam confirmat, et promittit se effecturum ut Ysabellis, uxor sua, intra octavas Assumptionis eamdem venditionem confirmet, anno MCCLVI, mense februario;

26 febr. 1257. 2° Eodem mense et anno, Johannes de Gallandia, miles, frater Anselli de Gallandia, eamdem Stephani de Vernololo venditionem se confirmare declarat;

3° Die lunæ post Brandones, anno MCCLVI, Stephanus de Vernolio promittit se effecturum, ut intra iustantes octavas assumptionis beatæ Mariæ, venditio ab ipso facta episcopo Parisiensi rata habeatur ab uxore Johannis de Gallandia.

CLXXIV.

Jun. 1260. Littera do compromissione Archeri de Corbolio.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Robertus, monasterii Sancti Victoris Parisiensis humilis abbas, et magister Garnerus, officialis Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum inter reverendum patrem Reginaldum, Dei gratia episcopum Parisiensem, ex parte una, et Petrum de Bruxellis, Sediliam, ejus uxorem, et Harcherum, fratrem dicte Sedilie, ex altera, contencio verteretur super bonis mobilibus deffuncti Anselli, quondam cantoris Sancti Exuperii Corboliensis, Parisiensis dyocesis, fratris quondam dictorum Archeri et

Sedilie, qui decessit intestatus, et super conquestibus a dicto defuncto factis, videlicet super quadam pecia vinee, sita juxta leprosiam de Corbolio; item, super quadam domo, sita in claustro Sancti Exuperii, in qua dictus Ansellus, tempore quo decessit, manebat; item, super particula cujusdam orti, siti apud Bordas, que vocatur Damiete, juxta viridarium ipsius Anselli; quas res idem dominus episcopus ad se pertinere dicebat, quia idem cantor decesserat intestatus, ut de hiis, prout suo incumbit officio et dicti deffuncti anime saluti expedit, ordinaret et disponeret; tandem dicte partes in nos, habito bonorum consilio, super premissis omnibus alte compromiserunt et basse, promittentes, fide data ab ipsis Harchero, Petro et Sedilia, quicquid nos super premissis omnibus et singulis ordinaremus, statueremus vel etiam diceremus, se inviolabiliter servaturos, lite super premissis legitime contestata, prestito a procuratore dicti domini episcopi et a dictis Petro, Sedilia et Harchero calumpnie seu de veritate dicenda juramento, factis positionibus et responsionibus ad easdem, testibus ex parte dicti domini episcopi ad suam intentionem fundandam productis, publicatis atestationibus et diligenter inspectis, confessionibus coram nobis factis attentis, die ad audiendum nostrum arbitrium partibus assignata, dicto procuratore et dictis Harchero, Petro et Sedilia coram nobis comparentibus et arbitrium nostrum sive judicium ferri petentibus, dictum nostrum sive arbitrium protulimus in hunc modum : Pronunciamus in scriptis probatum esse sufficienter predictam peciam vinee, sitam juxta leprosiam de Corbolio, item domum sitam in claustro Sancti Exuperii, in qua dictus Ansellus manebat, tempore quo decessit, item particulam in quodam orto, sito apud Bordas, que vocatur Damiete, juxta viridarium ipsius Anselli, movere de conquestu ipsius Anselli, et ab ipso Ansello acquisitas fuisse, et quod, secundum consuetudinem Corboliensis municipii, vineis talliatis et fossis, fructus, post culturam hujusmodi, in illo anno exinde provenientes, debent reputari pro mobilibus; adjudicantes domino episcopo, nomine episcopatus Parisiensis, predictos conquestus, exceptis triginta quinque libris Parisiensibus, ab ipsis Harchero, Petro et Sedilia, ejus uxore, percipiendis et habendis, pro quadam domo, sita in claustro, in qua ad presens moratur Aalesia, mater dicti domini episcopi, movente de hereditate dicti Anselli, sicut ipsi Harcherus, Petrus et ejus uxor,

coram nobis, delato eisdem a nobis jurejurando et prestito ab eisdem, asseruerunt; quam domum, de ipsius Anselli hereditate moventem, ut dictum est, estimatam triginta quinque libris, idem Ansellus, una cum quinquaginta libris Parisiensibus et merreno estimato usque ad quindecim libras, dedit pro alia domo predicta, in qua idem Ansellus decessit, habenda. Item, adjudicavimus dicto domino episcopo fructus qui creverunt in vineis ipsius Anselli, in anno preterito, et alia bona mobilia ipsius Anselli, qui decessit intestatus; et injungimus eisdem Archero, Petro de Bruxellis et Sedilie, ejus uxori, sub fide ab ipsis prestita, ne impediant et perturbent possessionem ipsius episcopi sufficienter probatam, nec se opponant quominus idem episcopus habeat et possideat fructus dictarum vinearum, predictos conquestus et alia bona, mobilia et immobilia, supradicta, ut de eis faciat et disponat, prout viderit expedire. In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, mense junio.

CLXXV.

Sept. 1248. Johannes de Soiseio, miles, declarat se ratam habere venditionem Guillelmo, episcopo Parisiensi, factam a Guiardo de Brunayo, armigero, feodi et omnis juris quod eidem Guiardo competebat in omnibus et singulis quæ Guillelmus de Noisement, miles, ab eodem Guiardo tenebat apud Moissiacum[1], videlicet in hospitibus sive hostisiis, terris, pratis, nemoribus, domibus, censibus, redditibus, dominiis, retrofeodis et rebus aliis quibuscumque.

.... Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense septembri.

CLXXVI.

Mart. 1260. Littera super medietate decime de Cantu Lupi, quam vendidit Andreas, quondam major, pro XXIII libris.

Universis presentes litteras inspecturis, Parisiensis, Johannis, Radulphi et Gaufridi, ecclesie Parisiensis archidiaconorum, officiales, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia constitutus, Andreas, major de Moissiaco, et coram clerico nostro jurato, ad hoc a

[1] Vide supra, cap. CLXVIII, p. 141, venditionem factam a eodem Guillelmo, Reginaldo episcopo, anno 1252, mense julio.

nobis specialiter destinato, cui fidem plenariam adhibemus, Aalesia, uxor dicti Andree, compos mentis sue, asseruerunt quod ipsi habebant medietatem in decima ville de Cantu Luppi; quam medietatem decime et quidquid juris, dominii, proprietatis et possessionis, jurisdictionis, justicie, vel coustume dicti Andreas et Aalesia, ejus uxor, habebant vel habere poterant, vendiderunt, cesserunt et imperpetuum quittaverunt venerabili patri R.[1], Dei gratia Parisiensi episcopo, et ejus successoribus episcopis Parisiensibus, pro viginti duabus libris Parisiensibus, dictis venditoribus jam solutis in pecunia numerata, ut confessi sunt, scilicet dictus Andreas coram nobis, et dicta mulier coram dicto clerico nostro; renuntiantes, *etc.*... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense martio.

CLXXVII.

Simon, filius defuncti Petri de Cantu Lupi, Ysabellis, mater ejus, Guiotus, frater, et Ysabellis, soror ejusdem Simonis, septem libris Parisiensibus a Reginaldo, Parisiensi episcopo, acceptis, confirmant venditionem mediæ decimæ Cantus Lupi, ex eorum feodo moventis, factam eidem episcopo, ab Andrea, majore Moissiaci, et Aalesia, ejus uxore; præterea concedunt ut idem episcopus et ejus successores mediam illam decimam in manu mortua possideant. Aug. 1261.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense augusto.

CLXXVIII.

Robertus de Cantu Lupi et Eustachia, ejus uxor, declarant se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro decem libris Parisiensibus, jam sibi solutis, quartam partem decimæ Cantus Lupi, consistentis in censiva Petri Bincl de Lissiaco, armigeri; promittentes se eidem episcopo soluturos sexaginta solidos Parisienses, nomine pœnæ, si emptorem evinci contigerit. Mart. 1260.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense martio.

[1] I. e. Reginaldus III.

CLXXIX.

14 apr. 1310. Marguerite, veuve de Pierre de Noisement, écuyer, et Guillemin, leur fils, vendent à Guillaume, évêque de Paris, moyennant cent sous parisis, qu'ils déclarent avoir reçus, dix sous parisis de menu cens, qu'ils percevaient sur plusieurs pièces de terre labourable, en la paroisse de Moissy-l'Évêque, et qui mouvaient en fief dudit évêque.

.... Donné l'an de grace mil trois cenz et nuef, le mardi après Pasques Flories.

CLXXX.

Apr. 1233-34. Littera de quatuor arpentis terre, sitis apud Moissiacum, que Petrus Corbart, miles, dedit episcopo Parisiensi.

Omnibus presentes litteras inspecturis, decanus Stampensis, in Domino salutem. Noveritis quod, in nostra presentia constitutus, Egidius de Eratvilla et Ysabellis, ejus uxor, recognoverunt quod Petrus de Corbart, miles, dederat et concesserat in puram et perpetuam elemosinam ecclesie, cui dominus Parisiensis episcopus voluerit assignare, quatuor arpenta terre arabilis, sita, ut dicitur, apud Moissiacum, juxta clausum domini episcopi Parisiensis, in feodo quod idem Petrus tenet a Johanne de Auberto Villari, et quod idem Johannes tenet ab eodem Egidio, ut dicebant. Quam elemosinam dicti Egidius et Ysabellis voluerunt et laudaverunt, concedentes quod ecclesia, cui dominus Parisiensis episcopus dicta quatuor arpenta terre voluerit assignare, ea teneat imperpetuum in manu mortua, quiete et pacifice, quitta ab omni censu et coustuma, et omni alia justicia sive jurisdictione; promittentes, fide in manu nostra corporali prestita, quod illi ecclesie, cui assignata fuerit terra illa, ad usus et consuetudines Francie garantizabunt contra omnes. Dicta vero Ysabellis quittavit spontanea, sub fide prestita, quicquid habebat vel habere poterat in dicta terra, nomine dotalicii sive quolibet alio modo. Datum anno Domini MCCXXXIII°, mense aprilis.

CLXXXI.

15 nov. 1282. Littera de sexaginta duodecim solidis, novem denariis annui redditus, pro amortizatione facta capitulo et communitati Sancti Clodoaldi

Universis, *etc.* Decanus, capitulum et communitas ecclesie Sancti Clodoaldi, Parisiensis dyocesis, asseruerunt quod ipsi decanus, capitu-

lum et communitas dicte ecclesie, suo et dicte ecclesie nomine, plures res, census et redditus in villa et territorio Sancti Clodoaldi predicti infrascriptos haberent, tenerent et possiderent non amortizatos, in censiva, jurisdictione et dominio domini Parisiensis episcopi, super diversis terris et domibus, prout inferius annotatur, videlicet : super vinea Johannis dicti Gonier, in clauso episcopi, quinque solidos; item, super vinea Johannis Ronbet, quatuor solidos, apud os clausi; item, super vinea Christiani de Mesnilio, quindecim solidos, au Pommeret; item, super vinea domini Odonis Foulon, en Villearmein, tres solidos; item, super vinea Dyonisii Britonis, au Pommeret, quinque solidos [1]; item, super vinea Dyonisii Britonis, en Girondain, tres solidos; item, super tribus quarteriis vinee et arpento terre, apud Garchias, quas tenet dictus Cornet, quinque solidos; item, super vinea Prioris, au Marechet, quinque solidos; item, super vinea Petronille Majorisse, au Chaumont, quatuor solidos; item, super vinea Guiberti de la Chanel, apud Granchias, duodecim solidos; item, super vinea de Buco ad Ruellam, quam tenet leprosia, quinque solidos; item, super vinea que est super rivulo de Sepera, quam tenet Gilo de Solario, tres solidos; item, super vinea au Challiou, quam tenet Lambertus de Caprosia, quinque solidos; item, super vinea ad Crucem Corteri, quam tenet Garnerus dictus de Vauguignon, quinque solidos; item, super vinea in territorio quod dicitur Herberti, quam tenet Christiana la Foberte, quatuor solidos; item, super tribus quarteriis terre, apud les Gués, que sunt Petri Lelalerguer [2], octo solidos; item, pro anniversario domini Odonis de Sancto Victore, unum arpentum vinee, in ore clausi; item, super vinea en Praeles, que est Millonis Hennequin, duos solidos; item, super terra de jardino episcopi et vinea de Convalone, que fuerunt defuncte Emeline la Grougnète, quinque solidos; item, super domo Johannis de Garchiis, quinque solidos; item, super domo Mathei Marcelli, quatuor solidos; item, super domo Garneri Marcelli, sex solidos; item, super domo Petri Claudi, quinque solidos; item, super domo Richardi de Fonte, duodecim solidos; item, super domo Christiane la Foberte, quatuor solidos; item, super domo Roberti dicti Abat-Rosée, viginti solidos; item, super domo Petri dicti Dene, quinque solidos; item, super domo Hanevet, quinque solidos;

[1] Linea ista in Parvo Chartul. tantum reperitur. — [2] In Parvo Chartul. : *le Laleriguer.*

item, super domo Petri Ragout, sex solidos; item, super domo Thome de Bella Pola, quinque solidos; item, super domo Petri de Nantodoro, quinque solidos; item, super domo Radulphi Magistri, sex solidos; item, super domo Johannis, au Mors, tres solidos; item, super forgiis Radulphi fabri, viginti duo solidos; item, super domo defuncti Ligeri de Secana, in burgo, triginta solidos, pro anniversario bone memorie Stephani, quondam Parisiensis episcopi; item, super domo Marchepalu, sex solidos; item, super domo la Cantele de Moncello, quatuor solidos; item, super domo Johannis de Saintelier, in Poteria, viginti solidos; quos quidem res, census et redditus ceperat reverendus pater Ranulphus, Dei gratia Parisiensis episcopus, quia nolebat dictos decanum, capitulum et communitatem eos tenere in manu mortua. Tandem, ad supplicationem dictorum decani, capituli et communitatis, idem dominus episcopus, suo et ecclesie sue Parisiensis nomine, voluit et concessit ut ipsi decanus, capitulum et communitas in manu mortua, sine coactione vendendi aut extra manum suam ponendi, dictos res, census sive redditus habeant, teneant et possideant, dicto tamen episcopo ac ejus successoribus, pro dicta amortizatione, retentis sexaginta[1] duobus solidis, novem denariis Parisiensibus annui census seu redditus, de censibus et redditibus predictis, pro indiviso habendis et percipiendis per manus dictorum decani, capituli et communitatis, quatuor terminis Parisius consuetis.... Datum anno Domini millesimo cc° octuagesimo secundo, die dominica post festum beati Martini hiemalis.

CLXXXII.

9 apr. 1307. Nicholaus dictus Terrier et Theobaldus de Leschenel, ambo de Gargiis prope Sanctum Clodoaldum, fatentur se accepisse, ad annuum censum, a domino Guillelmo de Podio, presbytero, receptore domini Guillelmi, Parisiensis episcopi, quinque quarteria vinearum, sita apud Gargias, contigua ex utraque parte vineis domini Gazonis de Marchia et vineis beneficii quadragesimalis, pretio quindecim solidorum Parisiensium, anno quolibet eidem episcopo solvendorum.

. .. Datum anno Domini MCCC° septimo, die sabbati ante dominicam qua cantatur *Misericordia Domini*.

[1] In Parvo Chartul. rectius, *septuaginta*.

CLXXXIII.

Garnerus dictus Gaudri, de Sancto Clodoaldo, profitetur se recepisse ad incrementum census quinquaginta solidorum Parisiensium, a domino Guillelmo de Podio, receptore domini Parisiensis episcopi : 1° vineam et domum sitas apud Alnetum, in loco qui dicitur La Fosse, in censiva episcopi, oneratas annuo censu dimidii modii et quartæ cum dimidia quarta vini, et quatuor boissellorum avenæ; 2° vineam unam, sitam in loco qui dicitur Perreus, in censiva dominæ de Syrenis, oneratam quatuor denariis census cum obolo, una mina avenæ, dimidio pane et dimidio capone, solvendis annuatim die natali Domini; 3° unum quarterium vineæ, in loco qui vocatur Ardillières, in censiva communi episcopi et Sancti Martini de Campis Parisiensis, contiguum, ex una parte, vineæ Michaelis dicti la Pate, et, ex altera, vineæ beneficii quadragesimalis, oneratumque uno denario census. 5 febr. 1307.

.... Datum anno Domini millesimo ccc° sexto, die dominica post festum purificationis beate Marie virginis.

CLXXXIV.

Littera de quatuor solidis Parisiensibus annui census, sitis super stallo Johannis, carnificis, de Sancto Clodoaldo. 1 aug. 1308.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis, ob hoc, personaliter constituti, Johannes carnifex, de Sancto Clodoaldo, et Margareta, ejus uxor, recognoverunt et confessi sunt se ex nunc perpetuo accepisse et retinuisse ad censum annuum seu redditum, a domino Guillelmo de Podio, receptore domini Parisiensis episcopi, sibi vice et nomine ipsius episcopi tradente, unam plateam in carnificeria de Sancto Clodoaldo existentem, spatium quatuor pedum et dimidii vel circiter continentem, prout se extendit et comportat directe a pilario dicte carnificerie usque ad hostium dicti loci; ita tamen quod dictum hostium libere valeat claudi et aperiri, sicut solet, pro quatuor solidis Parisiensibus annui redditus seu census, mandato domini episcopi, qui pro tempore fuerit, reddendis et solvendis ab eisdem conjugibus et eorum heredibus imperpetuum, anno quolibet, in die carniprivii, prout hec et alia in quibusdam litteris ob hoc confectis, quas ipsi conjuges habent ab ipso receptore, plenius continetur.... Renunciantes omnibus exceptionibus juris et facti que contra hoc possent obici vel opponi, et spe-

cialiter dicta mulier beneficio Velleyani, sibi diligenter exposito, et de jure suo super hoc a nobis certiorata.... Datum anno Domini millesimo ccc° octavo, die jovis in festo beati Petri ad Vincula.

CLXXXV.

30 nov. 1306. Littera de uno arpenno insule, quem tenent Petrus Capellanus et Johannes Bernage de Sancto Clodoaldo, desubtus pontem, pro duobus solidis Parisiensibus, termino sancti Remigii.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis personaliter constituti, Petrus dictus Chapelain et Johannes dictus Bernache, de Sancto Clodoaldo, recognoverunt se accepisse et retinuisse in solidum a domino Guillelmo de Podio, receptore domini Parisiensis episcopi, vice et nomine dicti domini episcopi eisdem et eorum heredibus tradente imperpetuum, unum arpentum insule in Sequana, in aqua domini episcopi, apud Sanctum Clodoaldum, pro plantando et colligendo oserios subtus aut supra pontem illius loci, dum tamen in aqua domini episcopi, et quod in hoc detrimentum non inferant navigio seu mercature, pro duobus solidis Parisiensibus bone monete census, reddendis in festo sancti Remigii perpetuo annuatim, prout hec et alia in quibusdam litteris quas habent ab eodem receptore, sub sigillo curie Parisiensis, plenius continetur. Quos siquidem duos solidos monete predicte dicti Petrus et Johannes, quilibet in solidum, promiserunt fide media se reddituros mandato domini episcopi in dicto festo, et quod in alliciando vel plantando ibidem prejudicium vel obstaculum non inferent navibus aut mercature, ullo modo; obligantes se et suos heredes, omniaque et singula bona sua, jurisdictioni curie Parisiensis se specialiter supponentes. In cujus rei testimonium, sigillum curie Parisiensis litteris presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ccc° sexto, die mercurii in festo beati Andree apostoli.

CLXXXVI.

Guillelmus de Podio, receptor domini Guillelmi, Parisiensis episcopi, tradit ad firmam Guillelmo Furnerio, de Sancto Clodoaldo, unum quarterium vineæ, situm in territorio Sancti Clodoaldi, in loco qui dicitur Forestières, pro una mina avenæ prædicto episcopo annuatim solvenda. 21 nov. 1305.

.... Datum anno Domini millesimo ccc° quinto, die dominica ante festum beati Clementis.

CLXXXVII.

Gaufridus dictus Bacheler, de Sancto Clodoaldo, profitetur se recepisse, ad annuum augmentatum censum decem solidorum Parisiensium, a domino Simone, Parisiensi episcopo, tria quarteria vineæ, sita in vertice Montis Valeriani, in censiva prioris Surenarum, onerataque tribus denariis eidem priori debitis. 1 apr. 1304.

.... Datum anno Domini millesimo ccc° quarto, die mercurii post Pasca.

CLXXXVIII.

Littera de emptione vince Sancti Clodoaldi, in loco qui dicitur Schent. 16 mai. 1271.

Universis presentes litteras inspecturis, reverendi patris domini Ancheri, cardinalis archidiaconi Parisiensis, et Garneri, ecclesie Parisiensis archidiaconi, curiarum officiales, salutem in Domino. Noveritis nos, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, die sabbati post ascensionem Domini, litteras inferius annotatas vidisse et recepisse, in hec verba :

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Accedentes ad presentiam nostram, Johannotus dictus Tornator, de Sancto Clodoaldo, et Burjota, ejus soror, liberi quondam defuncti Petri Tornatoris, minores viginti quinque annis, oriundi de dyocesi Parisiensi, nobis humiliter supplicaverunt quod nos eis Egidium de Solario, eorum avunculum, ad ipsorum bona et negocia minorum daremus curatorem. Et nos, supplicationi dictorum minorum inclinati, predictum Egidium, coram nobis presentem et in se suscipientem onus curationis hujusmodi, dictis minoribus, ad eorum bona et negotia peragenda, custodienda et servanda, dedimus curatorem, prestito prius a dicto Egidio, coram nobis, juramento, 16 mai. 1271.

de bonis et negotiis dictorum minorum fideliter administrandis et peragendis, et de hiis que utilia viderit dictis minoribus non pretermittendis, et de inutilibus non admittendis, diligenti inquisitione habita et omni sollempnitate adhibita, que in talibus fieri consuevit et juris ratio postulat et requirit; obligans idem Egidius, pro dictorum minorum bonis et negotiis ex fide administrandis, omnia bona sua, mobilia et immobilia, presentia et futura. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, die sabbati post ascensionem Domini.

16 mai. 1271. Preterea prefati Johannotus Tornator et Burjota, ejus soror, liberi quondam defuncti Petri Tornatoris, de Sancto Clodoaldo, minores, coram nobis constituti, presente coram nobis Egidio de Solario, curatore dictorum minorum, asseruerunt quod ipsi minores habebant et possidebant pro indiviso, ex eorum hereditate, quandam parvam peciam vinee, sitam in territorio Sancti Clodoaldi, in loco qui dicitur Sehent, in censiva capituli Sancti Clodoaldi, ad unum denarium censualem, inter vineam magistri Petri Tracet et vineam uxoris Michaelis de Valle; que quidem vinea dictis minoribus non erat multum utilis, ex eo quod rivulus aque molendini domini Parisiensis episcopi per medium dicte vinee se, ut dicitur, extendebat; propter quod dicti minores, coram nobis, dicto eorum curatore presente et auctoritatem eis ad infrascripta prestante, predictam peciam vinee vendiderunt et imperpetuum quitaverunt reverendo patri domino S.[1], Dei gratia Parisiensi episcopo, pro quinquaginta solidis Parisiensibus, jam dictis minoribus et curatori solutis in pecunia numerata, ut confessi sunt coram nobis; exceptioni non numerate pecunie et non recepte renunciantes. Quam quidem pecuniam idem curator promisit, coram nobis, pro dictis minoribus et ad opus eorum, in teneura, quam cito ad hoc obtulerit se facultas, implicare. Et promiserunt dicti liberi, de auctoritate dicti curatoris eorum et cum nostri decreti interpositione, juramento tactis sacrosanctis prestito, quod contra venditionem et quittationem hujusmodi jure hereditario, ratione minoris etatis aut alio jure non venient, per se vel per alium,

[1] Is est Stephanus II, dictus Tempier.

in futurum, et quod dictam peciam vinee, prout se comportat, ad dictum censum sine aliquo onere garantizabunt et liberabunt dicto domino episcopo et ejus successoribus Parisiensibus episcopis, ad usus et consuetudines Francie, perpetuo, contra omnes; se et heredes suos et omnia bona sua, quantum ad hoc, eidem domino episcopo ejusque successoribus, de auctoritate dicti eorum curatoris, obligantes. Datum anno et die supradictis.

In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum ut supra.

CLXXXIX.

Littera de emptione partis cujusdam jardini, facta a Guillelmo de Valle Guignon et ejus uxore, pretio XI librarum. 13 mart. 1260.

Universis, *etc.* Guillelmus de Valle Grignon et Houdeardis, ejus uxor, asseruerunt quod habebant, tenebant et possidebant, ex propria hereditate dicti Guillelmi, quartam partem cujusdam vinee, site apud Sanctum Clodoaldum, in territorio de Valle Gignon, contigue jardino reverendi patris R.[1], Dei gratia Parisiensis episcopi, ex una parte, et, ex alia parte, chemino de Valle Gignon, in censiva canonicorum Sancti Clodoaldi; que quarta pars dicte vinee onerata est, ut dicebant, in quarta parte cujusdam coustume et unius corveie, ut dicebant, debitarum annuatim dictis canonicis, scilicet dicta coustuma ad nativitatem Domini, et corveya in marcio, ut dicebant. Quam siquidem quartam partem dicte vinee et quidquid juris habebant vel habere poterant in eadem dicti Guillelmus et Oudeardis, ejus uxor, recognoverunt et confessi sunt in jure se vendidisse et quittavisse ex nunc imperpetuum reverendo patri R., Dei gratia Parisiensi episcopo, ejusque successoribus in dignitate, pro undecim libris Parisiensibus, jam sibi solutis et traditis in pecunia numerata, ut ipsi venditores confessi sunt coram nobis; renuncIantes, *etc.*, promittentes, *etc.*, et quod reddent dicto domino episcopo, nomine pene, quadraginta solidos Parisienses, cum omnibus rectis coustamentis, nisiis ac interesse, super quibus credent

[1] I. e. Reginaldus III, dictus de Corbolio.

juramento [procuratoris] dicti domini episcopi, sine alia probatione, si dictam venditionem hujusmodi retrahi contigerit vel evinci.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, die sabbati ante *Letare Jherusalem*.

CXC.

13 mart. 1260. Littera de emptione cujusdam orti, siti in Valle Guignon, a Guillelmo Potel, pro octo libris.

Omnibus, *etc.* Guillelmus Potel et Ermesendis, ejus uxor, recognoverunt se vendidisse et imperpetuum quittavisse reverendo patri Parisiensi episcopo ejusque successoribus, pro octo libris Parisiensibus, jam sibi solutis in pecunia numerata,.... unum ortum quem dicebant se habere apud Sanctum Clodoaldum, in Valle Guignon, prout se comportat per metas ibidem positas, in longitudine et latitudine, contiguum, ex una parte, camere dicti domini episcopi, et, ex alia parte, orto dicti Guillelmi; promittentes, *etc.*.... et quod solvent dicto domino episcopo quadraginta solidos Turonenses, nomine pene, cum omnibus rectis coustamentis,.... si dictam venditionem retrahi contigerit vel evinci.... Datum anno Domini millesimo cc quinquagesimo nono, die sabbati ante *Letare Jherusalem*.

CXCI.

31 mai. 1259. Richardus dictus Orenge, de Sancto Clodoaldo, et Hauvisis, ejus uxor, declarant se vendidisse Parisiensi episcopo, pro decem libris Parisiensibus, domum quamdam cum horto adjacente, sitam apud Sanctum Clodoaldum, contiguam domui Serii carnificis et domui Johannis marescalli, in censiva episcopi, oneratamque tribus obolis Parisiensibus et uno boissello et dimidio avenæ capitalis census.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, die sabbati ante Penthecosten.

CXCII.

Simon dictus de Valle Guignon et Johanna, ejus uxor, declarant se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro undecim libris Parisiensibus, jam sibi solutis, quemdam hortum, situm apud Sanctum Clodoaldum, in censiva capituli ejusdem loci, ratione cujus debebantur annuatim dicto capitulo quarta pars unius coustumæ et quarta pars unius corveiæ; promittuntque se soluturos esse quadraginta solidos, nomine mulctæ, si venditionem retrahi contingat. Mart. 1259 60.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense martio.

CXCIII.

Garnerus de Valle Guignon et Avelina, ejus uxor, profitentur se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro undecim libris Parisiensibus, jam sibi solutis, quoddam quarterium vineæ, situm apud Sanctum Clodoaldum, in censiva capituli illius loci, oneratum quarta parte unius coustumæ et unius corveiæ; promittuntque se soluturos esse, nomine mulctæ, sexaginta solidos, si episcopum evinci contingat. Mart. 1259-60.

.... Datum anno Domini millesimo cc° l^mo^ nono, mense martio.

CXCIV.

Perrotus de Vauguignon, clericus, profitetur se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro undecim libris Parisiensibus, jam sibi solutis, quoddam quarterium vineæ, situm ad Vallem Guignon, in censiva capituli Sancti Clodoaldi, et oneratum duobus solidis Parisiensibus, ratione quartæ partis unius coustumæ et unius corveiæ antea solvendæ; promittitque se, nomine mulctæ, soluturum esse quinquaginta solidos Parisienses, si prædictus episcopus evinceretur. Mart. 1259-60.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense martio.

CXCV.

Littera de emptione stillicidii cujusdam domus, site apud Sanctum Clodoaldum, juxta portam carnificerie, a Johanne dicto de Parisius, pro quinquaginta solidis. 2 mai. 1262.

Universis, *etc.* Johannes dictus de Parisius, laicus, et Johanna, ejus uxor, commorantes, ut dicebant, apud Sanctum Clodoaldum, juxta portam domorum carnificerie dicte ville, que quidem carnificeria esse dicitur reverendi patris domini Parisiensis episcopi, asseruerunt quod ipsi domum quandam habebant in eodem loco, contiguam granchie seu stabulis que a parte superiori dictus dominus episcopus dicitur, ad

opus episcopatus, in domibus suis, apud Sanctum Clodoaldum, de novo fundasse; que quidem domus ipsorum Johannis et Johanne, ante emptionem et fundationem hujusmodi, stillicidium et terram habebant, ut dicebant, in curia sive terra que nunc est dicti patris; in qua quidem terra fundatus erat murus hujusmodi stabulorum, de consensu ipsorum Johannis et Johanne; salvo sibi et heredibus suis quod in muro hujusmodi, ad opus dicte domus, usum suum haberent, et salvo nichilominus eis quod episcopus Parisiensis, qui pro tempore esset, teneretur de stillicidio providere eisdem, quociens casus se conferret, ut dicebant. Quod quidem stillicidium et omne jus, sibi vel heredibus suis competens, ratione dicti stillicidii, excepto solo usu dicti muri, remiserunt, vendiderunt et nomine venditionis, ex nunc in antea perpetuo, quittaverunt dicto patri Reginaldo, Dei gratia episcopo Parisiensi, et ejus successoribus episcopis Parisiensibus in futurum, pro quinquaginta solidis Parisiensibus, ipsis Johanni et Johanne in pecunia numerata solutis, sicut sunt in jure, coram nobis, confessi; renunciantes, *etc.* Datum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense mayo, in crastino apostolorum Philippi et Jacobi.

CXCVI.

28 jun 1259. Mathildis, dicta de Chantepie, vidua Dionysii de Chantepie, profitetur se vendidisse Parisiensi episcopo, pro quatuor libris Parisiensibus, jam sibi solutis, quamdam domum cum horto adjacente, sitam apud Sanctum Clodoaldum, in censiva dicti episcopi, cui, ex eadem domo, solvebantur annuatim duo boisselli avenæ et sex solidi sexque denarii incrementi census.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, die sabbati ante festum beatorum apostolorum Petri et Pauli.

CXCVII.

28 jun 1259. Mabilia, vidua Radulphi dicti Moisson, declarat se vendidisse Parisiensi episcopo, pro decem libris Parisiensibus, jam sibi solutis, quamdam domum cum horto adjacente, sitam apud Sanctum Clodoaldum, in censiva episcopi, qui, ex eadem domo, tres denarios censuales annuatim percipiebat.

.. . Datum anno Domini millesimo cc° quinquagesimo nono, die sabbati post nativitatem sancti Johannis Baptiste.

CXCVIII.

Johannes de Sancto Clodoaldo, filius Rogeri carnificis, et Johanna, uxor ejus, profitentur se vendidisse domino Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro viginti libris Parisiensibus, jam sibi solutis, quamdam domum, sitam apud Sanctum Clodoaldum, ex qua capitulum Sancti Clodoaldi duo denarios et obolum unum census annui percipiebat. Mai. 1259.

.... Datum anno Domini millesimo cc quinquagesimo nono, mense mayo.

CXCIX.

Johannes dictus Harduin, de Sancto Clodoaldo, et Eramburgis, ejus uxor, profitentur se vendidisse domino Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro septem libris Parisiensibus, domum quamdam, apud Sanctum Clodoaldum, in censiva episcopi sitam, cui ex ea quotannis reddebantur duo denarii censuales, unus bonicellus et dimidius avenæ, necnon octava pars unius corveiæ. 31 mai. 1259.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, die sabbati ante Penthecosten.

CC.

Berthaudus dictus Guerne, de Sancto Clodoaldo, et Johanna, ejus soror, declarant se vendidisse Parisiensi episcopo, pro viginti quinque libris Parisiensibus, jam sibi solutis, duas domos contiguas, sitas apud Sanctum Clodoaldum, in censiva episcopi. Jun. 1259.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense junio.

CCI.

Alesia, filia Guillelmi ad Dentem, vidua Petri carnificis, dominaque quorumdam stabulorum et masuræ adjacentis, apud Sanctum Clodoaldum sitorum; Nicholaus Courquaillet, piscionarius, Emelina, ejus uxor, Robertus Olearius et Odelina, ejus uxor, quibus, mortua Alesia, prædictæ res erant obventuræ, profitentur se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro duodecim libris et sexdecim solidis Parisiensibus, prædicta stabula et masuram, ex quibus tres denarii capitalis census et viginti quatuor solidi augmentati census Garnero Tauri annuatim solvebantur. Apr. 1260.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo[1], mense aprili.

[1] Sic in Parvo Chartul. In nostro codice perperam legitur, *sexto*.

CCII.

Mart. 1259-60. Guido Brito, Agnes, ejus uxor, et Gaufridus dictus Rabi recognoscunt se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pretio sexdecim librarum Parisiensium, hortum quemdam, situm in parva valle Sancti Clodoaldi et horto domini episcopi contiguum.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense martio.

CCIII.

Sept. 1262. Littera de venditione cujusdam domus, site apud Sanctum Clodoaldum, que fuit Roberti Patourel, precio triginta quatuor librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Radulphi, ecclesie Parisiensis archidiaconi, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Robertus dictus Patourel et Maria, ejus uxor, cives Parisienses, recognoverunt se vendidisse et imperpetuum quittavisse reverendo patri domino Parisiensi episcopo et ejus successoribus Parisiensibus episcopis, pro triginta duabus libris Parisiensibus, jam sibi solutis in pecunia numerata, prout ipsi venditores confessi sunt coram nobis, renunciantes...; quandam domum, quam dicebant se habere apud Sanctum Clodoaldum, in vico contiguo jardino domini Parisiensis episcopi, ab oppositis domus Marie dicte Preposite, contiguam stabulis ipsius domini Parisiensis episcopi, in censiva Sancti Clodoaldi, oneratam in duobus denariis capitalis census, debitis annis singulis, in festo beati Remigii, capitulo Sancti Clodoaldi.... Pro qua garandia ferenda, ipsi obligaverunt in contraplegium predicto domino episcopo quadraginta solidos Parisienses incrementi census, quos dicebant se habere et percipere, annis singulis, super quadam domo, sita Parisius, in vico Symonis dicti Franque, ab oppositis domus Gileberti, clerici beneficiati in ecclesia Sancti Mederici Parisiensis; supponentes se, quantum ad premissa, jurisdictioni curie nostre, ubicumque se transferant Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense septembri.

CCIV.

Johannes de Sancto Clodoaldo, filius defuncti Rogeri carnificis, et Johanna, ejus uxor, profitentur se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pretio quinquaginta solidorum Parisiensium, hortum quemdam, situm apud Sanctum Clodoaldum, in censiva episcopi Parisiensis, contiguum domui Gazonis dicti Guerne. Mar. 1259.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense mayo.

CCV.

Andreas dictus Bonus Homo et Ysabellis, ejus uxor, declarant se vendidisse Parisiensi episcopo, pro sexdecim libris Parisiensibus, domum quamdam cum horto adjacente, sitam apud Sanctum Clodoaldum, in Valle Gignon, contiguam horto episcopi prædicti. Mart. 1259-60.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense martio.

CCVI.

Littera de emptione cujusdam horti, siti apud Sanctum Clodoaldum, contigui jardino domini Parisiensis episcopi. Mart 1259-60.

Universis, *etc.* Thomas dictus Duce, Maria la Gibonne, ejus uxor, Eramburgis, ejus filia, et Petrus Auncouyn, maritus dicte Eremburgis, de Sancto Clodoaldo, recognoverunt in jure, coram nobis, se vendidisse et imperpetuum quittavisse reverendo patri Reginaldo, Dei gratia Parisiensi episcopo, et successoribus ejusdem, pro sexdecim libris Parisiensibus, jam sibi solutis,.... quemdam ortum, situm apud Sanctum Clodoaldum, prout se comportat per metas ibidem positas, in longo et lato, contiguum jardino dicti episcopi, oneratum in tresdecim denariis capitalis census et in medietate trium minarum avene, tribus partibus unius caponis, ut dicebant.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, mense martio.

CCVII.

13 oct. 1331. Compositio inita inter Hugonem, episcopum Parisiensem, et Bertrandum, domini papæ capellanum, priorem Sancti Martini de Campis Parisiensis, de præsentatione et collatione capellæ, quam, in ecclesia Sancti Jacobi de Carnificeria, beatæ Mariæ virgini voverat Hugo Rector, civis Parisiensis et advocatus in curia laicali[1].

.... Datum anno Domini millesimo ccc° tricesimo primo, die dominica ante festum beati Luce evangeliste.

LITTERE DE MOISSIACO ET COMBISVILLA, DE CANTU LUPI, DE GRISIACO ET DE PRIMAYO.

CCVIII.

12 mart. 1270. Littera de nemore de Moissiaco.

Universis presentes litteras inspecturis, Johannis, Parisiensis, Guillelmi et Garneri, in ecclesia Parisiensi archidiaconorum, curiarum officiales, salutem in Domino. Noveritis nos et nostrum quemlibet, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, die mercurii post dominicam qua cantatur *Reminiscere*, in hec verba vidisse et diligenter inspexisse litteras infrascriptas, sanas, integras, non corruptas, non cancellatas nec abolitas, nec in sui parte aliqua viciatas, quarum tenor de verbo ad verbum talis est, ut continue annotatur :

25 febr. 1266. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Senonensis, in Domino salutem. Proposuerunt in jure, coram nobis, venerabilis vir Guillelmus de Limigniaco, archidiaconus Pissiacensis[2] in ecclesia Carnotensi, et Symon de Nigella, miles, exequtores testamenti seu ultime voluntatis nobilis mulieris Helluidis, quondam uxoris dicti militis, exequtorio nomine, contra nobilem mulierem Avelinam, quondam uxorem defuncti Pagani, quondam militis de Villaribus, quod dicta defuncta Helluidis, quondam laborans in extremis, suum condidit testamentum seu suam voluntatem ultimam ordinavit, in quo seu in qua, pro salute anime sue,

[1] Hanc chartam impressam habes apud D. Martinum Marrier, *Regalis monast. S. Martini de Campis Paris. Hist.* Paris. Sebast. Cramoisy, 1637, in-4°, p. 145.

[2] Sic in Parvo Chartul. In nostro perperam scribitur *Parisiensis*.

multa per legatum reliquit diversis locis et certis personis, et multa de bonis fieri ordinavit. Dixerunt etiam quod dicta defuncta Helluidis voluit et ordinavit quod sua predicta ultima voluntas adimpleretur de bonis suis mobilibus, conquestibus et de quinto hereditatis sue. Dixerunt etiam quod dicta Helluidis ipsos archidiaconum et Symonem militem exequtores in dicta ultima voluntate constituit, ad implendam et exequendam dictam ultimam voluntatem. Qui executores, onus exequtionis dicte ultime volnntatis in se suscipientes[1], dixerunt etiam dicti exequtores quod dicta Avelina detinet injuste et contra voluntatem ipsorum dictum quintum dicte hereditatis; quod quintum sibi tradere et liberare dicta Avelina recusat, quamvis ex parte dictorum exequtorum super hoc fuerit requisita. Dixerunt etiam dicti exequtores quod dicta Avelina injuste et sine causa rationabili et contra voluntatem ipsorum se opponit dictis exequtoribus, et eosdem impedit quominus possint de dictis quinto, bonis mobilibus et conquestibus exequi seu adimplere dictam ultimam voluntatem. Quare petunt dictum quintum a dicta Avelina sibi tradi sive liberari, et quod ipsa a dictis oppositione et impedimento desistat; et ad hoc peticrunt ipsam dicti exequtores, exequtorio nomine, sibi a nobis per sententiam diffinitivam condempnari, et condempnatam compelli, litte tam super premissis quam super quadam declaratione facta ex parte dictorum exequtorum legitime contestata, prestito hinc inde de calumpnia seu de veritate dicenda juramento, veritatibus hinc inde dictis, per positiones et responsiones factas a partibus antedictis, testibus a parte dictorum exequtorum productis contra dictam Avelinam, ad suam petitionem fundandam, receptis, juratis et examinatis atestationibus dictorum testium, et instrumento a parte dictorum exequtorum in modum probationis producto et exhibito, publicatis rationibus, et allegationibus utriusque partis auditis et intellectis, omnibus rite actis, consideratis et inspectis omnibus que nos de jure movere poterant et debebant; demum, die jovis post diem dominicam qua cantatur *Reminiscere* assignata coram nobis dictis partibus per statum, de diffinitiva sententia in dicta causa audienda, eadem die, Alexandro Apothecario, clerico, procuratore dicto-

[1] In Parvo Chartul. notavit scriba inter lineas : *Ibi est aliquis defectus.*

rum archidiaconi et Symonis, nomine procuratorio pro ipsis, et magistro Petro de Ferreriis, clerico, procuratore dicte nobilis et pro ipsa nobili, cum litteris procuratoriis sufficientibus,.... rato, in jure, coram nobis comparentibus et diffinitivam sententiam cum instancia a nobis ferri poscentibus, deliberato consilio, dictam Avelinam et dictum magistrum Petrum, procuratorem ejus, procuratorio nomine pro ipsa, per diffinitivam sententiam condempnamus ad tradendum seu liberandum dictis exequtoribus dictum quintum hereditatis, et, ut a predictis oppositione et impedimento desistant, questionem expensarum in litte factarum dictis exequtoribus per eandem sententiam reservantes, quarum taxationem nostro judicio reservamus. Datum dicta die jovis, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto.

12 mart. 1270. Sequitur instrumentum quo supradictus Simon de Nigella, coram dictis officialibus archidiaconorum Parisiensium, profitetur se vendidisse domino Stephano, episcopo Parisiensi, pro centum quinquaginta quinque libris Parisiensibus, quinquaginta quatuor arpenta nemorum, sita in territorio de Gormeyo, inter Combisvillam et Moissiacum, quæ ex conquestu proprio ipsius defunctæ Helluidis movebant.

.... Datum anno et die mercurii antedictis.

Et ego Rogerus dictus Carnifex, clericus Parisiensis, publicus auctoritate sacrosancte Romane ecclesie notarius, promissioni facte a dicto Symone, per fidem suam ab ipso Symone in manibus dictorum officialium prestitam, de garantizando contra omnes, nomine exequtorio, dicta quinquaginta quatuor arpenta nemorum, de quibus mentio superius fit expressa, presens, in presentia dictorum officialium, interfui, et in testimonium quod ego interfui, rogatus, me subscripsi, et signum meum apposui.

CCIX.

29 jul. 1255. Littera de feodo Guiardi de Bruneyo, apud Gentilliacum et Moissiacum, pro XXVII libris.

Universis, *etc.* Guiardus de Bruneyo, armiger, et domicella Reucia, ejus uxor, recognoverunt se vendidisse et imperpetuum quittavisse venerabili patri Reginaldo, Dei gratia Parisiensi episcopo, et ejus successoribus, pro viginti quatuor libris Parisiensibus, jam sibi solutis in pecunia numerata,.... totum feodum quod habebant apud Gentillia-

cum et in villa Sancti Marcelli, cum appenditiis ejusdem feodi ad eos spectantibus, de quo feodo Ferricus dictus Bateste de Gentilliaco, armiger, erat in homagio Guiardi predicti; quod feodum erat retrofeodum domini episcopi Parisiensis, de quo etiam idem Guiardus erat in homagio ejusdem domini episcopi Parisiensis, sicut iidem venditores recognoverunt coram nobis; item, totum feodum quod habebant apud Noisement, in villa etiam et in territorio de Moissiaco, cum appendiciis ejusdem feodi ad ipsos spectantibus, de quo Guillelmus de Noisement, niles[1], erat in homagio predicti Guiardi; quod erat retrofeodum ejusdem domini Parisiensis episcopi, de quo etiam idem Guiardus erat in homagio dicti domini Parisiensis episcopi, sicut dicti venditores coram nobis sunt confessi.... Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo quinto, mense julio, die jovis post festum beatorum Jacobi et Christophori.

CCX.

Littera de XXIIII^or^ libris Parisiensibus vel circiter, emptis a Johanne de Gallandia, apud Combisvillam, et quibusdam apud Grisiacum. 18 apr. 1288.

Universis presentes litteras inspecturis, officiales curiarum Parisiensis et venerabilium virorum Dyonisii et Guillelmi, in ecclesia Parisiensi archidiaconorum, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia personaliter constitutus, Johannes dictus de Garlandia, armiger, dominus de Turnomio, asseruit coram nobis quod ipse, tempore venditionis infrascripte, jure hereditario habebat et possidebat et ad eum spectabant jure dominii, in villa et territorio de Combisvilla, res, bona, redditus et consuetudines infrascripta, videlicet : quatuor libras et quindecim solidos Parisienses vel circa minuti et capitalis census, sibi debitas super terris, masuris, vineis et jardinis que tenentur a dicto armigero, sitis apud dictam villam et in territorio dicte ville, annuatim, videlicet in festo beati Remigii; item, talliam annuatim super quibusdam jardinis et domibus et eorum pertinenciis et adjacentibus, sitis in dicta villa et territorio, et jus imponendi, levandi et exigendi dictam talliam, anno quolibet, in festo beati Remigii; quam talliam estimat et valere asserit communiter tresdecim libras Parisienses vel circa;

[1] Cujus vide litteras supra, cap. CLXVII.

item, talem partem ipsum armigerum contingentem et ad ipsum jure dominii spectantem in vinagio dictorum territorii et ville, quam estimat et valere asserit, annis singulis, septem solidos Parisienses vel circa, percipiendam et levandam in festo beati Dyonisii; item, quadraginta quatuor solidos vel circa censuales, et jus percipiendi eosdem super terris et vineis sitis tam in dicta villa quam in territorio dicte ville, annuatim, in festo Omnium Sanctorum; item, tres minellos avene, annuatim, in dicto festo, super quibusdam vineis, in territorio dicte ville sitis, in dictis minellis oneratis; item, unum minellum avene, annuatim, situatum super les Mez ejusdem ville, in dicto minello oneratum, in festo beati Andree persolvendum; item, undecim droituras annuas, in crastino Nativitatis dominice, quarum quelibet valet unum sextarium avene; item, eodem festo, duos capones et quatuor denarios, que omnia super terris, masuris, in parrochia dicte ville situatis, dicto festo, percipiuntur annuatim et habentur. Item, eodem festo, asseruit se habere et percipere roagium et albanagium in dicta villa, quod extimat sex solidos vel circa; item, novem solidos annuos, in festo predicto, in piscatura dicte ville; item, viginti solidos annuos vel circiter, in dicto festo, pro corveiis carruscarum ville predicte; item, viginti arpenta terre arabilis, sita in loco qui dicitur Syvart, quorum quodlibet valoris duodecim denariorum annui redditus estimatur. Item, asseruit quod ipse percipiebat et habebat in parrochia de Grisiaco, Parisiensis dyocesis, decimam bladorum et leguminum in dicta parrochia crescentium, jusque percipiendi eandem, olim in feudum concessam suis antecessoribus, et ad eum pertinentem, ratione feodi quem a reverendo in Christo patre domino Parisiensi episcopo tenebat; necnon quod ipse habebat in dicta parrochia quandam grauchiam que vocatur granchia de Grisiaco, in qua dicta decima debet et consuevit reponi, ad eum, ratione dominii, spectantem; item, asseruit quod dicta decima et ipse, ratione perceptionis ejusdem, erant onerati et obligati ad reddendum et solvendum, quolibet anno, domino Parisiensi episcopo tres modios grani de blado decime antedicte; item, quedam retrofeoda, videlicet quoddam retrofeodum quod tenet ab eodem armigero Johannes dictus d'Agarnel, armiger, videlicet tresdecim libras minuti et capitalis census, in dicta villa de Combisvilla, et viginti octo arpenta nemorum vel circa, in loco qui dicitur

Senart, inter nemora domini episcopi Parisiensis, in uno latere, et campos de Combisvilla, ex altero; item, retrofeodum quod tenet ab eo Johannes Fuynon, miles, videlicet tresdecim libras minuti et capitalis census, in villa predicta, et viginti quinque arpenta nemorum vel circa, sita in loco de Senart predicto, juxta nemora domini Parisiensis episcopi antedicti; item, retrofeodum quod tenet ab eo Petrus de Everi, miles, scilicet furnum de Tegula de villa de Combisvilla et septem arpenta terre arabilis, situata in loco de Senart predicto, inter predictum boscum, ex una parte, et campos de Combisvilla, ex altera; que scilicet furnus et terre arabiles precio duodecim librarum Parisiensium annuatim estimantur; item, retrofeodum quod detinetur ab eodem a Petro de Guincville, milite, videlicet quatuor libras et quatuordecim solidos Parisienses vel circa minuti et capitalis census, sitos super molendino quod dicitur do Rabicy, in ripparia d'Ierre, et super pratis sitis juxta ripariam antedictam; item, quadraginta et octo arpenta nemorum, sita in nemore de Senart predicto; item, retrofeodum quod tenet ab eo nobilis domina domina de Bretigny, videlicet tertiam partem magne decime de Combisvilla, que annuatim fore valoris tresdecim librarum Parisiensium estimatur; que omnia ad se pertinere dicens idem Johannes et tenere in feudum a dicto domino Parisiensi episcopo, prout superius sunt expressa, et quicquid juris, dominii, proprietatis, actionis et saisine habebat et habere poterat in omnibus et singulis supradictis, in dicta villa de Combisvilla et territorio dicte ville et in granchia et decima de Grisiaco predicta et obvenientibus granchie antedicte, nec non et in retrofeodis antedictis, recognovit et confessus est spontaneus, coram nobis, se vendidisse pure et simpliciter, et nomine pure et simplicis venditionis, imperpetuum, concessisse et quittavisse reverendo in Christo patri ac domino domino Raulpho, Dei gratia Parisiensi episcopo, et ejus successoribus, et transtulisse penitus in eosdem, pro quatercentum libris Parisiensibus, sibi quittis, de qua pecunie summa se tenuit coram nobis plenarie pro pagato, exceptioni dicte pecunie sibi non solute renuncians per fidem suam penitus et expresse. Promisit etiam idem Johannes, coram nobis, quod, si contingeret dictam venditionem ab aliquo jure proximitatis retractari, quod dicto reverendo patri, tanquam domino, quintus dena-

rius ex venditione predicta integraliter redderetur.... In quorum omnium testimonium et munimen, ad ipsius venditoris petitionem, sigilla curiarum nostrarum, una cum sigillo ipsius venditoris, presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo, die dominica qua cantatur *Jubilate*.

CCXI.

24 apr. 1277. Nobilis mulier Margareta de Plesseyo, vidua, confirmante Blancha, filia ipsius, vendit Stephano, Parisiensi episcopo, et ejus successoribus, pro trecentis septuaginta et quinque libris Parisiensibus, mediam partem cujusdam nemoris, inter Combisvillam et Moissiacum siti, centum et octo arpenta continentis, quod una cum Parisiensi episcopo indivise possidebat, retentis dicto episcopo, ratione dominii, septuaginta quinque libris pro quinto denario.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, die sabbati post dominicam qua cantatur *Jubilate*.

CCXII.

17 jan. 1264. Petrus dictus Vileine, armiger, et Haoysis, ejus uxor, de Moissiaco, profitentur se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pretio tredecim librarum Parisiensium, tria arpenta pratorum, sita in prataria que dicitur Ilandre, in censiva episcopi, oneraque octo denariis annui census.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, mense januario, die veneris ante festum beati Vincentii.

CCXIII.

Jul. 1258. Franchisia quorumdam hominum de Moissiaco.

Universis presentes litteras inspecturis, officiales Johannis, Petri et Gaufridi, archidiaconorum ecclesie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Johannes Patronart, Adam de Grigiaco, Hugo dictus Trebuchet, Guiardus Moissi de Soisiaco, Petrus Moissi et Avelina, ejus uxor, recognoverunt quod fuerant homines de corpore et servilis conditionis reverendi patris, Dei gratia, domini Parisiensis episcopi, et quod, ad supplicationem ipsorum, idem dominus episcopus, pensata utilitate ecclesie Parisiensis, et propter pericula evitanda que frequenter ex eorum conjunctione in

casu prohibito contingebant, ipsos et Philippam et Ermenjardin, sorores dicti Hugonis, Andream, Ysabellim et Agnetam, liberos dicti Johannis Patronart, et Mariam, uxorem dicti Johannis, Richeudim, uxorem dicti Ade, Johannam, Emelinam et Lijardim, liberos dicti Ade, Odelinam, uxorem dicti Guiardi, Johannam, Stephanum et Laurenciam, liberos dicti Guiardi, Evam, Radulphum, Ferricum et Johannam, liberos dicti Petri et Aveline, a jugo servitutis et manus mortue manumisit, sub conditionibus infrascriptis, insertis ante presentem manumissionem, non tamen causa onerande libertatis. Recognoverunt insuper quod de voluntate ipsorum, ante manumissionem hujusmodi, non tamen causa onerande libertatis, dictus dominus episcopus talia jura retinuerat et retinebat in ipsis et eorum heredibus supradictis et rebus eorum, ad quemcumque locum se transferant, in terra et justicia domini episcopi sitis, videlicet honorem, debitam reverentiam et ea que solent liberti patronis suis debere; nec non talliam, singulis annis, si dicto domino episcopo placuerit, dum tamen in terra et justicia domini episcopi hostisias vel possessiones habuerint seu fuerint residentes, non obstantibus prescriptione longissimi temporis, vel aliquo privilegio indulto vel indulgendo a quocumque; item, census, redditus, corveyas, decimas, redibiciones et omnes alias consuetudines et jura prius debitas et debita. Voluerunt insuper prenotate persone, et expresse consenserunt, nomine suo et dictorum heredum suorum, quod nec ipsi nec heredes eorum predicti petere possint possessiones aliquas, jure proximitatis parentum vel consanguineorum suorum, per emptionem vel etiam per quemcumque alium titulum sive modum, nec ex testamento vel ab intestato succedere, dummodo fuerint conditionis servilis et manus mortue dicti reverendi patris. Recognoverunt nichilominus prenominate persone coram nobis conventum esse inter eos et dictum dominum episcopum et ab eisdem hominibus voluntate spontanea concessum in datione hujusmodi libertatis, quod ipsi et heredes sui prenominati per servientem domini episcopi, vel episcopi Parisiensis qui pro tempore fuerit, tenentur reddere et solvere rectam decimam numeratam tam de terris et vineis acquisitis quam acquirendis, quam etiam aliis quas habent et habituri sunt, tam ipsi quam heredes sui, in decimatione domini episcopi. Voluerunt insuper quod omnes illi ad quos terre, vinee et hos-

tisie ipsorum, ratione quarum tenentur ad talliam et decimam numeratam, quocumque titulo devenerint, teneantur, sicut ipsi, ad talliam et decimam memoratas. De hiis autem omnibus et singulis tenendis firmiter et inviolabiliter observandis ac de non veniendo contra, ulla de causa, dicti homines, sacramento prestito corporaliter ab eisdem, coram nobis, ac insuper fide data ab eorum quolibet, se obligaverunt et oneraverunt, et omnes heredes suos qui pro tempore fuerint et quoslibet alios successores. In cujus rei testimonium, ad petitionem dictorum hominum, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense julio.

CCXIV.

Febr. 1256. Henricus de Noisement, armiger, domicella Gilla, ejus uxor, et Simonetus, dicti Henrici frater, declarant se vendidisse domino Parisiensi episcopo, pretio unius et triginta librarum Parisiensium quadraginta solidos et septem capones omnesque redditus, quos percipiebant e quatuor hostisiis, apud Moissiacum sitis.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense febriario.

CCXV.

Jul. 1255. Litteræ manumissionis hominum Villæ Cereris, a Reginaldo, Parisiensi episcopo, datæ[1].

.... Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense julio.

[1] Gerardus Dubois, *Histor. eccles. Paris.*, t. II, p. 491, has manumissionis litteras edidit, prætermissis tamen manumissorum nominibus, quæ codicis manuscripti quatuor fere replent paginas. Non abs re erit horum nonnulla nominum hic annectere : Reginaldus Tornemole, Petrus Tradens Argentum, Lucas medicus, Meliendis, ejus uxor, Menaudis, relicta defuncti Hugonis medici, Bertaudus munerius, Johannes lathomus, Christianus pelliparius, Adam furnerius, Stephanus pelliparius, Laurentius lathomus, Guillelmus le folon, Avelina la foulonne, mater dicti Guillelmi, vidua, Macellus faber, Ermengardis furneria, vidua, Angebertus, filius Matthei le censier, Joibertus sutor, Johannes carnifex, Guillelmus textor, Albericus medicus, pro se et Ermenjardi, ejus uxore, Germanus pelliparius, Andreas le charron, Mattheus bolengarius, Andreas faber, Johannes faber, Mattheus le censier, Angebertus pelliparius, Adam carnifex, Johannes fouacier, Guillelmus carnifex, Lambertus candelarius, Vincentius follonnus, Herveus furnerius, Guiardus cordubanarius, Lambertus medicus, Ermentrudis, ejus uxor, Aalesia, filia defuncti Jeuberti carpentarii.

CCXVI.

Alia littera super dicta manumissione. Jul. 1265.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis Parisiensis et officiales Johannis et Gaufridi, ecclesie Parisiensis archidiaconorum, eternam in Domino salutem. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Symon Cornart, Richeudis, ejus uxor, Matheus dictus Mariavala, Petronilla, ejus uxor [1], *etc.*, recognoverunt et asseruerunt quod dominus episcopus Parisiensis ipsos, existentes homines et feminas de corpore et servilis conditionis ipsius episcopi de Villa Cereris, manumiserat et dederat libertati. In cujus manumissionis seu libertatis recompensationem, recognoverunt coram nobis se debere eidem domino episcopo mille libras Parisienses, confitentes per hoc libertatem ipsorum non esse oneratam. Quam pecunie summam promiserunt ipsi insimul et quilibet eorum in solidum, juramento prestito, tactis sacrosanctis euvangeliis nec non et fide prestita corporali, se soluturos et reddituros pro se et illis pro quibus se obligaverunt eidem domino episcopo vel ejus certo mandato, in modum qui sequitur, videlicet : ad instans festum beati Andree apostoli, trecentas libras Parisienses; et in eodem termino, anno revoluto, alias trecentas libras Parisienses; et residuas quatercentum libras Parisienses, in eodem termino, anno tertio revoluto. Et de dicta pecunia sic solvenda omnes et singulæ persone superius nominate modo predicto obligaverunt eidem domino episcopo et ejus successoribus se et heredes suos sive successores quoscunque, nec non et bona sua et heredum suorum sive successorum, mobilia et immobilia, presentia et futura, ubicunque et in quibuscumque consistant, quilibet eorum in solidum, prout superius est expressum. Renunciantes, *etc.* Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense julio.

[1] Sequuntur nomina omnium in instrumento superiore manumissorum inscripta.

CCXVII.

28 oct. 1273. Villæ Cereris incolæ, successores illorum qui, anno 1255, ab episcopo Reginaldo manumissi fuerant, promittunt se, pro redimenda tallia quam idem episcopus sibi retinuerat, soluturos esse, annis singulis, Stephano, episcopo Parisiensi, et ejus successoribus, sexaginta libras Parisienses, triginta scilicet, die festo sancti Remigii, et totidem, festo die beati Andreæ, et insuper quinquaginta libras quotiescumque episcopum et ejus successores exercitum sive cavalcatam regis adire contigerit[1].

.... Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, mense octobris, die sabbati ante festivitatem Omnium Sanctorum.

CCXVIII.

7 jul. 1276. Alia littera super eadem abonnatione, eidem annexa.

Universis presentes litteras inspecturis, curie Parisiensis curiarumque reverendi patris domini Aucheri, cardinalis archidiaconi Parisiensis, Guillelmi et Garneri, in ecclesia Parisiensi archidiaconorum, officiales, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Judocus de Furno, Renerus Galensis,.... Guillelmus lathomus,.... Henricus garnetarius,... Symon furnerius,... Lucas medicus,... Bertrandus medicus, Girardus carnifex,... Maria Delatumière,... Gilebertus faber, Albericus medicus, Judocus faber, Aalesia, relicta Foucheri fabri, Pasquerus faber,... Maria, relicta Engieberti pelliparii,.... Christiana pelliparia,.... Thiecia de Villa Chat,.... Jeubertus sutor, Durandus harengerius,.... Agnes, uxor Lamberti suttoris,.... Petrus hostiarius,.... Genovefa candelaria,.... Eugebertus le poulallier,.... Andreas Biau-Vin,.... Guillelmus dictus Magister,.... Petrus cousturiarius, Johannes cousturarius,.... Odo furnerius, Guillelmus textor, Audoysis, uxor Guillelmi textoris,.... Petrus panetarius,.... Gilebertus sutor,.... Richeudis du Cricheron,.... Michael fullo, Guiardus clericus, Macellus pelliparius,....

[1] Hanc chartam, omissis nominibus, edidit Dubois, t. II, p. 402. Ex his nominibus ea referenda duximus visum quæ sequuntur : Symon furnerius, Lucas medicus, Bertrandus medicus, Geubertus li latumier, Gilebertus faber, Christiana pelliparia, Lambertus sutor, Eloïsis la foloune, Henricus lathomus, Aalesia la fornière, Johanna la peltière, Bernardus furnerius, Geubertus sutor, Odeardis, uxor Duraudi harengerii, Maria, uxor Johannis mnnerii, Aalesia, uxor Foucheri fabri, Bernardus sutor, Odelina, uxor Bernardi carnificis, Audoysis, filia à l'Arcevesquesse, Jaqnelina, uxor Petri panetarii, Rogerius barberius, Genovefa candelaria, Johannes pelliparius, Johannes custurarius, Pasquerus custurarius, Odo furnerius, Egidius mariscallus, Henricus garnetarius, Genovefa la cenisière, Colinus garnetarius.

Andreas Angelier, homines Ville Cereris, recognoverunt et confessi sunt in jure, coram nobis, spontanei, non coacti, nec vi nec metu nec dolo ad hec inducti, quod reverendus pater Parisiensis episcopus ac ejus predecessores in dicto episcopatu sunt et fuerunt a tempore a quo non extat memoria, in possessione vel quasi pacifica habendi et instituendi tres servientes in dicta Villa Cereris, que est ipsius episcopi, videlicet prepositum, censuarium et decanum, qui ab episcopo instituti consueverunt esse ex tunc, quamdiu fuerint in officiis predictis, liberi et immunes, cum rebus et bonis eorumdem, ab omni tallia seu collecta et corveiis et aliis serviciis similibus. Confessi fuerunt eciam quod Parisienses episcopi in dicta Villa Cereris habebant olim talliam sive collectam ad placitum, quam reverendus pater Stephanus, Dei gratia Parisiensis episcopus, postmodum abonnavit, prout in litteris inde confectis, presentibus annexis, plenius continetur. Voluerintque dicti homines et concesserunt, ac in hoc expresse coram nobis consenserunt, quod idem reverendus pater et ejus successores in dicto episcopatu ex nunc imperpetuum habeant plenam et liberam potestatem instituendi et ponendi predictos tres servientes in prefata Villa Cereris, ut prius, contradictione aliqua non obstante, et quod hiidem servientes ab ipso reverendo patre instituti et eorum bona ac possessiones, que et quas ipsi servientes et eorum quilibet habebunt et possidebunt, tempore quo in sergenteriis predictis instituentur, sint immunes penitus ac liberi et quieti ab omni tallia seu collecta et corveis et aliis servitiis similibus, ut dictum est, et quod in omnibus eadem libertate gaudeant quam habebant antequam dicta tallia abonnaretur, quamdiu in dictis sergenteriis erunt ac morabuntur; licet etiam ipsi servientes sint de dicta villa sive habitantes in eadem. Et hoc consulte et cum deliberatione voluerunt et concesserunt, et ex certa scientia recognoverunt prefati homines, non obstante in aliquo littera confecta super abonnatione tallie dicte Ville Cereris, ab ipso reverendo patre, de voluntate et assensu expressis dictorum hominum facta ac etiam prefinita, per quam litteram servientes predicti reverendi patris, videlicet Petrus Hostiarius prepositus, Guerinus censuarius et Andreas decanus, una cum aliis hominibus prefate ville, se obligaverunt ad dictam talliam persolvendam, secundum formam et tenorem dicte

abonnationis facte; quam litteram nullam esse voluerunt prefati homines ac juribus omnino carere, quantum ad obligationem servientum predictorum et eorum qui imposterum ad dictum servicium vocabuntur a prefato domino episcopo, qui pro tempore erit, ea, quantum ad omnia alia in ea contenta, in suo robore perdurante; et quod ipsi nichilominus dictam collectam seu talliam abonnatam et prefinitam, ut superius est expressum, predicto reverendo patri et ejus successoribus in dicto episcopatu solvere integraliter tenebuntur, videlicet sexaginta libras Parisienses annuatim, prout in dicta littera dicte abonnationis plenius continetur; ita tamen quod, si contingat predictos servientes vel eorum aliquem acquirere aliquas possessiones successione vel escasura, dono, prece vel precio, vel alio quoquo modo, in territorio dicte ville, postquam in dictis sergenteriis per dictum reverendum patrem fuerint instituti, quod ipsi servientes de possessionibus sic acquisitis ad usus et taxationem aliarum possessionum dicte Ville Cereris solvere teneantur talliam seu collectam. Promiserunt etiam dicti homines, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, die dominica post octabas festi nativitatis beati Johannis Baptiste.

CCXIX.

28 jul. 1275. Littera compositionis facte inter abbatem de Becco Heloyni et dominum Parisiensem episcopum, super quodam altare fundato in ecclesia Sancti Gervasii Parisiensis.

In nomine Domini. Amen. Universis presentes litteras inspecturis, magistri Petrus de Mena, canonicus et officialis Parisiensis, et Johannes Abbatis, doctor Parisiensis in decretis, arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores, a reverendo in Christo patre ac domino, domino G.[1], Dei gratia Parisiensi episcopo, suo et ecclesie sue Parisiensis nomine, Gazone Flamingy, cive Parisiensi executoreque defuncti Herberti Framingi, quondam civis Parisiensis et patris dicti Gazonis, nomine executorio ejusdem defuncti, nec non et Gaufrido de Desertis, gerente se pro capellano cujusdam capelle, quam dictus Herbertus, tempore quo vivebat, in sua ultima voluntate, in parrochiali ecclesia Sancti Gervasii in Gravia Parisiensi de bonis suis fundari disposuerat, et ejusdem defuncti executores, laudabile propositum ipsius prose-

[1] Guillelmus IV de Baufet.

quentes, quantum in se fuit, fundaverant in honore beati Laurentii martiris, suo et dicte capelle nomine, ex una parte, ac viris religiosis et honestis abbate et conventu monasterii Beate Marie de Becco Ellonii, ordinis sancti Benedicti, Rothomagensis dyocesis, ex altera, communiter electi et nominati, prout in quodam compromisso sigillis reverendi patris et religiosorum predictorum, ut prima facie apparebat, sigillato, inde confecto, plenius continetur, cujus tenor inferius est insertus, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum super contentione et discordia seu materia questionis subortis inter partes predictas, super eo videlicet quod, cum executores predicti ultimam voluntatem aut laudabile propositum dicti defuncti exequi volentes, capellam unam in dicta ecclesia Sancti Gervasii, cujus jus patronatus ad religiosos predictos noscitur pertinere, fundare voluisseut, ac perpetuam capellam institui in eadem a dicto reverendo patre instanter petiissent; dictusque reverendus pater, eorum supplicationi annuens, capellam fundare et de novo construere in ecclesia memorata permisisset eisdem sua speciali potestate, et cuidam capellano, videlicet dicto domino Gaufrido de Desertis, prefatam capellam contulisset, preter dictorum religiosorum [voluntatem et assensum, verorum patronorum dicte parrochialis ecclesie Sancti Gervasii][1], asserentium hoc dicto domino episcopo aliquatenus non licere, tam de jure, usu et consuetudine actenus observatis, quam etiam pretextu privilegii sedis apostolice, specialiter dictis religiosis et suo monasterio pridem concessi; in quo, inter cetera, specialiter contineri dicitur quod nullus in ipsorum ecclesiis seu in illis in quibus jus habent representandi, capellam seu oratorium edificare audeat absque eorum voluntate et assensu, quam etiam per litteras dicti domini episcopi ac nonnullorum predecessorum suorum super hoc confectas, speciales auctoritatem et assensum; propter que, iidem religiosi, a dictis domino episcopo et executoribus ac capellano per ipsum dominum episcopum in dicta capella instituto reputantes se esse gravatos, contra dictum reverendum patrem et executores ac capellanum predictos, nominibus quibus supra, ad sedem apostolicam appellarunt; in qua quidem appellationis causa,

[1] Verba quæ uncis includuntur, in codice omissa, hic restituimus ex sententia ipsa arbitrorum, cujus tenorem inferius reperies.

auctoritate sedis apostolice dati fuerunt judices, coram quibus diu litigatum extitit, et multiplex processus factus in eadem causa inter partes predictas, in tantum quod non restabat nisi sententiam proferre in eadem; dicteque partes, de bonorum consilio, super premissis et eadem tangentibus, nec non expensis occasione premissorum factis hinc inde a partibus antedictis, in nos, tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, sub penis in dicto compromisso contentis, compromittere de alto et basso curavissent; demum, die lune post festum beate Marie Magdalene, hora vesperarum, videlicet die vicesima octava mensis julii, per nos dictis partibus ad audiendum dictum nostrum sive sententiam nostram arbitralem in dicta arbitrali causa et super premissis perhentorie assignata, dictisque die et hora dictis partibus, videlicet magistro Raimundo Moreti, clerico, procuratore domini episcopi, nomine procuratorio ipsius et pro ipso, cum litteris procuratoriis sufficienter instructo, ac Gazone et Gaufrido predictis, nominibus quibus supra, ex una parte, et discreto viro magistro Guillelmo Abbatis, rectore parrocialis ecclesie Sancti Johannis in Gravia Parisiensi, nomine abbatis et conventus predictorum, promittente pro eis quod ipsi dictam ordinationem et sententiam nostram arbitralem ratas et gratas habebunt easque competenter emologabunt per litteras eorum sigillis sigillatas, dicto magistro Raimundo pro dicto domino episcopo Parisiensi per ipsum hoc fieri promittente, ex altera, coram nobis comparentibus, et dictum nostrum, ordinationem seu sententiam arbitralem super hiis a nobis cum instantia ferri poscentibus, nosque, onere hujusmodi compromissi in nos prius suscepto, cognitoque per nos de meritis cause arbitralis hujusmodi, cum qua potuimus diligentia, habitoque super hiis diligenti tractatu, auditis etiam que dicte partes dicere et proponere voluerunt coram nobis, tam per litteras quam etiam per instrumenta quam aliter, renunciatoque a predicto Gaufrido, in nostra nec non publicorum notariorum infrascriptorum presentia, juri, si quid sibi competebat, in capella supradicta, communicatoque super hiis bonorum et jurisperitorum consilio, virtute dicti compromissi, auctoritateque et potestate a dictis partibus super premissis nobis concessis et datis, dictum nostrum, ordinationem ac sententiam nostram arbitralem, durante tempore

compromissi predicti protulimus ac etiam proferimus in hunc modum : Nos Petrus de Mena, canonicus et officialis Parisiensis, et Johannes dictus Abbas, doctor Parisiensis in decretis[1].... Viso et attento predicto processu et diligenter inspecto, inter partes predictas super premissis habito coram judicibus delegatis seu subdelegatis ab eisdem, nec non privilegii dictorum religiosorum compromissique attento tenore, per nostram sententiam arbitralem unanimiter, sub fide et penis in dicto compromisso appositis, dicimus, statuimus ac etiam per compositionem amicabilem ordinamus, quicquid, per ipsum dominum Parisiensem episcopum, super fundatione dicte capelle seu capellanie et occasione ejusdem, preter ipsorum religiosorum voluntatem et assensum, fuit hactenus attemptatum, non valuisse, illudque irritamus et viribus vacuamus. Gaufridum de Desertis, in dicta capellania per ipsum dominum episcopum institutum, preter ipsorum religiosorum assensum, jure, si quod sibi in dicta capellania fuerat quesitum, suo in hoc interveniente assensu, privamus et decernimus esse privatum; decernentes dictam capellaniam in quodam altari, in honorem beati Petri in dicta ecclesia Sancti Gervasii pridem constituto, noviter fore fundandam, ut sic voluntas impleatur testatoris, jusque presentandi ad eandem ad ipsos religiosos et eorum successores, more suo solito in aliis suis beneficiis, pertinere absque contradictione cujusquam; expensas expensis hinc inde compensantes. Cui quidem arbitrali sententie predicte,.... dicti Gazo executor et Gaufridus, nominibus quibus supra, paruerunt, eandem sententiam emologantes penitus et expresse coram nobis. In cujus rei testimonium, sigilla nostra propria, una cum sigillis dictorum reverendi patris domini Parisiensis episcopi, abbatis et conventus hiis presentibus appositis, in signum emologationis premissorum et approbationis eorumdem, nec non signis et subscriptionibus infrascriptorum publicorum notariorum, duximus litteris presentibus apponenda. Datum et actum infra curiam Parisiensem et cameram quam nos officialis predictus inhabitare consuevimus, anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, indictione tertia decima, apo-

[1] Hic iterum referuntur partium nomina et querimoniæ. Capellanus autem ab episcopo institutus non nominatur Gaufridus de Desertis, ut superius, sed Rudulphus de Communreyo, judicesque dicuntur electi Carnotibus a summo pontifice.

stolica sede, ut communiter dicitur, vacante, die lune et hora supradictis, presentibus venerabilibus et discretis viris dominis et magistris Petro Casalis, Sanctorum Quintini in Viromandia et Stephani de Drocis ecclesiarum canonico, Richardo Peterelli presbytero, et pluribus aliis testibus ad premissa evocatis specialiter et rogatis.

8 jul. 1315. Sequitur tenor compromissi, quo a partibus litigantibus dictis Petro de Mena et Johanni Abbatis quæstio dirimenda unanimi consensu committitur.

.... Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, die martis post estivale festum beati Martini.

Et ego Thomas de Sancto Desiderio, Cathalaunensis dyocesis clericus, apostolica et imperiali publicus auctoritate notarius, quia prolationi dicte ordinationis ac sententie arbitrali predicte, nec non et aliis omnibus dicta die lune, de quibus superius fit mentio, taliter gestis et habitis, ut predicitur, una cum dictis magistro Petro de Mena, Johanne Abbatis, partibus et testibus suprascriptis ac publico notario infrascripto presens interfui; preterea, quia transcriptum dicti compromissi superius insertum, per collationem diligenter factam, cum originali ejusdem concordare reperi, hic me subscripsi manu propria, signumque meum, una cum appensione sigillorum predictorum, signo et subscriptione infrascripti publici notarii, in testimonium veritatis premissorum, apposui consuetum, rogatus.

Et ego Johannes dictus Louvat de Carone, clericus Baiocensis dyocesis, apostolica et imperiali publicus auctoritate notarius, prolationi predicte aliisque premissis, die lune predicta gestis et actis, una cum venerabilibus et discretis viris dominis arbitris, arbitratoribus sive amicabilibus compositoribus, notario publico et testibus suprascriptis presens interfui, et, ea publicando, hunc presenti publico instrumento inde confecto manu propria me subscripsi, signumque meum, una cum sigillis predictis et signo solito dicti notarii, rogatus, apposui consuetum.

CCXX.

Guillelmus, Parisiensis episcopus, confirmat institutionem capellaniæ, in ecclesia Sancti Gervasii Parisiensis, ad altare Sancti Petri, factam a Gazone, filio, hærede et executore testamenti defuncti Herberti Flamingi, civis Parisiensis, testaturque a prædicto Gazone assignatas fuisse quindecim libras Parisienses super quadam domo, sita in veteri vico Templi, in censiva abbatis Tyronensis, unam videlicet libram capellæ et ornamentis servandis, quatuordecim vero reliquas capellano sustentando; demum capellani officium et jura, necnon curati Sancti Gervasii, suique ipsius et archidiaconi Parisiensis in eadem capellania jura constituit. 27 aug. 1315.

.... Actum Parisius, in domo nostra, anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, indictione tertia decima, mensis augusti die vicesima septima, apostolica sede, ut communiter dicitur, pastore vacante. Presentibus, *etc.*

CCXXI.

Simon decanus et capitulum Parisiense, nomine executorum testamenti defuncti Radulphi de Roseto, canonici et pœnitentiarii Parisiensis, asserunt se emisse, ad opus capellaniæ, in ecclesia Parisiensi ab eodem Radulpho institutæ, viginti duas libratas, undecim solidatas, decem denariatas cum obolo Parisiensis monetæ, perpetuo et annuatim percipiendas « super tranversum aquæ seu portum, passagium, aut paagium Sancte Honorine de Conflantiis vel sub Pontisaram », in feodo Parisiensis episcopi; qui episcopus, ex dicto redditu sexdecim libras Parisienses in manu mortua possidendas concedit dictæ capellaniæ et magistro Ægidio de Billiaco super Ureum, Suessionensis diœcesis, in eadem instituto capellano, sibi reliquum in concessionis recompensationem reservans. 20 jul. 1319.

.... Datum in nostro capitulo, die veneris ante festum beate Marie Magdalene, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono.

CCXXII.

Littera de quadam domo, sita apud Archolium, et de XIX arpentis terrarum in pluribus locis, quas Johannotus dictus Domicellus, filius defunctorum Richardi dicti aus Noiaus et domicelle Ysabellis de Mota, ejus uxoris, dedit magistro Johanni de Vuingessem, clerico, scolari Parisiensi. 24 mart. 1309.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Noveritis quod, coram nobis propter hoc personaliter constitutus, Johannotus dictus Domicellus, filius defunctorum Richardi dicti aus Noiaus et domicelle Ysabellis de Mota, quondam ejus

uxoris, clericus, asserait quod ipse Johannotus habebat, tenebat et possidebat, tam ex ejus conquestu quam ex sua propria hereditate materna, quamdam domum cum ejus curia et jardino, sitam apud Archolium, contingentem, ex una parte, chemino de Parisius, et, ex altera parte, domni Guillermi dicti Domicelli de Arcolio, in censiva magistri Johannis de Condeto, clerici, oneratam in septem solidos et septem denarios Parisienses annui census sive perpetui redditus, quolibet anno debitos pro eadem; item, et decem et novem arpenta terrarum vel circiter, sita in pluribus peciis, in territoriis de Arcolio et de Gentilliaco, onerata in decem novem solidis et quatuor denariis Parisiensibus annui census sive perpetui redditus, quolibet anno debitis pro eisdem, in censiva Johannis dicti Deste, ut dicebat; item, asserait quod magister Johannes de Vuinchelse, clericus, scolaris Parisiensis, eidem Johanneto, temporibus retroactis, multas curialitates multaque servicia fecerat et impenderat, et cotidie impendere et facere non cessabat, de quibus nullam remuneracionem seu recompensacionem habuerat, ut dicebat. Propter que, predictus Johannotus, sua spontanea voluntate et ex ejus certa scientia, dedit, donavit, concessit, cessit, transtulit, quittavit ex nunc perpetuo et dimisit, donatione facta inter vivos, sine spe aliqua revocandi domum hujusmodi, predicto magistro Johanni, pro se, suis heredibus et causam ab eo habentibus et etiam habituris, predictam domum cum curia et jardino et terras, prout se comportant et protenduntur, nec non et quidquid juris, possessionis, proprietatis, dominii et actionis, ipse Johannotus habebat et habere poterat et debebat in predictis domo, curia, jardino et terris ac pertinentiis earumdem, quoeumque jure, titulo, modo, causa vel ratione, seu ad predicta vel pro predictis.... de cetero retinendo, ac se de eisdem devestiendo et dessaisiendo, et predictum magistrum Johannem investiendo et saisiendo, in quantum facere potuit coram nobis per traditionem presentium litterarum, ac etiam constituendo eumdem procuratorem suum in rem suam propriam in premissis. Et promisit dictus Johannotus per ejus fidem et juramentum, tactis sacrosanctis euvangeliis super hoc corporaliter prestitum ab eodem, quod contra donum, donationem, concessionem, cessionem, translationem, quittacionem et dimissionem hujusmodi vel contra aliquod premissorum, per se vel per alium seu

alios, ratione minoris etatis, alicujus deceptionis, vel alio quoquo modo non veniet in futurum. Immo voluit et precepit quod premissa omnia et singula valeant et robur firmitatis obtineant, jure, si quod sit, contrario vel consuetudine aliqua non obstante, et quod, si premissa in toto non valeant vel valere possint, quod absit, quod saltem valeant et robur firmitatis obtineant in hiis in quibus melius valere poterunt et debebunt. In cujus rei testimonium, sigillum Parisiensis curie presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo octavo, die lune ante festum Pasche.

CCXXIII.

Sequuntur aliæ litteræ, superioribus annexæ, quibus Rogerus de Essuelle, clericus, socius et procurator Johannis de Vuichelsoy, clerici et scholaris Parisiensis, habens mandatum speciale ad vendenda omnia bona immobilia quæ idem Johannes possidebat in regno Franciæ, profitetur se vendidisse, pro octoginta libris Parisiensibus, venerabili et discreto viro, magistro Johanni de Condeto, regis Francie clerico, thesaurarioque illustrissimi principis domini Caroli Franciæ, omnia quæ eidem Johanni de Vuichelsoye, ex donatione Johannis Domicelli, superius relata, obvenerant. 15 jul. 1310

.... Datum anno Domini millesimo ccc° decimo, die mercurii post festum translationis sancti Benedicti.

CCXXIV.

Littera de decem libris Parisiensibus pro procuratione domini Parisiensis episcopi in domibus sive prioratibus de Tironio, videlicet, *été*. Jan. 1255.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Gervasius, humilis abbas de Tyronio, totusque ejusdem loci conventus, Carnotensis dyocesis, eternam in Domino salutem. Notum facimus quod nos, habito bonorum consilio, et considerata utilitate nostra et monasterii nostri ac quatuor domorum sive prioratuum sitorum in dyocesi Parisiensi, videlicet de Jardiis, de Riensiaco, de Boillongnello et Sancti Audoeni juxta Turnomium, volumus et concedimus quod venerabilis pater episcopus Parisiensis et successores sui Parisienses episcopi, ratione procurationum quas in eisdem locis petebat dictus dominus episcopus, singulis annis habeat et percipiat decem libras Parisienses, videlicet, in prioratu de Jardiis, L solidos Parisienses; in prioratu de Riensiaco, L soli-


image
not
available

cunctis pateat evidenter, quod, anno ejusdem MCCC° duodecimo, indictione XI^a, mensis januarii die XXV^a, videlicet die jovis in festo conversionis beati Pauli apostoli, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Clementis, divina providentia pape V, anno octavo, Parisius, in vico qui dicitur vicus Presbiterorum, in domo Reginaldi Burserii, alias dicti Lanerii, sita in terra et dominio reverendi patris domini Parisiensis episcopi, contigua, ex una parte, domui Guillelmi dicti Vaneron et, ex alia parte, domui relicte et heredum defuncti Symonis dicti Dandin, in mei notarii publici ac testium infrascriptorum presentia personaliter constitutis discretis viris domino Guillelmo de Podio, ballivo, et Nicholao de Edera, preposito reverendi patris et domini, domini G.[1], Dei gratia Parisiensis episcopi predicti, ex una parte, et Johanne Pagani, clerico prepositi Parisiensis, a viro provido et discreto Johanne dicto Ploiebauch, nunc preposito prepositure Parisiensis, ad hoc, ut asserebat idem Johannes, deputato et misso, ex altera, idem Johannes Pagani, nomine dicti prepositi Parisiensis, ut dicebat, resaisiendo locum et domum predictas, pro jure dicti domini Parisiensis episcopi in hoc servando, de rebus et bonis olim ad Englebertum Picardi et Suam ejus uxorem, dum viverent in domo predicta commorantes, spectantibus, per dictum prepositum Parisiensem seu ejus mandatum, pro quibusdam ab ipsis conjugibus, ut dicebatur, commissis, ibidem captis et levatis et ab inde aportatis, deposuit, tradidit et dimisit, in signum resaisitionis seu restitutionis predicte, et de mandato superiorum, ut dicebatur, supra quandam arcam, in dicta domo existentem, quadraginta florenos parvos auri, tam Florentinos quam alios, ab ipsis ballivo et preposito dicti domini Parisiensis episcopi receptos et per eundem prepositum domini Parisiensis episcopi predicti computatos et numeratos, pro resaisitione predicta; dicens etiam dictus Johannes Pagani quod dictam resaisitionem seu restitutionem faciebat vice et auctoritate ac de mandato Parisiensis prepositi supradicti. Actum anno, indictione, mense, die, pontificatu et loco predictis. Presentibus viris discretis magistro Egidio de Giffo, officiali curie Guillelmi in ecclesia Parisiensi archidiacono, domino Egidio de Monte Forti, presbitero,

[1] H. e. Guillelmus IV.

ejusdem curie sigillifero; Radulpho dicto Medietario, Girardo de Margis, Roberto dicto Joie et Gazone dicto la Guete, clericis, Guillelmo de Nigella, Girardo de Furno, serviente gueti Parisiensis, Colino Martini, Reginaldo de Aneto, Johanne Geolario, Guillermo Vanerio et Reginaldo Lanerio, predictis Thoma Renardi et Aleneta Normanna, pluribusque aliis testibus, ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et nos Egidius, officialis predictus, qui premissis, una cum notario publico infrascripto et prescriptis testibus, presentes interfuimus, sigillum curie nostre, una cum signo solito et subscriptione dicti notarii, litteris presentibus apponi fecimus, in testimonium premissorum. Et ego Johannes dictus Louvat de Carone, clericus Baiocensis diocesis, *etc.*[1]

CCXXVI.

23 jul. 1137 Littera Innocentii pape, quod episcopus Parisiensis possit habere duos vel tres clericos suc Parisiensis diocesis in obsequio suo.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Parisiensi[2], salutem et apostolicam benedictionem. Aure benigna que tibi sunt votiva percipimus, et ipsa libenter benivolo favore complemus, pro tuis evidentibus meritis, in quibus apostolice sedi semper placitus inveniris. Cum autem, ad exequendum sollicitudinis pastoralis officium, tu, sicut accepimus, competencium ad hoc indigeas obsequio personarum, nos, tuis precibus annuentes, presencium tibi auctoritate concedimus, ut duos vel tres clericos ydoneos tibi, ad execucionem sollicitudinis hujusmodi oportunos, tue civitatis vel diocesis, non obstante contraria consuetudine vel statuto, juramento seu quacumque firmitate vallatis, tecum habere valeas; ita quod proventus suos ecclesiasticos, exceptis cotidianis distribucionibus, integre percipiant, acsi personaliter in ecclesiis in quibus illos obtinent residerent; contradictores autem, si qui fuerint, vel rebelles, monicione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellacione remota, compescas. Datum Lugduni, x kal. augusti, pontificatus nostri anno octavo.

[1] Hic leguntur in codice decem et octo paginæ litteræ, e quibus omittendas censuimus sexdecim, quæ ad controversias exortas inter episcopum Parisiensem et abbatiam Sanctæ Genovefæ, et inter Mendicantes et Universitatem Parisiensem, spectant, jamque editæ sunt.

[2] H. e. Stephanus I Silvanectensis.

CCXXVII.

Littera Innocentii pape, super procurationibus et visitationibus episcopi Parisiensis. 28 mart. 1204.

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati Sancte Columbe et M., archidiacono Senonensi, et magistro scolarum Aurelianensium, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audienciam nostram, venerabili fratre nostro Parisiensi episcopo significante, pervenit, quod, cum Parisiensem diocesim aliquando eum oporteat visitare, sicut ad officium ejus spectat, quidam priores et capellani ejusdem diocesis procuracionem sibi debitam denegant exhibere, ad sue negacionis defensionem hoc solummodo allegantes, quod nec ipsi nec ipsius predecessoribus procurationem ejusmodi exolverunt. Nos igitur premissam allegacionem eorum frivolam reputantes, cum subditus non possit procuracionem contra prelatum prescribere que racione visitationis debetur, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, premissis allegacionibus nequaquam obstantibus, si nichil aliud obstet, de canonicis institutis faciatis eidem episcopo, appellacione remota, procuracionem hujusmodi exhiberi; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles a sua presumpcione desistere per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compellentes. Quod, si non omnes hiis exsequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani, v kal. aprilis, pontificatus nostri anno sexto.

CCXXVIII.

Frère Lyénard de Thibeites, visiteur général deçà les monts de l'ordre de Saint-Jean de Jérusalem, amortit au profit d'Agnès, veuve de Henri le Vautier, chevalier, moyennant vingt sous parisis de cens annuel et perpétuel, onze arpents trois quarts de terre labourable, un demi-arpent de vigne, un arpent et demi de pré et onze sous de rente, que ladite dame possédait dans la censive de la commanderie d'Antony, appartenant autrefois à l'ordre du Temple, et qui étaient estimés à dix livrées de terre. 16 jun. 1316.

.... Donné à Paris, en nostre général chapitre, le mescredi après la feste saint Barnabé l'apostre, l'an de grace mil ccc et seize.

CCXXIX.

13 febr. 1327. Agnès la Vanière, dame de Bien-Assise, emploie à la fondation d'une chapelle dédiée à la Vierge dans l'église de Braie, les immeubles et rente amortis dans l'acte précédent, plus d'autres immeubles, situés au territoire de Braie, d'un revenu de sept livres parisis.

.... Donné l'an de grace mil ccc vint et sis, le vendredi après les huitives de la Chandeleur.

CCXXX.

Jan. 1327. Diploma Karoli IV, Franciæ et Navarræ regis, quo, supplicante Agnete la Vannière, domina de Bieu-Assise, confirmatur institutio ab ipsa facta cujusdam capellaniæ in ecclesia de Braia, et bona, sita in territorio ejusdem villæ, quæ eadem Agnes capellano dictæ capellaniæ contulerat, in manu mortua possidenda eidem capellano gratis conceduntur.

.... Actum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, mense januario.

CCXXXI.

Jun. 1202. Litteræ quibus Johannes, Pontiniacensis, Girardus, Sacri Portus, et Sebonius, Sancti Sulpicii abbates, relatis clausulis compositionis initæ, eodem mense, inter Odonem, Parisiensem episcopum, et Johannem, abbatem Sanctæ Genovefæ, testantur se vidisse litteras sigillis ejusdem abbatis et capituli Genovefani munitas, in quibus de verbo ad verbum eadem compositio referebatur[1].

.... Actum anno incarnati Verbi millesimo ducentesimo secundo, mense junio.

CCXXXII.

Dec. 1327. Karolus IV, rex Franciæ et Navarræ, viginti libras Parisienses annui redditus, ad opus capellaniæ institutæ a defuncto Nicholao Héron et Johanna, ejus uxore, in ecclesia Sancti Gervasii Parisiensis, ad altare Beatæ Mariæ Magdalenæ, in manu mortua percipiendas concedit.

.... Actum Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, mense decembris.

[1] Vide compositionem istam supra, t. I, p. 60, cap. LVIII.

CCXXXIII.

Johanna, vidua Nicholai dicti Héron, et ejusdem Nicholai ultimæ voluntatis exe- 19 dec. 1327.
cutores profitentur se concedere, ut, post institutionem primi capellani capellaniæ Sanctæ Magdalenæ, conditæ a dicto defuncto Nicholao, in ecclesia Sancti Gervasii Parisiensis, patronatus dictæ capellæ nec non jus capellani instituendi ad episcopum Parisiensem pertineant.

.... Actum et datum anno Domini millesimo ccc° vicesimo septimo, die sabbati post festum beate Lucie virginis.

CCXXXIV.

Johannes de Soiscyo, armiger, et Mathildis, ejus uxor, profitentur se vendidisse 22 oct. 1278.
Stephano, Parisiensi episcopo, pro triginta sex libris Parisiensibus, castellum et castellaniam de Malo Repastu, quæ dominus de Malo Repastu in feodum a domino de Caprosia, dominus autem de Caprosia ab ipso Johanne, et ipse venditor ab episcopo Parisiensi tenebant.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, die sabbati post festum beati Luce euvangeliste.

CCXXXV.

Petrus, abbas Sancti Victoris, testatur se Guillelmo, episcopo Parisiensi, cessisse Apr. 1230.
quinque quarteria terræ, in Cardineto sita, ad construendam quamdam capellam et domum presbyteri secularis[1].

.... Actum anno Domini mcc° tricesimo, mense aprili.

CCXXXVI.

Littera de quadam ordinatione facta inter episcopum et abbatem monasterii Tyro- 10 mai. 1260.
nensis, super tribus quarteriis terre site juxta rippam Sequane, in Cardineto Parisiensi.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Stephanus, miseratione divina humilis abbas monasterii Tyronensis, totusque ejusdem loci

[1] Hanc chartam edidit D. Bulæus, *Hist. Univ. Paris.*, t. III, p. 440; et aliam de eadem re, a Guillelmo episcopo datam, Du Bois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 327. Abbatis Victorini concessionem istam fuisse exordium ecclesiæ Sancti Nicolai de Cardineto credidit Du Bois, nescio an jure, cum, in Parvo Chartulario, huic chartæ inscribatur titulus hujusmodi : *Littera concessionis cujusdam petie terre super fundatione capellanie Sancti Bernardi in Cardineto.*

conventus, salutem in Domino. Notum faeimus quod, cum inter nos, ex una parte, et venerabilem patrem R.[1], Dei gratia Parisiensem episcopum, super tribus quarteriis terre, sitis juxta rippam Secane, in Cardineto Parisiensi, et novem denariis censualibus, qui pro terra predicta debentur, ad abbatem et conventum Sancti Victoris Parisiensis quondam pertinentibus, controversia verteretur; dicto episcopo asserente venerabilem patrem Guillelmum, quondam Parisiensem episcopum, dicta tria quarteria terre a defuncto Rogero dicto Navet, quondam cive Parisiensi, ex causa emptionis vel permutationis legitime habuisse et acquisivisse, et tam prefatum Guillelmum episcopum quam successores suos predictam terram tenuisse et pacifice possedisse, ac dictum R., nunc Parisiensem episcopum, dictam terram Henrico dicto le Flamand ad construendum et edificandum tradidisse, sub annua et perpetua pensione quatuor librarum novem solidorum et trium denariorum Parisiensium, nec non eundem Henricum, de voluntate et assensu ejusdem episcopi, magnam domum lapideam ibidem construxisse; nobis e contrario dicentibus dictos novem denarios censuales super dicta tria quarteria terre nos a memoratis abbate et conventu Sancti Victoris Parisiensis ex causa permutationis legitime acquisivisse, prout in litteris inde confectis plenius continetur; et ideo predicta omnia diecbamus in censiva nostra et fundo nostro, in damnum et prejudicium monasterii nostri, nobis non consentientibus, immo inrequisitis, facta esse; tandem, mediantibus bonis viris, inter nos et dictum episcopum super premissis concordatum et compositum est in hunc modum : Quod idem episcopus et ejus successores, qui pro tempore fuerint episcopi Parisienses, dictam pensionem quatuor librarum, novem solidorum et trium denariorum Parisiensium super domo et terra habebunt perpetuo et percipient annuatim; et nos et monasterium nostrum dictos novem denarios capitalis census, cum omni jure et utilitate ad censum capitalem, secundum Parisiensem consuetudinem, pertinente, super dictis domo et terra perpetuo percipiet et habebit, cum predictum censum, inquisita super hoc diligentius veritate, cum omni jure capitalis census, recognoscat idem episcopus ad nostrum monasterium

[1] I. e. Reginaldus III.


image
not
available

rum ejusdem parrochie, domino Parisiensi episcopo esset humiliter supplicatum, ut dictam parrochiam in duas divideret ex causa supradicta, presertim cum capella de novo construenda posset dotari quorundam beneficio, ut dicebant; tandem, magistro Guillelmo, rectore ecclesie de Longo Jumello, coram nobis presente et in hoc consentiente, nobis mediantibus, extitit ordinatum, videlicet : Quod dicte parrochie de Longo Jumello fieret divisio ex causa antedicta, et quod construeretur de novo capella apud Baleinviller, que esse debeat ecclesia baptismalis, cujus ecclesie erunt parrochiani illi de dicta villa de Baleinviller, de Plesscyo Sancti Petri, et de Ville Boissen; hoc salvo, quod compensatio fieret juris parrochialis matrici ecclesie de Longo Jumello. In cujus quidem compensationem, petebat dictus rector undecim libras Parisienses annui redditus sibi et successoribus suis constitui atque reddi, retentis sibi majoribus et minoribus decimis, vel duodecim libris, majoribus decimis sibi retentis; asserens se aliter nolle consentire quod hujusmodi divisio parrochie fieret, cum jus matricis ecclesie, alio modo illesum, ut dicebat, minime servaretur. Nos vero, consideratis omnibus que nos circa hec movere poterant et debebant, decrevimus quod fiat divisio parrochie predicte, secundum quod domino Parisiensi episcopo videbitur expedire, propter causam superius nominatam, salva justa compensatione juris parrochialis sepedicte ecclesie de Longo Jumello ipsi rectori, arbitrio boni viri seu ipsius domini episcopi statuenda. Datum anno Domini MCCLX° quinto, mense aprilis.

CCXXXIX.

11 mai. 1310. Michel Clarembout et Émeline, sa femme, demeurant à Romainville, vendent à Guillaume Bauffet, évêque de Paris, moyennant quatorze livres parisis, une maison avec jardin, située à Gentilli, dans la censive de l'évêque, chargée annuellement d'une maille de cens et d'une redevance de trois chopines de vin, payable aux vendanges.

.... Donné l'an de grâce mil trois cens et dis, le lundi après la feste saint Nicolas en may.

CCXL.

Héloys la Bérarde, sœur et héritière d'Enguerran, curé de Gentilli, vend à Guil- 7 febr. 1310.
laume Bauffet, évêque de Paris, moyennant quarante sous parisis de bonne et forte monnaie, cinq sous parisis de cens annuel, à prendre immédiatement après six deniers de fonds de terre, sur une terre labourable, située au lieu dit la Motte, territoire de Gentilli, dans la censive de l'évêque et du prieur de Saint-Denis-de-la-Chartre[1].

.... L'an de grâce mil trois cens et neuf, le samedi après la Chandeleur.

CCXLI.

Charta Johannis, Parisiensis episcopi, qua, cum Ludovicus Normannus, quondam 12 jun. 1353.
civis Parisiensis, viginti libras ad instituendam capellam, Beatæ Mariæ et SS. Jacobo et Juliano dicatam, in ecclesia Sancti Gervasii, legavisset, testamentique executores pium defuncti propositum exsequi vellent, idem episcopus, audita prius relatione socii sui commensalis Thomæ de Maalo, doctoris in decretis, cui locum, in quo dicta capella extruenda erat, commiserat visitandum, ejusdem capellæ erectionem, salvis juribus suis, confirmat.

.... Datum in domo nostra de Sancto Marcello, prope Parisius, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, duodecima die mensis junii[2].

CCXLII.

Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo tertio, indictione 11 nov. 1423.
secunda, mensis vero novembris die jovis undecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini, divina providentia pape quinti, anno septimo, reverendus in Christo pater et dominus, dominus Johannes, miseratione divina Parisiensis episcopus, collatione prius facta et deliberatione matura cum jurisperitis de et super requisitione Karoli le Mercier, clerici, subditi et justiciabilis ipsius reverendi in Christo patris, prisionarii in Castelleto Parisiensi detenti, certas protestationes et intimationem fecit, prout in quodam

[1] Vient ensuite, dans notre manuscrit, un acte constatant que, l'an 1300, le mardi avant la fête de sainte Marc, lesdits 5 sous de cens annuel avaient été vendus à Enguerran, curé de Gentilli, par Nicolas le boucher et Marie, sa femme, de Villejuif.

[2] Apographum hujus instrumenti, quod in codice nostro continetur, scriptum fuit a quodam notario publico, Johanne d'Erviy, qui asseruit se illud ad archetypum consulisse, et huic assertioni chirographum suum apposuit, die 9 mensis junii a. 1443.

folio papireo, per ipsum reverendum patrem michi notario publico subscripto, coram testibus infrascriptis, tradito, descriptas, cujus tenor sequitur in hec verba :

Le conseil est d'oppinion que monseigneur de Paris mandera en son hostel un ou deux de ses promoteurs et deux tabellions ou notaires et aucuns tesmoings, et dira à sondit promoteur ou promoteurs ce qui s'ensuit :

Vous tel et tel, le prévost de Paris détient prisonnier ou Castellet de Paris Charlot le Mercier, clerc non marié, lequel je ay requis et fait requérir à moy estre rendu comme mon subgiet et justiciable. Mais ledit prévost ou les officiers du roy nostre sire oudit Castellet ont monstré à moi ou à mes genz une cédule que véez icy (et la monstrera et fera lire présens lesdits tabellions et tesmoins); et ont respondu à moy ou à mes gens que point ne me rendront ledit Charlot, senon selon la forme de ladite cédule et aux charges dont mencion est faicte en ladite cédule. Et, pour ce, je vous signifie et fais assavoir que mon entention n'est pas de le prendre ausdites charges ne selon la forme de ladite cédule, ne à icelle ne me consens en riens, et fais protestation que chose qui soit en ladite cédule ne me tourne à préjudice ne à ma juridiction ecclésiastique; et vous défens que vous ne le prenés ausdites charges, et vous commande que vous alez oudit Castellet requérir que ledit Charlot me soit rendu pour lui faire raison et justice. Et, se l'en vous veult rendre selon la forme de ladite cédule ou autres charges, que vous respondez que à icelle vous ne vous consentez en riens ne ausdites charges, et protestez au contraire. Et de ce mondit seigneur de Paris demandera instrument ausdits tabellions, et aussi leur requerra instrument de ce qui sera fait et dit oudit Castellet, quand sesdiz promoteurs yront. Item, et ce fait, ledit promoteur ou promoteurs yra ou yront audit Castellet, et y mèneront ledit tabellion ou tabellions et des tesmoings, et requerra ledit promoteur que ledit Charlot soit rendu à mondit seigneur de Paris, et, se l'en lui baille simplement, il l'emmènera ou fera amener prisonnier; et, se l'en lui dit que l'en lui baillera ledit Charlot selon la forme de ladite cédule, et non autrement, ledit promoteur répondra qu'il prendra volentiers ledit Charlot, mais à ladite cédule ne aux charges contenuez en icelle ne à chose qu'ils dient ou

facent escripre il ne se consent en riens, et protestera au contraire; et de ce ledit notaire ou tabellion qui sera présent fera instrument. Item, se l'en lui refuse ou cas qu'il ne prendra ledit Charlot aux charges et selon la forme de laditte cédule, il ne le prendra point; et de ce fera aussi ledit tabellion instrument. Item, et en ce cas ledit monseigneur de Paris fera requeste à la court de parlement qu'il soit fait commandement au prévost de Paris ou à son lieutenant qu'il rende ledit clerc à mondit seigneur de Paris, et, en cas de refuz ou opposition, que l'en adjourne le opposant ou refusant en parlement, *etc.*

Tenor vero dicte cedule, de qua superius fit mentio, talis est :

Charlot le Merchier, maistre particulier de la monnoye d'Arras, à présent prisonnier ou Castellet de Paris, sera rendu à monseigneur l'évesque de Paris à la charge de xm livres tournois, en quoy, pour l'intérest de la chose publique, à cause du bas aloy trouvé en ladite monnoye d'Arras, il a esté condempné envers le roy nostre sire par messeigneurs du grand conseil, et à tenir prison fermée, où il appartiendra, jusques à plaine satisfaction; et aussi sera baillié à la charge dudit cas et délit par lui commis envers le roy nostre dit seigneur, et sera deffendu audit évesque sur certaines et grosses paines, montans c mars d'or, etc., que il ne procède à la délivrance, eslargissement, condempnation ou absolution d'icelluy prisonnier, sans oir le procureur du roy nostre dit seigneur, et seront présens à faire son procès maistres Nicole Fraillon, Pierre de Marigni, et Hugues Rapiout ou les deux des trois commis à ce par ledit conseil. *Sic signatum :* Gresle.

Qui quidem reverendus pater mandavit coram ipso venerabilem et discretum virum magistrum Anthonium de Boracis, presbyterum, alterum promotorem curie Parisiensis, cui premissa omnia in dicta cedula contenta dixit, notificavit et declaravit, in testium infrascriptorum presentia, protestationes et inhibitiones fecit. Acta fuerunt hec in domo episcopali Parisiensi, anno, indictione, mense, die et pontificatu predictis, presentibus venerabilibus et discretis viris dominis et magistris Henrico Merchatoris, Nicolao Grassi, Johanne Bassen, priore de Lantenan, Bisuntinensis diocesis, ordinis sancti Augustini, presbyteris; et me Jo. Ervisi, presbitero, notario subscripto, curie episcopalis Parisiensis scriba.

Eisdem anno, mense, die et pontificatu, idem magister Anthonius, promotor prefatus, ad presentiam domini prepositi Parisiensis accedens, dictum Karolum le Merchier, clericum, nomine predicto, requisivit eidem reverendo patri reddi, velud ordinario judici suo. Qui quidem dominus prepositus respondit, quod ipse clericus incarceratus erat ex parte dominorum magni consilii regis, qui ipsius clerici processum fecerant, et sibi in custodia duntaxat tradiderant; addiciens quod, si ipse dicti clerici cognitionem habuisset, ipse jampridem expedivisset, et dicto domino Parisiensi restituisset; et propterea eundem promotorem remisit ad dominum cancellarium Francie. Acta fuerunt hec in ecclesia Parisiensi, presentibus magistris Johanne Mellet, Henrico Merchatoris, Johanne Saubert et me, notario predicto.

Qui quidem promotor, ad domum et presentiam domini cancellarii Francie accedens, predictum clericum sibi reddi petiit, prout superius fecerat. Qui quidem dominus cancellarius respondit, quod bene volebat sibi reddi, secundum formam et tenorem predicte cedule. Et declarato sibi qualiter hoc prejudicare posset jurisdictioni ecclesiastice, respondit quod contentus erat quod hoc verbum *condempné*, in dicta cedula scriptum, amoveatur, et quod respiciantur regiam curie parlamenti, qualiter hactenus est in talibus fieri solitum, et quod meliori modo quo poterit, salvo jure regis et domini Parisiensis episcopi et suorum successorum, fiat. Acta fuerunt hec in dicta domo dicti domini cancellarii, anno et die predictis, presentibus, *etc.*, et me, notario predicto. *Ainsi signé*: J. Envisr.

24 nov. Deinde, anno predicto, indictione et pontificatu, die vero mercurii vicesima quarta mensis novembris, idem reverendus in Christo pater dominus Parisiensis predictus protestationes et inhibitiones dicto magistro Anthonio de Boraciis, promotori prelibato, fecit et renovavit. Acta in domo episcopali Parisiensi, presentibus dominis et magistris Johanne de Furno et Johanne de Nanto, presbiteris, et me notario prefato.

Eisdem anno, indictione, mense, die et pontificatu, idem magister Anthonius, promotor prefatus, ad petitionem domini prepositi accedens, eundem Karolum le Merchier, clericum et dicti reverendi patris subditum et justiciabilem, petivit et requisivit sibi reddi et restitui. Qui dominus prepositus respondit, quod eundem sibi libenter traderet, cum omnibus aliis declaratis in predicta cedula. Qui quidem promotor res-

pondit, quod se caveret de male capiendo, protestando quod in premissis non teneretur idem reverendus pater, nec ipse, nisi quantum jura volunt. Quibus dictis, idem dominus prepositus precepit eumdem clericum eidem promotori tradi, presentibus Johanne Bassan et Johanne de Lisieux cum pluribus aliis. Actum in Castelleto Parisiensi. ERVISY.

CCXLIII.

In nomine Domini. Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod, anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, indictione secunda, die vero prima mensis novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Martini, divina providentia pape quinti, anno sexto, in mei notarii publici subscripti ac testium infrascriptorum presentia, personaliter constituti reverendus in Christo pater ac dominus, dominus Johannes, miseratione divina Parisiensis episcopus, pontificalibus indutus pro intrando chorum ecclesie Parisiensis et ibidem celebrando missam solemnem festi Omnium Sanctorum, ex una parte, et cantor ac plures canonici Parisienses, ex altera; qui quidem cantor et canonici, per organum predicti cantoris eidem reverendo patri exposuerunt, quod luminare positum in choro predicte ecclesie non erat competens nec sufficiens, pro solemnitate diei, secundum consuetudinem in diebus solemnibus et maxime per predecessores suos assuetam; et licet super hoc locuti fuissent alias in capitulo Parisiensi prefati cantor et canonici eidem reverendo patri super sterilitate et tenuitate cere provenientis in ecclesia Parisiensi, et quod contenti non erant de numero cereorum positorum in choro predicte ecclesie Parisiensis, ex parte dicti reverendi patris, pro illa vice; ad quos cantorem et canonicos Parisienses idem reverendus pater respondit, quod, si predecessores sui majus luminare tradiderant temporibus retroactis, major etiam habundantia cere illo tunc tempore proveniebat et affluebat in predicta ecclesia Parisiensi. Verumtamen, si majora vel minora luminaria fecerunt vel tradiderunt, eis licebat vel placebat, aut de predictis luminaribus fecerunt quidquid voluerunt; sed, secundum proventus modernos officii capicerie predicte ecclesie Parisiensis, prelactus idem reverendus pater dixit eisdem cantori et canonicis, quod faciebat quod in se erat et quidquid poterat. Nichilominus sepedictus reverendus pater dixit eisdem, pro evitando

1 nov. 1423.

scandalum, et ne fieret tumultus in ecclesia, et illa die fecit augmentare seu crescere numerum dictorum cereorum, pro solemnitate dicti festi illius diei; protestando tamen quod hoc sibi non prejudicet tempore futuro nec successoribus episcopis Parisiensibus, et quod, propter hoc, prefati cantor et canonici non valeant tempore futuro allegare possessionem aut consuetudinem, sive premissa trahere ad consequentiam. De et super quibus omnibus et singulis premissis hinc inde dominus Anthonius de Boraciis, presbiter, promotor et procuratorio nomine prefati reverendi patris, petiit a me, notario publico subscripto, sibi fieri publicum instrumentum seu publica instrumenta unum vel plura. Acta fuerunt hec in revesterio predicte ecclesie Parisiensis, *etc.*

CCXLIV.

3 dec. 1423. Henricus, Angliæ rex, declarat se, instante dilecto et fideli consiliario suo episcopo Parisiensi, extrahi jussisse e publicis parlamenti Parisiensis tabulis judicium quod sequitur :

12 jan. 1372. Sententia parlamenti Parisiensis, qua decernitur Bastinum Pictum, Brabantinum, clericum uxoratum et civem Parisiensem, reum adulterati publici cujusdam instrumenti, plurimorum excessuum in parandis commeatibus domui reginæ Franciæ necessariis, ac etiam læsæ majestatis, eo quod cum hostibus Franciæ conversatus eis equos vendidisset, tradendum esse episcopo Parisiensi, ut ab ipso et a duobus delegandis a parlamento clericis judicaretur[1].

.... Datum Parisius, in parlamento nostro, duodecima die januarii, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo, et regni nostri octavo.

.... Datum extractum hujusmodi Parisius, in parlamento nostro, ut[r] die decembris, anno Domini M° CCCC° XX° III°, et regni nostri secundo.

CCXLV.

10 dec. 1308. Capitulum Parisiense denuntiat Guillelmo, Parisiensi episcopo, electionem Simonis de Guibervilla, sacræ paginæ doctoris, in decanatum Parisiensem, loco Rogerii de Arminiaco, qui decanatus officium sponte abdicaverat, episcopumque precatur, ut ecclesiam Parisiensem, dictum Simonem munere investiturus, adeat[2].

.... Datum et actum in pleno nostro capitulo, anno Domini millesimo CCC° octavo, die martis post hyemale festum beati Nicolai.

[1] Hanc sententiam editam habes in duobus operibus, quorum titulus est, *Mémoires du Clergé*, uno, auctore Gentil, t. II, pr., p. 49; altero, auctore Le Mère, t. VII, p. 923.

[2] Edit. apud Bulæum, t. IV, p. 119, et G. Dubois, t. II, p. 559.

CCXLVI.

Littera de fundatione capellanie in ecclesia parrochiali de Savigniaco. 24 febr. 1308.

Universis presentes litteras inspecturis, Gazo, miseratione divina Laudunensis episcopus, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus quod nos.... quandam capellaniam in ecclesia parrochiali de Savigniaco, Parisiensis diocesis, cujus parrochia nobis natale prebuit, ob remedium nostre et parentum nostrorum animarum et salutem, fundavimus et stabilivimus; et ipsam capellaniam novem arpentis et dimidio vinearum vel circiter, que vulgariter nuncupantur les plantes de Vaus, quas habebamus.... ex successione parentum, sitas supra pontem de Rubel, contiguas, ex uno latere, limiti per quem itur ad dictum pontem,... ac etiam accapitantes, ex uno capite, limiti per quem itur de Crucibus de Varon apud Lonjumellum, quittas, liberas et admortizatas a nobis et tribus aliis dominis vinearum ipsarum.... dotavimus et dotamus;.... easdem vineas.... capellano, qui pro tempore fuerit, capellanie deservienti predicte assignantes.... Qui quidem capellanus tenebitur missam ter in ebdomada celebrare, videlicet diebus lune et mercurii, pro defunctis, et die jovis, de Sancto Spiritu, pro nobis, quamdiu vitam duxerimus in humanis. Postquam vero fucrimus viam universe carnis ingressi, idem capellanus missam ter in ebdomada tenebitur celebrare, scilicet diebus lune, mercurii et veneris, ob remedium nostre et parentum nostrorum animarum, pro defunctis largitorem venie devocius exorando.... Retento nobis, quamdiu vixerimus, in dicta capellania jure ipsius patronatus, et ad ipsam episcopo Parisiensi moderno, de cujus consensu predicta omnia ordinavimus, et illi qui pro tempore fuerit vel alii ad hoc potestatem habenti, personam ydoneam presentandi; et, post nostrum hujus vite decessum, volumus quod idem Parisiensis episcopus, qui pro tempore fuerit, predictam capellaniam, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, conferre persone ydonee, absque aliqua presentatione, valeat in futurum, et in ipsum jus patronatus ipsius capellanie totaliter transferatur.... Actum apud Anisiacum domum nostram, die sabbati post festum cathedre sancti Petri, anno Domini m° ccc° septimo.

CCXLVII.

28 jan. 1301. Littera de fundatione cujusdam capellanie, fundate in parrochiali ecclesia Sancte Crucis de Sancto Dyonisio.

Universis presentes litteras inspecturis, Symon, miseratione divina Parisiensis ecclesie licet minister indignus, salutem in Filio Virginis gloriose. Pateat universis quod, in nostra presencia constitutus, dominus Andreas dictus Potheron, legum professor, canonicus Attrabatensis, executor testamenti seu ultime voluntatis defuncti Janequini dicti Potheron, quondam fratris sui, ut dicebat, asseruit se, de voluntate et ordinatione dicti defuncti, apud Sanctum Dyonisium in Francia, in ecclesia parrochiali Sancte Crucis, unam perpetuam capellaniam, appropriatam, omni tempore, proprio capellano, uni post alium, possidendam et habendam tanquam a proprio capellano, pro animabus ipsius testatoris et parentum suorum, fundasse et edificasse, modo et forma qui sequuntur, videlicet : Quod dictus capellanus, qui pro tempore fuerit institutus, habebit decem et novem libras Parisienses annui perpetui redditus admortizatas, nec in aliquo suberit rectori seu curato ecclesie parrochialis predicte, nec se poterit eidem subicere, nec per nos vel successores nostros poterit uniri dicta capellania cum rectore ecclesie supradicte; nec in scolis vel alibi, ex gratia vel dispensatione nostra vel successorum nostrorum, residere vel etiam commorari dictus capellanus poterit, sed tenebitur facere residentiam personalem in capellania memorata; nec dictus capellanus, qui pro tempore in eadem fuerit institutus, poterit dictam capellaniam ad firmam tradere seu concedere, nec dictam ecclesiam parrochialem ad firmam vel annuam pensionem accipere, nec se, tanquam capellanum, eidem rectori vel alteri cuicumque conducere; immo in dicta capellania dictus capellanus, qui pro tempore fuerit institutus, tenebitur, ut dictum est, personaliter residere et divinum officium ibidem, missam scilicet pro defunctis, pro animabus ipsius testatoris et parentum suorum, singulis diebus celebrare, exceptis illis diebus solemnibus, paucis tamen, in quibus in ecclesia Dei missa pro defunctis non celebratur; quibus tamen tenebitur de dictis festivitatibus celebrare, si potest. Item, jurabit dictus capellanus, qui pro tempore fuerit, in sua institutione, omnia predicta et

sequentia fideliter observare et contra non venire, et quod contra premissa vel aliquod premissorum non utetur dispensatione contraria, vel gratia, vel contrario privilegio, obtento vel etiam obtinendo, vel jure contrario; item, quod curatus dicte ecclesie parrochialis Sancte Crucis habebit, annis singulis imperpetuum, viginti solidos Parisienses annui redditus admortizatos, pro quibus tenebitur curatus, qui pro tempore fuerit, facere unum speciale anniversarium uno tempore pro dicto defuncto, per octo dies ante natale Domini, et unum aliud speciale anniversarium pro anima patris defuncti dicti testatoris, post natale Domini, ante festum beati Vincentii, per quinque dies, et aliud anniversarium speciale pro anima matris ejusdem testatoris, per quindecim dies, post festum Pentliecoustes, annis singulis et imperpetuum. Et tenebitur dictus capellanus, qui pro tempore fuerit, juvare dictum curatum in servicio divino, videlicet dumtaxat in duobus festis sancte Crucis, et in festis nativitatis Domini, Pasche, Penthecoustes et Omnium Sanctorum, et in quatuor festis solemnibus Virginis gloriose; mediante quo servicio, tenebitur dictus curatus, in quolibet festo supradicto, ministrare dicto capellano cibaria sufficienter, vel pro quolibet festo dare ipsi capellano sex denarios Parisienses, prout elegerit curatus, qui pro tempore fuerit. Et nos omnia et singula predicta ex certa scientia volumus, laudamus, approbamus, et, de consilio et assensu venerabilium virorum magistrorum Johannis de Magno Ponte, decani, Girardi, archidiaconi, et Symonis, cancellarii ecclesie Parisiensis, coadjutorum nostrorum, auctoritate episcopali merito confirmamus. In quorum testimonium, sigillum nostrum, una cum sigillo dictorum coadjutorum nostrorum, presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini MCCC° tertio, die mercurii ante festum purificationis beate Marie virginis.

CCXLVIII.

Littera quod fratres domus Dei Parisiensis debent facere quolibet anno anniversarium defuncti Reginaldi, quondam episcopi Parisiensis, et c solidos, percipiendos super venditione culcitrarum dicte domus, distribuere per manum prioriste dicte domus, in pitancia pauperum LX solidos, et fratrum et sororum XL solidos. Aug. 1262.

Universis presentes litteras inspecturis, G.[1] decanus totumque capitu-

[1] Guillelmus I, de Valle Grignosa.

lum ecclesie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, fratres domus Dei Parisiensis recognoverunt se habuisse et recepisse in pecunia numerata, nomine dicte domus, a reverendo patre in Christo R.[1], Dei gratia nostro Parisiensi episcopo, centum libras Parisienses, quas idem pater ipsi domui, ad opus pauperum et egrotantium, pure contulerat, propter Deum. Ipsi vero fratres, donationem hujusmodi tam necessariam et tam utilem evidenter benigno intuitu attendentes, dicto patri, qui alias ipsi domui de bonis suis affluenter ad sustentationem egrotancium elargitur, misericorditer concesserunt, ut ex nunc in antea in domo Dei predicta, annis singulis, perpetuo, missa de Sancto Spiritu in memoriam dicti patris, quamdiu vixerit, die jovis proxima ante adventum Domini, et, post ipsius obitum, missa et totum officium de defunctis, ob remedium et salutem anime ipsius patris, ad altare majus eorum, ab ipsis fratribus et aliis clericis et capellanis, qui ibidem pro tempore fuerint, solemniter celebretur; assignantes nichilominus, de voluntate nostra, consilio et assensu unanimi, petito super hoc et obtento, in recompensationem beneficii predicti, sibi et sue domui pure collati, centum solidos Parisienses annui redditus, percipiendos et habendos annuatim pacifice et quiete super culcitris seu venditione culcitrarum dicte domus, ac distribuendos imperpetuum per manum prioriisse dicti officii tali modo, scilicet, sexaginta solidos Parisienses in pictancia pauperum et egrotantium dicte domus, pront saluti anime dicti patris magis viderit expedire, et quadraginta solidos residuos Parisienses ad opus et pictanciam fratrum et sororum; ad cujus pecunie solutionem, annis singulis in integrum faciendam modo prehabito, die officii prenotati, magister et bursarius dicte domus, qui pro tempore fuerint, sub juramenti prestiti debito tenebuntur. Nos autem.... laudamus, approbamus, et, ut observentur inviolabiliter, confirmamus. In cujus rei testimonium et munimen, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini MCC° sexagesimo secundo, mense augusto.

[1] I. e. Reginaldus III, de Corbolio.

CCXLIX.

Secuntur capitula, abbates, priores ac curati civitatis et diocesis Parisiensis, qui tenentur ad visitationem, nec non ad procurationem dumtaxat, ac etiam ad pabulum pastorale, reverendo in Christo patri ac domino episcopo Parisiensi, traditi per venerabilem et discretum virum magistrum Johannem de la Crolière, subcollectorem generalem dictarum civitatis et diocesis Parisiensis, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, mense junii. Jun. 1384.

ET PRIMO IN CIVITATE ET BENLUCA PARISIENSI.

Solvit Capitulum Sancti Germani Antissiodorensis Parisiensis XII l.
S. Capitulum Sancti Marcelli prope Parisius XII l.
S. Abbas Sancti Germani de Pratis XII l.
S. Abbas Sancti Victoris Parisiensis XII l.
S. Abbas Sancti Maglorii Parisiensis XII l.
S. Prior Sancti Eligii Parisiensis XII l.
S. Abbatissa de Monte Martyrum XII l.
S. Prior Sancti Martini de Campis Parisiensis XII l.
Prior Beate Marie de Campis, per compositionem, VI l.
S. Capitulum de Campellis in Bria XII l.
Capitulum capelle Domini Galteri X l. X s.

Summa, VI^C^IIII l. X s.

Summa solutorum, CVIII l.
Summa recuperandorum, XVI l. X s.

IN DECANATU DE MONTE MORANCIACO.

S. Capitulum de Monte Moranciaco XII l.
S. Capitulum de Lusarchiis XII l.
Abbas Herivallis XII l. Debet VI l.; solvit VI l. Turonenses scilicet.
S. Prior de Confluencio X l. X s.
Prior de Duolio X l. X s. Debet X s.; solvit X libras Turonenses sc.
Prior de Villari Bello X l. X s. Dominus sibi remisit medietatem sue partis, et terminum beati Remigii concessit.
S. Prior de Taverniaco, pro procuratione conventuali, LII s. VI d.
Prior de Bosco Sancti Petri X l. X s.

S. Prior de Roissiaco, pro procuratione episcopali conventione, LII s. VI d.

S. Prior de Turno X l. X s.

S. Curatus de Argentolio, pro conventione, XXX s. Paris.

Curatus de Cormelliis X l. X s. Dominus sibi remisit partem suam sic pro parte pape, V francos IIII solid. Parisienses sc.

S. Curatus de Sarcellis X l. X s.

Curatus de Estonio X l. X s. Dominus sibi remisit II francos cum dimidio. Solvit VIII francos scilicet.

S. Prior de Argentolio VI l.

Abbas Sancti Dyonisii XII l.

Abbas Vallis Beate Marie ordinis Cisterciensis XII l.

S. Prior de Monciaco Novo X l. X s.

Prior de Domonte X l. X s. Collector respondet.

Summa VIII^xXVIII l. II s. VI den. Turon.

Summa solutorum, CVIII l. VII s. VI d.
Summa solvendorum, LXIX l. XV s.

IN DECANATU DE KALA.

S. Abbatissa de Kala XII l.

S. Abbas de Fossatis XII l.

Abbas de Livriaco X l. X s. Debet VI francos cum dimidio; solvit IIII francos.

S. Prior de Gaigniaco, per conventionem, XXV s. Paris.

Prior de Pompona X l. X s. Solvit V francos cum IIII sol. Paris.

Prior de Monte Gayo X l. X s.

Curatus de Trambleyo X l. X s.

Prior de Alneto X l. X s. Debet IIII francos cum dimidio; solvit VI francos se.

Summa LXXVIII l. XV d. Turon.

Summa solutorum, XL l. XVI s. III d.
Summa solvendorum, XXXVII l. V s.

IN DECANATU LATIGNIACENSI.

Abbas Latigniacensis XII l.
Abbatissa de Fercalo XII l.
Prior de Gomayo XII l.

Summa XXXVI l.

Soluta nulla.
Solvenda XXXVI l.

IN DECANATU DE VETERI CORBOLIO.

Abbas de Yvernali XII l.
S. Abbas Ermeriarum XII l.
S. Abbatissa de Gerriaco XII l.
S. Abbatissa de Edera XII l.
Prior de Turnomio X l. X s. Debet IIII fr. cum dimidio; solvit VI francos scilicet.
Prior de Vernellis X l. X s. Debet VIII fr. cum dimidio; solvit duos francos sc.
Prior Sancti Audoeni, per conventionem, XXV s. Paris.
Prior de Montibus X l. X s.
S. Curatus de Veteri Corbolio X l. X s.
Prior de Marroliis X l. X s. Debet V francos. Dominus sibi remisit X s. Solvit V francos.
S. Curati de Braia Comitis Roberti X l. X s.

Summa, CXII l. XI s. III den. Turon.

Summa solutorum, LXXI l.
Summa solvendorum, XLI l. XI s. III d. Turon.

IN DECANATU DE CASTRO FORTI.

Abbas de Rolza XII l.
Abbatissa de Giffo XII l.
Abbatissa de Valle Profunda XII l.
Prior Sancti Pauli de Alneto X l. X s.
S. Prior de Palaciolo X l. X s.

Prior de Briis x l. x s. Par.

Prior de Salicibus x l. x s. Debet II fr. Dominus sibi remisit duos fr. cum quarto. Solvit VI fr. cum quarto.

Prior de Bruneriis x l. x s. Debet VI fr. cum dimidio; solvit IIII fr.

S. Prior de Caprosia x l. x s.

Prior de Gomesti castro x l. x s. Debet IIII fr. cum dimidio; solvit VI francos.

Prior de Yveta x l. x s.

S. Prior de Versaliis x l. x s.

Prior de Castro Forti x l. x s. Dominus sibi remisit unum francum. Solvit IX francos cum dimidio.

Prior Sancti Remigii, alias de Bello Loco, x l. x s.

Prior de Melliaco castro x l. x s. Debet V fr. cum dimidio; solvit V fr.

Prior de Alpeco x l. x s.

Prior de Limono x l. x s.

Prior de Jardinis, per conventionem, XXX s.

S. Curatus de Lupicenis x l. x s.

S. Capitulum Sancti Clodoaldi XII l.

Abbas Vallis Sernari, ordinis Cisterciensis, XII l.

Prior de Ourceyo x l. x s. Debet VI fr. cum dimidio; solvit IIII fr.

Prior de Forgiis x l. x s.

Prior de Villa Petrosa, per compositionem, VI l.

Summa, IIc XXXVIII l. VII s. VI d. Turon.

Summa solutorum, IIIIxx I l. V s.

Summa solvendorum, VIIxx VII l. II s. VI d.

IN DECANATU DE MONTE LETERICO,

S. Prior de Castris x l. x s.

Prior de Athiis x l. x s.

Prior de Sancto Verano x l. x s.

Prior Sancti Johannis de Corbolio x l. x s. Debet IIII fr. cum dimidio; solvit VI francos scilicet.

Prior Sancti Guiraclis x l. x s. Dominus sibi remisit duos francos cum dimidio. Solvit VIII fr. scilicet.

Prior de Essona x l. x s.

Prior de Tironnello, per conventionem, XXXV s.

S. Curatus Sancti Germani de Vitriaco x l. x s.

Capitulum Sancti Mederici de Linayo x l. x s.

Curatus de Faveriis x l. x s.

Curatus de Estorciaco x l. x s. Dominus sibi remisit II francos cum quarto. Solvit VIII fr. cum quarto.

S. Curatus de Essona x l. x s.

Prior de Longuo Ponte XII l. Debet XXX s. Turon.; solvit x l. x s.

Summa, VI^{xx}IX l. XV d. Turon.

Summa solutorum, LXVI l. x s.

Summa solvendorum, LIV l. VI s. III d.

Summa omnium receptorum, IIII^{c} LXXV l. XVIII s. IX d.

Summa totalis, VIII^{c} IIII^{xx}XVI l. XIII s. IX d. Turon.

De qua summa deducuntur ea que secuntur, propter impotentiam personarum infrascriptarum, que sunt omnino impotentes ad solvendum.

Primo, pro priore de Villari Bello, x l. x s.

Pro priore de Bosco Sancti Petri, x l. x s.

Pro abbate Sancti Dyonisii exempto, qui nunquam visitatur, XII l.

Pro abbate Vallis Beate Marie, ordinis Cisterciensis, qui non tenetur ad procurationem, XII l.

Pro abbate de Livriaco, qui est omnino impotens solvendi, x l. x s. Solvit III francos.

Pro curato de Trambleyo, impotente solvendi, x l. x s.

Pro abbatissa de Fretello, impotente, XII l.

Pro abbate Yvernali, impotente, XII l.

Pro priore de Bernellis, impotente, x l. x s. Solvit II fr.

Pro priore Sancti Audoeni, impotente, XXV s. Paris.

Pro priore de Montibus, impotente, x l. x s.

Pro abbate de Roca, impotente, XII l.

Pro abbatissa de Giffo, impotente, XII l.

Pro priore Sancti Pauli de Alnetis, impotente, X l. X s.

Pro abbatissa de Valle Profunda, impotente, XII l.

Pro priore de Yveta, impotente, X l. X s.

Pro priore Sancti Remigii de Bello Loco, impotente, X l. X s.

Pro priore Sancti Medardi de Limons, impotente, X l. X s.

Pro priore de Forgiis, impotente, X l. X s.

Pro abbate Vallis Cernari, Cisterciensis ordinis, qui ad nullam procurationem tenetur, XII l.

Pro priore de Athiis, impotente, X l. X s.

Pro priore de Sancto Verano, impotente, X l. X s.

Pro priore de Essona, exempto, nec tenetur ad procurationem, prout dixit, X l. X s.

Pro priore de Tyronnello, impotente, XXV s. Paris.

Somme IIc XLVI l. II s. VI d. Turon.

Et summa totalis erat VIIIc IIIIxx VI l. XIII s. IX d. Turon.

Reste VIc L l. XI s. III d.

Item, secuntur illi qui solverunt ultra contentum in rotulo tradito per dominum collectorem.

Primo curatus de Mesnillo Alberici, X l. X s.

Curatus Sancti Petri de Gonnessia, X l. X s.

Curatus de Lupperiis, X l. X s.

Curatus Sancti Marcelli de Sancto Dyonisio, X l. X s.

Curatus Sancti Audoeni juxta Pontisaram, VI l.

Curatus de Argentolio, XXXVII s. VI d. Turon.

Prior dicti loci, X s. VIII d. Turon.

Prior de Roissiaco, XLVII s. VI d. Turon.

Prior de Gaigniaco, XXXI s. III d. Turon.

Summa LIIII l. VI s. XI den. Turon.

Summa omnium solutorum de contentis in rotulo domini collectoris, IIIIc IIIIxXIII l. III s. VI d. Turon.

Et de extra dictum rotulum, LIIII l. VI s. XI d.

Sic est summa totius recepte, Vc XXX l. V s. VIII d.

Summa omnium solvendorum, IIIIc II l. X s.

De quibus deducuntur per dominum collectorem, propter personarum impotentiam, quarum nomina et summe supra declarantur, IIc XLVI l. II s. VI d. Turon.

Et dominus quitavit de portione, ipsum coptingente, aliquibus, XVIII l. XVII s. VI d.

Item, abbati Latigniacensi, XII l.

Summa, IIc LXXVII l.

Sic est summa recuperanda, VIIxxIII l. XV s.

CCL.

De materia captionis clericorum per juridictionem ecclesiasticam episcopi Parisiensis, vide registrum litigatorum parlamenti, super diebus XIX et XXII februarii MCCCIIIxxXI, et XI et XII marcii MCCCIIIxxXIII.

De eadem materia, respectu episcopi Autissiodorensis, super XIX die junii MCCCIIIxxXIII.

Inquesta fuit facta, pro parte episcopi Parisiensis, super materia captionis predicte per magistrum Robertum Brocée, dominum Parlamenti, et Vincentium Chaon, examinatorem Castelleti.

Anno MCCCXIII veneris[1] ante cathedram sancti Petri, magister Guillelmus Bocelli, unus de repportatoribus inquestarum, palam Parisius fuit captus et punitus per officialem Parisiensem, quia corruptus pecunia, revelaverat secreta inquestarum et processuum dicti Parlamenti.

De materia exemptionis pretense per capitulum ecclesie Parisiensis habetur in registro litigatorum parlamenti, diebus XXIX decembris, XXIIII januarii, VI et VII februarii MCCCCXXIX, XXII et XXIII maii CCCCXXX.

CCLI.

Johannes, abbas Sancti Germani Pratensis, promittit, sub pœna ducentarum marcarum, se sententiam acceptaturum episcopi Meldensis, fratris Guerini de domo regis, et Michaelis, decani Sancti Marcelli, in controversia quæ vertebatur inter ipsum et episcopum Parisiensem[2]. Jul. 1311.

.... Actum anno ab incarnatione Domini MCCXI, mense julio.

CCLII.

Diploma Philippi IV, Francorum regis, quo confirmantur tres litteræ, eodem mense et anno datæ, quarum argumentum sequitur. Dec. 1294.

[1] Fortasse legendum MCCCIIIxxXIII, die veneris, etc., id est 20 febr. 1394.

[2] Vide supra, t. I, p. 101, cap. CI.

1° Matthæus, dominus Montis Morenciaci, cambellanus Franciæ, assentiente uxore sua Johanna, declarat se permutasse terram suam Sancti Marcelli apud S. Dionysium, cum præpositura Duolii, vineis omnibusque aliis præposituræ appendiciis, stagno novo subtus Montem Morenciacum, molendinis et pratis; quæ omnia abbas S. Dionysii possidebat, et prædictus Matthæus nunc ab episcopo Parisiensi tenere profitetur, sicut dictam terram Sancti Marcelli tenuerat.

2° Idem Matthæus, assentiente uxore sua Johanna, profitetur se tenere in feodum et homagium, atque cum oblatione manuum et oris recipere a Parisiensi episcopo præposituram Duolii et omnia alia, sibi a monachis Sancti Dionysii tradita, vice dicti feodi Sancti Marcelli.

3° Idem Matthæus, cum, occasione permutationis supradictæ, magnam summam pecuniæ a monasterio S. Dionysii accepisset, episcopo Parisiensi, projure quinti denarii quod ad eumdem episcopum pertinebat, quadraginta libras Turonenses assignat, percipiendas annuatim in manu mortua, e præpositura, castro, censibus et redditibus præposituræ Montis Morenciaci[1].

.... Actum Parisius apud Luparam, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, mense decembri.

CCLIII.

Dec. 1294. Reginaldus, abbas Sancti Dionysii, sequentem chartam Simonis, episcopi Parisiensis, de verbo ad verbum refert, approbat, et conditiones in ipsa contentas se servaturum promittit.

Charta Simonis, Parisiensis episcopi, ejusdem mensis et anni, qua, relata et confirmata superiore permutatione, terram Sancti Marcelli, sub certis tamen conditionibus, eidem abbatiæ, in manu mortua possidendam, confirmat.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, mense decembri supradictis.

CCLIV.

5 mart. 1267. Johannes Asconis, de Medunta, et ejus uxor Ysabellis, filia Johannis dicti Barbeite, civis Parisiensis, profitentur se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro centum et viginti libris Parisiensibus, octo libras et dimidium, percipiendas annuatim in transverso Sequanæ apud Confluentium, et in feodum ab episcopo Parisiensi possessas.

.... Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, die sabbati ante Brandones.

[1] Edit. in opere cui titulus, *Généal. de la maison de Montmorency*, pr., p. 129.

CCLV.

Adam dictus Popin, junior, civis Parisiensis, et Petronilla, ejus uxor, profitentur se vendidisse Stephano, Parisiensi episcopo, pretio centum librarum Parisiensium, decem libras annui et perpetui redditus, percipiendas ex transitu Sequanæ apud Confluentium, in feodo dicti episcopi[1]. 10 jul. 1277.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, die sabbati post festum beati Martini estivale.

CCLVI.

Matthæus Bonifacii, matricularius ecclesiæ Beatæ Mariæ Parisiensis, et Maria, ejus uxor, vendunt Guillelmo, Parisiensi episcopo, pro quingentis libris Parisiensibus, viginti quinque libras annui redditus, quas, constante matrimonio, acquisierant in feodo dicti episcopi, ad transitum Sequanæ apud Confluentium. Jul. 1246.

.... Datum et actum anno Domini millesimo CCXL[o] sexto, mense julio.

CCLVII.

Littera de quadam domo, sita juxta caput ecclesie Sancti Severini, tradita domui Dei Parisiensi, *etc.* Dec. 1243.

Universis presentes litteras inspecturis, G.[2], permissione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, salutem in Domino. Attendentes onus fabrice ecclesie nostre Parisiensis, quo viginti quinque libras Parisienses annui redditus domui Dei Parisiensi, annis singulis, reddere tenebatur, domum quandam, sitam juxta caput ecclesie Sancti Severini Parisiensis, cum ejus pertinentiis, prout nobis vendita fuerat, in alleviationem predicti oneris, pro viginti libris, predicte domui duximus assignandam. Quam assignationem dicte domus magister et fratres, nec non et rectores canonici Parisienses, qui eidem ex parte capituli Parisiensis preerant, de assensu et beneplacito Parisiensis capituli, acceptantes, ab onere et debito viginti librarum Parisiensium absolvunt, nichil de cetero, nomine antedictarum viginti librarum annui

[1] Sequitur confirmatio hujus venditionis, facta ab Adam dicto Popio, filio defuncti Odonis Popin, fratre, ut videtur, venditoris, 15 jul. 1277.

[2] Guillelmus III, dictus Arvernaus.

redditus ab eadem fabrica petituri. Quia vero de feodo nostro predicta domus movere dinoscitur, concedimus dicte domui Dei Parisiensi, ut eam possit de cetero in manu mortua possidere; retinentes in ea nobis et successoribus nostris dominium, justiciam omnimodam et duos solidos censuales annuatim imposterum, in festo beati Remigii persolvendos, insuper et vendiciones, si eam de cetero vendi contingeret vel alio modo quolibet alienari et extra manum ejusdem domus Dei quocumque modo poni. Sciendum est etiam quod de pretio sepedicte domus est nobis per custodes antedicte fabrice plenarie satisfactum. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini millesimo cc^mo^ quadragesimo tertio, mense decembri.

CCLVIII.

14 jul. 1246. Charta Guillelmi, Parisiensis episcopi, qua, cum magister et fratres domus Dei Parisiensis assignationem ipsis factam, pro viginti libris annui redditus, domus cujusdam, site ad caput Sancti Severini, sibi dicerent onerosam, vice ejusdem domus eis concedit dictus episcopus viginti libras, percipiendas annuatim ex transitu Sequane apud Confluentium, quas ipse a Matthæo Bonifacii, matriculario, emerat[1].

.... Datum anno Domini millesimo cc^o^ quadragesimo sexto, die sabbati post translacionem beati Benedicti.

CCLIX.

Jul. 1246. Guillelmus, Parisiensis episcopus, vendit in manu mortua abbati et conventui de Eschalleis, ordinis Cisterciensis, pro quingentis libris Parisiensibus, censu annuo centum solidorum pro amortisatione et alio duodecim denariorum censu sibi retentis, domum cujus in charta superiore mentio fit, ab episcopo Norwicensi, olim sibi venditam, et ad annuum redditum viginti librarum æstimatam; eo pacto, ut, si postea abbas et conventus prædicti eamdem domum alienare vellent, nulli eam venderent, quin prius episcopo Parisiensi, eodem pretio, oblulissent.

.... Actum et datum anno Domini MCCXLVI, mense julio.

[1] Sequitur instrumentum, quo Lucas decanus et capitulum Parisiense permutationem, in charta superiore expressam, confirmant, eodem anno et mense.

CCLX.

Charta Philippi decani et capituli Parisiensis, ex qua constat Adam, clericum de Gargiis, dedisse domui Dei Parisiensi viginti tres libras annui redditus, percipiendas ex transitu Sequanæ apud Confluentes, et Bartholomæum, episcopum Parisiensem, ex eodem redditu sibi centum solidos annuatim retinuisse, facultatem indulgens prædictæ domui Dei residuum, id est decem et octo libras, in manu mortua possidendi. Oct. 1227.

.... Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense octobri.

CCLXI.

Abbatissa de Gomeri Fonte, indulta sibi ab episcopo Parisiensi amortisatione quinquaginta solidorum annui redditus, quos abbatiæ legaverat Hugo de Marolio, percipiendos ex transitu Sequanæ apud Confluentes, quintam ejusdem redditus partem dicto episcopo concedit. 1233.

.... Anno Domini millesimo CCXXXIII.

CCLXII.

Amicia, abbatissa Sancti Anthonii Parisiensis, profitetur concessum sibi fuisse a Guillelmo, Parisiensi episcopo, 1° ut decem libras Parisienses, legatas abbatiæ Sancti Anthonii ab Hugone de Marolio, milite, defuncto, et percipiendas annuatim apud Confluentes, in manu mortua possideret, 2° ut emere et perpetuo possidere posset, in terra episcopi, quadraginta solidos annui redditus; ideoque promittit se annuatim esse soluturam dicto episcopo quadraginta solidos Parisienses. Dec. 1230.

.... Actum anno Domini MCC tricesimo, mense decembri.

CCLXIII.

Gaufridus, abbas Vallis Sanctæ Mariæ, promittit se soluturum Guillelmo, Parisiensi episcopo, quinquaginta solidos Parisienses redditus annui, pro amortisatione quindecim librarum, quas abbatiæ Vallis Sanctæ Mariæ legaverant Johannes, comes Belli Montis, Hugo de Grolayo, miles, et Matthæus, dominus Montis Morenciaci. Apr. 1236-37.

.... Datum anno Domini millesimo CCXXX° sexto, mense aprili.

CCLXIV.

Mart. 1258-59. Johannes Boucelli, civis Parisiensis, et Maria, ejus uxor, profitentur se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pretio centum triginta librarum Parisiensium, octo libras Parisienses annui redditus, percipiendas ex transitu Sequanæ apud Confluentes.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense martio.

CCLXV.

Mai. 1225. Theobaldus de Buxeria et Hugo de Marolio, milites, declarant se vendidisse, ex redditibus transitus Sequanæ apud Confluentes, Bartholomæo, Parisiensi episcopo, scilicet Theobaldus decem libratas annui redditus, pro centum libris, et Hugo centum solidatas annui redditus, pretio quinquaginta librarum.

.... Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo quinto, mense maio; presentibus venerabilibus viris E. decano, N. cantore, Gaufrido et Johanne, archidiaconis Parisiensibus.

CCLXVI.

Mart. 1247. Littera de duobus solidis Parisiensibus capitalis census super quibusdam terris arabilibus, sitis apud Confluentium, juxta pontem Charantonii, *etc.*; que premissa dictus Gazo de Malo Dumo, miles, vendidit episcopo Parisiensi.

Universis, *etc.* Dominus Gazo de Malo Dumo, miles, asseruit quod ipse habebat et percipiebat duos solidos Parisienses capitalis census super quibusdam terris arabilibus, sitis apud Confluentium juxta pontem Charentonii, nec non decimam et campipartem in eisdem terris. Item, asseruit quod ipse habebat sextam decimam partem in quatuor arpentis quarreriarum, sitarum apud Confluencium predictum. Confessus etiam fuit idem miles et asseruit, quod predicta omnia sunt et movent de feodo episcopi Parisiensis. Quos duos solidos capitalis census, decimam, campipartem, sextam decimam partem dictarum quarreriarum, cum omni jure, *etc.*, idem Gazo, coram nobis constitutus, vendidit, quittavit, cessit et remisit imperpetuum reverendo patri G.[1], Dei gratia Parisiensi episcopo, et ejus successoribus imposterum, pro sexaginta

[1] I. e. Guillelmus III.

solidis Parisiensibus, jam sibi solutis, traditis et numeratis, prout confessus est coram nobis.... De predicta vero garantizanda et liberanda vendicione, ut dictum est, et de omnibus aliis supradictis complendis et observandis, idem Gazo quinque solidos Parisienses capitalis census, quos dicit se habere apud Charotonnellum, moventes de feodo domini Almarici de Meullento, militis, ut dicebat, eidem domino episcopo et ejus successoribus, coram nobis, ypothece titulo, specialiter obligavit, et obligatos reliquit. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense martio.

CCLXVII.

Charta Hugonis, Parisiensis episcopi, qua, ad petitionem Johannis, Nicolai, Jacobi et Johannæ de Paciaco, liberorum et hæredum defuncti Nicolai de Paciaco, civis Parisiensis, nec non ad petitionem Johannis Genciani, præpositi mercatorum Parisiensium, et Johannis dicti Magni, civis Parisiensis, executorum, una cum prædicto Johanne de Paciaco, testamenti dicti defuncti Nicolai de Paciaco, quamdam capellaniam, nuper in ecclesia Sancti Johannis in Gravia, ad altare Beati Ludovici, institutam, et eodem testamento viginti libris annui redditus dotatam, percipiendis « super Parloerio civium Parisiensium », confirmat, jure præsentandi capellanum sibi successoribusque suis retento, non tamen exercendo, antequam prædicti quatuor Nicholai de Paciaco liberi e vivis excesserint. 10 sept. 1255.

.... Datum et actum in domo quam inhabitamus ad presens, sita in claustro Parisiensi, anno Domini ccc° xxvii°, indictione undecima, mensis septembris die decima, pontificatus sanctissimi patris ac domini nostri, domini Johannis, divina providentia pape vicesimi secundi, anno tertio decimo; presentibus venerabilibus et discretis viris dominis et magistris Henrico de Tornodoro, canonico Parisiensi, Johanne Godeti, Richardo dicto Cuer de Fer, presbiteris, sociis et capellanis dicti domini episcopi; Girardo de Bormont, jurisperito, et Johanne de Vitello, clerico, et pluribus aliis testibus, ad premissa vocatis specialiter et rogatis[1].

[1] Leguntur in fine instrumenti subscriptiones duorum notariorum, Guillelmi scilicet de Morsento et Bertrandi Salomonis, de Lamballa, diœcesis Briocensis.

CCLXVIII.

11 mart. 1310. Jean Bougis, de Lourcines, et Jeanne, sa femme, vendent à Guillaume Baufet, évêque de Paris, moyennant sept livres parisis, qu'ils déclarent avoir reçues, douze sous parisis de rente perpétuelle, à prendre sur une maison avec jardin, située à Gentilly, dans la censive et seigneurie dudit évêque.

.... L'an de grâce mil trois cenz et neuf, le mescredi après les Brandons.

CCLXIX.

15 nov. 1282. Capitulum et communitas ecclesiæ Sancti Cosmæ de Lusarchiis profitentur se debere Ranulpho, Parisiensi episcopo, ejusque successoribus, triginta solidos annui census seu redditus, pro amortisatione quadraginta quinque solidorum Parisiensium et decem sextariorum frumenti, quos dicta communitas percipiebat, annis singulis, in diversis locis, e feodis seu retrofeodis dicti Parisiensis episcopi, olim ab Ermengarde, domina Lusarchiarum, in censu Johannis, armigeri, domini castri superioris Lusarchiarum, donatas.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, die dominica post festum beati Martini hyemalis.

CCLXX.

12 dec. 1291. Simon dictus Aveline, Heloisis, ejus uxor, Henricus, eorum filius, et Gila, ejusdem Henrici uxor, declarant se vendidisse Roberto de Atrebato et Margaritæ, ejus uxori, pretio duodecim librarum Parisiensium, tria arpenta terræ arabilis, sita apud Gentilliacum, in territorio Magni Campi, in censiva et dominio Parisiensis episcopi.

.... Datum anno Domini millesimo cc° nonagesimo primo, die mercurii post festum beati Nicolay hyemalis.

CCLXXI.

14 aug. 1282. Magister Garnerus, curatus ecclesiæ Sancti Marcelli apud Sanctum Dionysium, profitetur sibi concessas fuisse in manum mortuam sex libras vel circiter annui census, percipiendas e quibusdam domibus, sitis in feodo et retrofeodo Parisiensis episcopi; seque ideo promittit soluturum domino Ranulpho, episcopo, ejusque successoribus annuum censum quadraginta solidorum.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo secundo, die veneris ante festum beati Laurencii.

CCLXXII.

Littera de XVI solidis debitis annuatim episcopo Parisiensi a curato de Fossis, duabus synodis. Mai. 1260.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Herveus, Beate Marie Herivallis abbas humilis, Parisiensis diocesis, ordinis sancti Augustini, totusque ejusdem loci conventus, eternam in Domino salutem. Noverint universi quod, cum reverendus pater Reginaldus, Dei gratia Parisiensis episcopus, ecclesie nostre paupertati compacientes, ac animarum saluti, prout ad ipsum pertinet, providere volens, interveniente et accedente consensu Gileberti, presbyteri de Fossis, specialiter in hac parte, post decessum vel descessum ipsius presbiteri, nobis et monasterio nostro ecclesiam de Fossis, ad collationem ipsius pleno jure spectantem, in puram elemosinam concesserit perpetuo possidendam, cum universis et singulis pertinentiis ipsius, prout eam dictus Gilebertus et predecessores sui in dicta ecclesia hactenus tenuerunt; nos ecclesie de Fossis promittimus et tenemur per duos de canonicis nostris ydoneos et discretos facere deserviri post decessum vel descessum ipsius Gileberti. Dictus autem reverendus pater et ejus successores, qui pro tempore fuerint, personam religiosam, quam ad dictam parrochiam a nobis et successoribus nostris ipsi et ejus successoribus contigerit presentari, examinatione prehabita, de cura ipsius parrochie, prout est consuetudinis, investient, et per nos et nostros successores facient institui in eadem. Hec autem concessit nobis dictus reverendus pater, retentis sibi et successoribus suis omni jure synodatico, circata, juridictione et correctione in personam hujusmodi atque cura, et sexdecim solidis Parisiensibus, pro deportis et escasuris, dicto episcopo et successoribus ejus a nobis et successoribus nostris annis singulis reddendis, videlicet medietate in synodo sancti Remigii, et alia medietate in synodo paschali, et omnibus aliis que dicto episcopo et successoribus suis competere possunt et debent in suis subjectis, ratione ordinarie potestatis; salvis nichilominus in dicta ecclesia archidiacono Parisiensi et successoribus suis, qui pro tempore fuerint, procuratione, visitatione, synodo et circata, et octo solidis Parisiensibus sibi et successoribus suis annis singulis a nobis et successoribus nostris reddendis, pro deportis et escasuris ad

synodos Parisius consuctos, videlicet in synodo sancti Remigii quatuor solidos, et in synodo paschali quatuor solidos, jurisdictione et omnibus aliis que sibi et successoribus suis competere poterant et debebant in dicta ecclesia, antequam nobis et successoribus nostris concederentur. Et promittimus per stipulationem sollempnem, quod contra ordinationem hujusmodi, per nos aut per alios, nullatenus imposterum veniemus; immo omnia et singula, prout superius sunt expressa, firmiter tenebimus et integre adimplebimus, nos et successores nostros futuros, ad hec specialiter obligantes et in hiis omnibus onerantes. In cujus rei testimonium et memoriam, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, mense mayo.

CCLXXIII.

24 nov. 1329. Littera de duobus arpentis terre vel parum minus, sitis ultra Cecos, *etc.*, et de XX solidis redditus,... quos Petrus de Essartis vendidit episcopo Parisiensi.

A tous ceus qui ces lettres verront, Hugues de Crusi, garde de la prévosté de Paris, salut, *etc.* Pierres des Essars, bourgeois de Paris, recognut et confessa lui avoir vendu, et, en nom de pure vente, ottroié, quittié et délessié dèsore à touz jours, à révérent père en Dieu monseigneur l'évesque de Paris, achetant pour soy et pour ses successeurs évesques, deus arpens de terre, un pou moins, que ledit Pierre avoit de son conquest, assis oultre les Avucugles, tenant, d'une part, à la voierie dudit monseigneur l'évesque, et, d'autre, aus terres feu Gautier de Broisselles, aboutissant à une fosse à fiens, qui est audit Pierre; et vingt soulz parisis de rente après un tournois de fons de terre sur la mèson Renier du Tret le vieil, assise en la Grant Rue, tenant, d'une part, à la mèson Renier du Tret le jeune, et, d'autre, à Guillaume Franc, en la censive dudit évesque, si comme ledit Pierre disoit, pour le prix de soixante livres parisis à li jà baillé et paié par les mains du doien et chapitre de l'église Saint-Germain-l'Ancerrois de Paris, paiant pour ledit révérent père, à fin que il se soit assenti à ce que les mèsons de leur dicte église, par devers la cave de Pontieu, aient esté abbatues pour la treue de l'entrée de leur dicte église, par devers ladicte cave de Pontieu.... En tesmoing de ce, nous.... avons mis en ces

lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil trois cenz vint et neuf, le vendredi XXIIIe jour de novembre.

CCLXXIV.

Littera quod Robinus de Ruella, serviens cum virga Castelleti Parisiensis, fecit emendam officiali Parisiensi, pro eo quod citavit, in curia officialis, Richardum dictum de Louve coram preposito Parisiensi. 4 oct. 1329.

In nomine Domini. Amen. Per hoc presens publicum instrumentum pateat universis, quod, anno ejusdem millesimo trecentesimo vicesimo nono, quarta die mensis octobris, indictione XIIa, pontificatus sanctissimi patris et domini, domini Johannis, divina gratia pape XXII, anno XIII, in mei notarii publici et testium subscriptorum presentia, personaliter constitutis venerabili et discreto viro domino officiali Parisiensi, ex una parte, et Robino dicto de Reuelle, serviente cum virga Castelleti Parisiensis, ut dicebat, ex parte altera; predictus dominus officialis contra dictum servientem proposuit, quod idem serviens, sue sequens libitum voluntatis, Reginaldum dictum de Louve, existentem in dicta curia seu infra mettas ejusdem curie, videlicet inter duas primas portas domus episcopalis Parisiensis, citaverat coram preposito Parisiensi, in ipsius officialis dicte curie et jurisdictionis ejusdem prejudicium et contemptum, cum dictus locus in quo erat dictus Reginaldus, quando per dictum servientem fuit citatus, esset et sit a jurisdictione dicti prepositi Parisiensis et suorum servientum totaliter exemptus. Quare dicebat dictus dominus officialis dictum Robinum contra jurisdictionem ipsius et libertatem ejusdem attemptasse et graviter deliquisse, et ob hoc volebat quod dictus Robinus hoc eidem emendaret. Dictus vero Robinus, confitens se dictam citationem contra ipsum Reginaldum in dicto loco fecisse, quia credebat quod hoc facere posset absque dicti officialis et ejus jurisdictionis prejudicio, predicta eidem domino officiali emendavit, et gagiavit emendam spontaneus, non coactus; quam emendam dictus dominus officialis usque ad ejusdem officialis voluntatem posuit in respectu. Acta fuerunt hec in camera dicti domini officialis, anno, mense, die, indictione et pontificatu predictis, presentibus, *etc.*

CCLXXV.

6 mart 1312. Jean d'Arsis, chevalier, sire d'Orengi, fonde dans l'église de Grigny une chapelle en l'honneur de la sainte Vierge, et la dote de douze journées de terre, à prendre sur ses biens de Grigny, promettant de faire amortir lesdites terres à ses frais, et de payer en attendant à ladite chapelle une rente annuelle de cent sous parisis.

.... Ce fu fait l'an de grâce MCCCXI, le lundi après le dymenche de mi-quaresme.

CCLXXVI.

29 mai. 1316. Thibaut Marcel et Jeaune, sa femme, bourgeois de Paris, vendent à l'évêque de Paris, moyennant quatorze livres parisis, quarante-cinq sous onze deniers parisis de surcens, qu'ils percevaient annuellement sur diverses maisons situées à Paris, hors de la porte Saint-Honoré, devant l'église du même nom, dans la rue au Chantre, la rue Froid-Mantel et la rue de Biauvès, ledit surcens chargé envers l'évêque de Paris d'une redevance annuelle d'un setier de froment et d'un minot d'avoine.

.... En tesmoing de ce, nous.... avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce MCCCXVI, le samedi veille de Penthecouste.

CCLXXVII.

16 jun. 1311 Jacques de Corneilles et Perrenelle, sa femme, merciers et bourgeois de Paris, vendent à l'évêque de Paris, moyennant soixante sous parisis, un arpent de terre ou environ, situé à Paris, au-delà du marché aux chevaux, près de la maison des Aveugles, dans la censive de Jean Popin, et chargé envers ce dernier de quatorze deniers parisis de fonds de terre.

.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil CCC et onze, le mercredi après la feste saint Barnabé.

CCLXXVIII.

6 sept. 1318. Jeanne la Moutonne, sœur, héritière et exécutrice testamentaire de Jacques Boucel, bourgeois de Paris, fait don entre vifs à Guillaume, évêque de Paris, de sept livres parisis de surcens, qu'elle possédait dans la censive dudit évêque, en reconnaissance de l'amortissement d'une rente annuelle de vingt livres, affectée par le testament du défunt à l'entretien d'un chapelain dans la cathédrale de Paris.

....En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, en l'an de grâce mil CCCXVIII, le mardi devant la feste Nostre-Dame en septembre.

CCLXXIX.

Johannes, prior domus Sancti Eligii subtus Challiacum, ordinis Vallis Scolarium, testatur ad prioratum suum pertinere quamdam domum, Parisiis, in vico Citharæ sitam, cujus pars anterior, in censiva Guillelmi, Parisiensis episcopi, existens, eidem episcopo tres solidos fundi terræ debet annuatim; quam ut domum prioratus Sancti Eligii in manu mortua deinceps tenere possit, dictus Johannes promittit se soluturum episcopo Parisiensi, præter dictos tres solidos, quinquaginta septem alios solidos annui census. 17 jun. 1315.

.... Datum anno Domini MCCCXV°, die martis post festum beati Barnabe apostoli.

CCLXXX.

Philippe le Pévrier, fils, héritier et exécuteur testamentaire de Jean le Pévrier, en son vivant orfévre et bourgeois de Paris, achète, avec les biens de la succession, un cens annuel de dix-sept livres seize deniers et une maille sur les rentes que percevaient au port de Conflans, dans le fief de l'évêque de Paris, Érard de Montmorency et Bouchard de Laval, chevaliers, à l'effet de doter la chapellenie dont ledit Jean le Pévrier avait ordonné la fondation par son testament; et il abandonne à l'évêque de Paris, sur ladite rente de dix-sept livres seize deniers obole, la somme annuelle de cent sous, pour obtenir de lui l'amortissement du reste de la rente. 29 jul. 1313.

.... Ce fu fait l'an de grâce mil trois cens et treize, le dymenche après la feste saint Jaques et saint Christofle.

CCLXXXI.

Thomas do Baillaco, canonicus et pœnitentiarius Parisiensis, magister et provisor domus scholarium Bonorum Puerorum, juxta portam Sancti Victoris Parisiensis, Johannes de Lauduno et Stephanus de Nogento Ertaudi, scholares et procuratores domus prædictæ, indulta sibi et dictæ domui a Guillelmo, Parisiensi episcopo, facultate possidendi in manu mortua censum annuum octo librarum decemque et novem solidorum, quem eis legaverat Agnes de Lorriaco super pluribus hortis « seu cortillagiis », sitis ultra portam Comitis Atrebatensis, in terra et dominio dicti episcopi, promittunt se soluturos dicto episcopo, præter sex solidos fundi terræ, quadraginta solidos Parisienses annui census. 15 jun. 1314.

.... Datum anno Domini MCCC^mo^ quarto decimo, die sabbati post festum beati Barnabe apostoli.

CCLXXXII.

19 jul. 1314. Novem scholares domus Bonorum Puerorum, qui tunc temporis soli erant ejusdem domus socii in civitate Parisiorum, omnia et singula in instrumento superiore contenta approbant et se servaturos promittunt.

.... Datum anno Domini MCCCXIIII°, die veneris ante festum beate Marie Magdalene.

CCLXXXIII.

9 mai. 1318. Symon, dit Thybert, boucher et bourgeois de Paris, et Marie, sa femme, propriétaires d'une maison sise à Paris, derrière la grande Boucherie, dans la rue par où l'on va de la Tannerie à l'Écorcherie, tenant d'une part à une autre maison desdits conjoints, et d'autre part à la maison de feu Jean Bonnefille, boucher, vendent à Guillaume, évêque de Paris, moyennant deux cents livres parisis, qu'ils confessent avoir reçues, cinq pieds et demi de large du premier étage de ladite maison, qui est au rez-de-chaussée de la rue, à prendre contre la maison de Jean Bonnefille, pour faire une ruelle ou allée conduisant aux moulins de l'évêque sur la Seine.

.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce MCCCXVIII, le mardi après la feste Sainte-Crois en may.

CCLXXXIV.

10 aug. 1315. André Marcel, de Saint-Cloud, et Jeanne, sa femme, déclarent avoir vendu à Guillaume, évêque de Paris, moyennant soixante sous parisis, huit sous parisis de surcens annuel, provenant de l'héritage de feu Jean Marcel, prêtre, oncle dudit André; ledit surcens assis sur une maison, des jardins et des vignes, tenus par Guillaume le Courtillier, au lieu dit Aunay, dans le territoire de Saint-Cloud.

.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil trois cens et quinze, le dymenche jour saint Lorenz.

CCLXXXV.

23 jul. 1318. Jean le Rous et Jean de Mal Regart, bourgeois de Paris, tuteurs et curateurs d'Agnesot, fille mineure dudit Jean le Rous; André Sance, bourgeois de Paris, et Perronelle, sa femme, sœur de ladite Agnesot, assignent à Guillaume, évêque de Paris, vingt sous parisis de surcens ou de rente sur une maison située à Paris, rue aux Lavandières, pour l'amortissement, au profit des deux sœurs, de quarante-deux sous parisis de rente sur une autre maison située dans la rue de la Viez-Place-aux-Pourceaulz.

.... En tesmoing de ce, nous.... avons mis en ces lettres le seel de la

prévosté de Paris, l'an de grâce mil trois cens dis et huit, le dymenche après la Magdaleynne.

CCLXXXVI.

Charta Nicolai, abbatis sancti Martini Pontisarensis, qua declarat Bartholomæum, Parisiensem episcopum, prioratui Tabernisci, ob hujus paupertatem, concessisse, ut idem prioratus procurationem, annis singulis, episcopo Parisiensi, visitationis officium exercenti, debitam, redimeret, pretio quinquaginta solidorum Parisiensium. Aug. 1276.

.... Actum anno Domini millesimo ccc^mo^ vicesimo sexto[1], mense augusto.

CCLXXXVII.

Guillelmus, Chavillæ presbyter, profitetur se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pretio sexaginta solidorum Parisiensium, quinque solidos quos annis singulis percipiebat, ratione presbyteratus sui, in censiva et e redditibus terræ de Surenis. Aug. 1259.

.... Datum anno Domini millesimo CCLIX°, mense augusto.

CCLXXXVIII.

Matthæus, abbas Sancti Dionysii, et Symon, dominus Nigellæ, locum tenentes regis Franciæ, testantur fidem factam a Nivernensi comitissa Parisiensi episcopo, apud Vicenas, ratione feodi Montis Gaii, nullum juribus episcoporum Parisiensium præjudicium debere afferre[2]. 18 nov. 1270.

.... Datum Parisius, anno Domini M° CC° septuagesimo, die martis in octabis festi beati Martini hyemalis.

CCLXXXIX.

Guillelmus, Parisiensis episcopus, notificat institutam fuisse in ecclesia Sancti Gervasii Parisiensis, ad altare Sancti Laurentii, capellaniam quam instituti testamento suo jusserat Herbertus Flamingus, textor, eamdemque dotatam quindecim libris, annuatim percipiendis in veteri vico Templi; cujus capellaniæ patronatus ad episcopos Parisienses, post decessum executorum testamenti prædicti, erat devolvendus. 27 oct. 1308.

.... Datum anno Domini MCCC° octavo, die dominica ante festum

[1] Legendum *millesimo cc^mo^* vicesimo sexto, quo anno Nicolaus II abbatiam Sancti Martini Pontisarensis, et episcopus Bartholomæus Parisiensem diœcesim regebant. Anno vero 1326, præerant sedi Parisiensi Hugo II dictus de Vesuntione, et abbatiæ Sancti Martini Johannes.

[2] Vide supra, t. I, p. 181, cap. CCXLII.

Omnium Sanctorum, Parisius, in ecclesia Sancti Nicolai de Campis, juxta Sanctum Martinum de Campis.

CCXC.

19 oct. 1298. Littera de VIII denariis fundi terre, debitis episcopo Parisiensi super bucco ruelle site extra portam Montis Martirum, que ruella vocatur Coque Horon.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra propter hoc presentia constituti, Johannes dictus Cuissac, Aalesia, ejus uxor, et Mathias dictus le Boursi, cives Parisienses, ac Genovefa, ipsius Mathie uxor, asseruerunt et confessi sunt in jure, coram nobis, quod ipsi emerant a venerabili et discreto viro domino Guidone de Condeto, legum professore, ballivo domini Parisiensis episcopi, imperpetuum et nomine pure et perpetue vendicionis habebant, tenebant et possidebant bucum cujusdam ruelle sine capite, site Parisius, extra portam Montis Martirum, in terra, dominio, jurisdictione et censiva dicti domini Parisiensis episcopi, que ruella vocatur Quoque Heron; et est contiguum bucum dicte ruelle predictum muro cujusdam alterius ruelle, quam claudi fecit ballivus domini Parisiensis episcopi; et se comportat dictum buccum ruelle, sic emptum, circa decem thesias in longo et quatuor in lato; pro pretio quatuor librarum, jam eidem ballivo solutarum in bona pecunia numerata, ut dicebant : tali tamen conditione adjecta, ut dicebant, quod ipsi Johannes, Aalesia, ejus uxor, Mathias et Genovefa, ejus uxor, cives Parisienses, vel ab ipsis causam habentes, vel dictum bucum ruelle tenentes, aut heredes eorumdem reddent et solvent ac reddere et solvere tenentur, annis singulis imposterum et imperpetuum, ad festum sancti Remigii, octo denarios Parisienses capitalis census, domino Parisiensi episcopo, vel ejus mandato, et ejus successoribus Parisiensibus episcopis;.... retento primitus a dicto domino Parisiensi episcopo et penitus reservato et ejus successoribus Parisiensibus episcopis imperpetuum, in dicto buco ruelle et ejus pertinentiis et edificiis, si edificari contingat, omnimoda juridictione spirituali et temporali.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, die dominica post festum beati Luce euvangeliste.

CCXCI.

Reginaldus, Parisiensis episcopus, tradit, ad annuum censum tredecim solidorum et sex denariorum Parisiensium, Laurentio dicto Manchevere, ejus uxori et eorum hæredibus, quamdam plateam ab ipsis ædificandam, continentem in profundo unam tesiam et dimidiam, in latitudine vero quatuor tesias et dimidiam. Aug. 1267.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, mense augusti.

CCXCII.

Reginaldus, Parisiensis episcopus, tradit, ad censum annuum sexdecim solidorum et sex denariorum Parisiensium, Johanni de Pontisara et ejus hæredibus, quamdam plateam, continentem in profundo unam tesiam et dimidiam, in latitudine quinque tesias et dimidiam; ea lege, ut in ipsa platea ædificia construantur. Aug. 1267.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, mense augusto.

CCXCIII.

Traditio ejusdem modi ab eodem episcopo facta Emelinæ, filiæ defuncti Remondi Biaus Nicz. Census annuus, decem solidi et sex denarii Parisienses. Plateæ mensura, in profundo, una tesia et dimidia; in latitudine, tres tesiæ et dimidia. Aug. 1267.

.... Datum anno Domini MCCLX° septimo, mense augusto.

CCXCIV.

Traditio suprascriptis conditionibus ab eodem episcopo facta Danieli Britoni. Census annuus, sex solidi Parisienses. Plateæ traditæ mensura, in profundo, una tesia et dimidia; in latitudine, duæ tesiæ. Aug. 1267.

.... Datum anno Domini millesimo CCLX° septimo, mense augusto.

CCXCV.

Traditio ejusdem modi ab eodem episcopo facta Johanni dicto Foucet. Census annuus, sex solidi Parisienses. Plateæ traditæ mensura, in profundo, una tesia; in latitudine, duæ tesiæ. Aug. 1267.

.... Datum anno Domini M° ducentesimo LX° septimo, mense augusto.


image
not
available

CCC.

Littera de v solidis incrementi census super [domo] Nicholai dicti Comitis, clerici, et Juliane, ejus uxoris, sita ultra portam Sancti Honorati, *etc.* 23 sept. 1296.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Nicolaus dictus Comes, clericus, et Juliana, ejus uxor, recognoverunt et confessi sunt in jure, coram nobis, se recepisse ad incrementum censum, a venerabili et discreto viro domino Guidone de Condeto, legum professore, ballivo domini Parisiensis episcopi, tanquam a ballivo domini Parisiensis episcopi et tanquam a justicia loci, rectam medietatem cujusdam domus a parte posteriori et inferiori, acquisite domino Parisiensi episcopo ob defectum hominis, site Parisius, ultra Magnum Pontem, ultra portam Sancti Honorati Parisiensis, in terra et dominio domini Parisiensis episcopi, inter vicum qui vocatur Frigidum Mantellum, et vicum qui vocatur Richebourc, contigue muro de Lupara, in censiva Damiani Canetarii; et est tota domus integra, ante, retro, in longo, lato, inferius et superius, prout se comportat, onerata in duodecim solidis Parisiensibus censualibus tantummodo, ut dicebant; pro quinque solidis Parisiensibus annui incrementi census seu redditus, reddendis annis singulis imperpetuum domino Parisiensi episcopo et ejus successoribus Parisiensibus episcopis, a dictis Nicolao et ejus uxore et eorum heredibus seu causam habituris ab ipsis vel ab eorum altero, quatuor terminis Parisius consuetis....

Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, die dominica post festum beati Mathei apostoli.

CCCI.

Transcriptio facta a capitulo Sancti Honorati Parisiensis chartæ Reginaldi, episcopi, cujus sequitur argumentum. Jun. 1258.

.... Datum anno Domini MCCLVIII, mense junio.

Reginaldus, Parisiensis episcopus, viginti unam præbendas, in ecclesia Sancti Honorati existentes, cum ex eis canonici commode sustentari non possint, ad duodecim redigit, e quibus octo erunt sacerdotales, duæ diaconales, subdiaconalesque duæ, quarumque collatio alternatim ad capitulum Sancti Germani Autissiodorensis et ad episcopum Parisiensem pertinebit. Dec. 1257.

.... Actum anno Domini millesimo CC LVII°, mense decembri[1].

[1] Reginaldi episcopi instrumentum edidit Felibianus, *Hist. de Paris*, t. V, p. 604.

CCCII.

Mart. 1326. Charta Caroli, Franciæ et Navarræ regis, qua declarat se extrahi jussisse e registris regiis et ratas habuisse litteras infrascriptas :

Febr. 1310. .... Datum Parisius, anno Domini M CCC XXV, mense martio.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis, presentibus et futuris, quod, cum dilectus Johannes Hauderici, civis Parisiensis, valletus noster, quadraginta libras Turonenses annui redditus et perpetui, quas in thesauro nostro, ratione uxoris sue, filie defuncti Rogeri, quondam scutiferi nostri, ex donatione dudum eidem Rogero per nos facta, percipit annuatim, in fundacionem seu dotationem cujusdam capelle perpetue partem unam, et reliquam in alios pios usus, tam pro dicti Rogeri quam pro ipsorum conjugum animarum salute, proponat convertere, sicut dicit; nos, ipsius laudabile propositum approbantes, ipsumque in eo gratiose confovere volentes, eidem Johanni, tam sua quam ipsius defuncti consideratione, concedimus per presentes, quod ipse dictum redditum in hujusmodi pios usus convertere valeat, quodque capellanus, qui capellaniam, quam ex premissis fundari continget, tenebit pro tempore, partem seu porcionem ad fundationem seu dotationem ejusdem capellanie de dicto redditu assignatam, illique in quos partem alteram, ad opus piorum usuum, transferri contigerit, eam habeant, teneant et possideant pacifice, libere et quiete ac perpetuo, absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, seu prestandi propter hoc nobis vel quibuscumque nostris successoribus financiam qualemcumque, nostro in aliis et alieno in omnibus jure salvo. Quod ut ratum et stabile perseveret, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Datum Parisius, anno Domini M° trecentesimo nono, mense februario.

CCCIII.

5 aug. 1327. Littera de quadam requesta, facta episcopo Parisiensi, ex parte magistri Petri de Palude, nomine Johannis Haudri, civis Parisiensis, pro duabus capellaniis fundandis a dicto Johanne in capella Gravie.

In Dei nomine. Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod, anno Domini MCCC^mo^ vicesimo septimo,

die quinta mensis augusti, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini Johannis, divina providentia pape XXII^di^, anno undecimo, in mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum presentia personaliter constitutus, religiosus vir frater Petrus de Pallude recognovit quod ipse, auctoritate super hoc sibi data specialiter a Johanne Haudrici, quondam burgense Parisiensi, prout in quodam instrumento publico, super hoc confecto, plenius continetur, adhuc vivente dicto Johanne et in suo sensu bono et memoria existente, licet infirmitate de qua mortuus est decumbente, adivit dominum episcopum Parisiensem, rogans et supplicans, ex parte dicti Johannis, quod placeret sibi, dicto Johanni, et heredibus imperpetuum concedere presentationem duarum personarum ydoearum ad duas capellanias, quas idem Johannes, cum uxore sua premortua, fundaverant seu fundare de novo intendebant in capella Gravie, quam fundaverunt parentes sui, in qua tumulati jacent[1], pro animabus ipsorum et suis et suorum aliorum predecessorum et successorum. Qui dictus episcopus premissa facere pluries et penitus recusavit. Postmodum vero idem frater Petrus dictum dominum episcopum, ex parte ejusdem Johannis, rogavit et humiliter supplicavit, quod saltem ipsi Johanni et primogenito filio suo, quamdiu viverent, presentationem predictam concederet gratiose. Qui dominus episcopus nec ad istam secundam supplicationem concedendam flecti potuit quoquo modo; sed hoc solummodo concedere voluit, quod prima presentatio dictarum capellaniarum pertineret ad dictum Johannem aut ejus heredes; post primam vero presentationem, quandocumque capellanias ipsas vel alteram earum vacare contigerit in futurum, collatio ipsarum, pleno jure, ad episcopum Parisiensem, qui est et erit pro tempore, imperpetuum pertinebit. Dictus vero frater Petrus, nolens tam pium opus incompletum modo aliquo remanere, pro remedio animarum supradictarum et pro divino cultu ampliando, auctoritate sibi super hoc a dicto Johanne concessa, ut superius est expressum, ordinavit, ut dicebat, pro meliori, cum dicto domino episcopo, adhuc vivente dicto Johanne, quod in omnibus et per omnia fieret de dictis capellaniis et earum provisionibus secundum formam

[1] Hæc capella eadem est quæ a Parisiensi *Haudriettes*, de qua vide Felibianum, *Hist. de* civitatis historiographis vocatur *las Vieilles Paris*, t. I, p. 563, 564.


image
not
available

seu succentor in eadem ecclesia instituetur, personalem residenciam in ipsa institutione jurare in capitulo teneatur. Cui ordinationi venerabiles viri Nicholaus cantor et Henricus succentor Parisienses cum presentes essent, et spontanei concesserunt et, in presentia nostri et venerabilis patris Willelmi episcopi, L. decani et tocius capituli Parisiensis, se observaturos in posterum juraverunt. Ad hec, de consensu L. decani totiusque capituli, cum convenientia et voluntate ipsius episcopi predicti, pro utilitate ejusdem ecclesie ordinavimus, ut quascumque preposituras in ecclesia Parisiensi amodo vacare contigerit, in augmentum prebendarum illarum ubi prepositure consistunt, salvis oneribus quibus prepositure ad presens onerate existunt, imperpetuum cedant; ita tamen quod prebendarii loci illius ubi prepositura vacaverit, preposituram successive, quilibet anno suo, regere teneantur, et proventus justitie pro laboribus cedant regenti cuilibet anno suo. Nulli ergo omnino hominum liceat, *etc.* In hujus autem ordinationis testimonium, presentes litteras sigillo nostro, cum sigillis venerabilis patris Willelmi episcopi et capituli predictorum fecimus roborari. Actum x kal. novembris, anno Domini m° ducentesimo quadragesimo quinto.

CCCVII.

Littera de c solidis reddituis et fundatione capellanie de Livriaco. Dec. 1212.

Willermus de Garlanda, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverint universi, quod ego in capella mea de Livriaco quendam institui capellanum, ad cujus sustentationem dedi, pro anime mee et antecessorum meorum remedio, centum solidos Parisienses, in censu meo de Monsterollo, annuatim in octabis sancti Dyonisii, percipiendos. Preterea dedi eidem capellano unum arpentum vinee et domum quandam, que fuerunt Bartholomei Anglici, que quidem sita sunt apud Livriacum; et decem et octo sextarios boni mistolii, annuatim in festo Omnium Sanctorum, in grangia mea de Livriaco persolvendos. In cujus rei memoriam, has litteras feci meo sigillo signari. Actum anno Domini millesimo ccxii°, mense decembri.

CCCVIII.

Apr. 1248. Charta Ludovici, Francorum regis, qua instituitur in domo regia Vicenarum capellanus, cui XV libræ, annuatim e præpositura Parisiensi percipiendæ, assignantur[1].

.... Actum Parisius, anno Domini MCCº quadragesimo octavo, mense aprili.

CCCIX.

21 dec. 1294. Littera de quadam ordinatione, facta inter curatum de Monsterolio et capellanum de nemore Vincennarum.

Universis presentes litteras inspecturis, Symon, permissione divina Parisiensis episcopus, salutem in Filio Virginis gloriose. Notum facimus quod, cum contentio seu discordia verteretur inter Guillelmum, rectorem ecclesie de Monsterolio juxta nemus Vicenarum, nostre diocesis, ex una parte, et Petrum, perpetuum capellanum capelle regalis in bosco Vicenarum, ex altera, super eo videlicet, quod dictus rector, suo et dicte ecclesie sue nomine, asserebat omnes oblaciones et obvenciones, tam necessarias quam voluntarias, a quibuscumque personis factas et faciendas in dicta capella et dicto manerio Vicenensi, sitis infra mettas dicte parrochie sue, undecumque provenientes, ad se et ecclesiam suam de jure communi spectare, dicto capellano, suo et dicte capelle sue nomine, tam racione privilegii regalis quam racione contrarie consuetudinis, contrarium asserente; tandem, post multas altercationes super hoc habitas inter eos, predicti rector et capellanus, nominibus quibus supra, pro bono pacis, voluerunt et consenserunt quod nos super omnibus et singulis premissis inter eos ordinaremus, pro nostre libito voluntatis. Nos vero, tam dicte ecclesie parrochialis quam dicte capelle juribus consuetis et utilitatibus pensatis et consideratis, et intellectis omnibus que nos de jure movere poterant et debebant, inter dictas partes ordinavimus in hunc modum, videlicet: Quod omnes oblaciones et obvenciones, jura, luminaria et proventus que et qui, racione quarumcumque personarum aut a quibuscumque personis fient aut fieri contigerit imposterum in dicta capella et manerio de Vicenis, in baptismo parvulorum seu sacro fonte levatorum, in purificatione mu-

[1] Edit. apud Dubois, t. II, p. 400.

lierum post partum, in benedictionibus nubentium et ratione eorumdem, necnon circa funus seu in exequiis mortuorum in dicto manerio decedentium, in dictam capellam delatorum seu presentium, pro quibus et aliis defunctis in dicta capella, corpore presenti, missam contigerit celebrari, inter dictos rectorem et capellanum equaliter dividentur. In aliis autem personis, cujuscumque status seu conditionis existant, in dicta domo vel manerio decedentibus, quorum corpora in dicta capella non deferri et pro quibus ibidem, corpore presenti, missam non contigerit celebrari, nullum jus dictum capellanum habere volumus, jura autem inde provenientia ad predictum rectorem declaramus pertinere. Ordinamus etiam quod dictus capellanus promittet in verbo sacerdotis eidem rectori, quod ipse pacifice et quiete, omni impedimento cessante et contradictione qualibet non obstante, deliberabit eidem rectori vel ejus mandato medietatem oblacionum et obvencionum que fient in quatuor casibus supradictis. Item, dictus capellanus non impediet nec procurabit per se vel per alium, aliquo ingenio vel cautela, quin dictus rector integre et perfecte et sine diminutione aliqua habeat et percipiat quicquid juris in eis, secundum presentem ordinationem nostram, et aliis, si que sint, quoquo modo contingere poterit et decebit. Ordinamus etiam quod dictus capellanus omnes alias oblaciones et obvenciones factas in dicta capella et manerio et faciendas, undecumque provenientes, habeat et percipiat pacifice et quiete, aliquo jure vel consuetudine non obstante, salvo et retento eidem rectori in aliis jure parrochiali, utpote in visitacione infirmorum et in administratione ecclesiasticorum sacramentorum, in legatis annualibus, tricenalibus et aliis quibuscumque, si que sint, jus parrochiale tangentibus, que ad dictum rectorem declaramus et dicimus pertinere pleno jure, nisi speciale legatum ab aliquo factum fuerit eidem capellano. Volumus insuper quod familia dicti capellani eidem rectori solvat et reddat jura parrochialia consueta. Dicte vero partes, propter hoc, in nostra presentia constitute, presentem ordinationem nostram voluerunt et eidem consenserunt; promittentes, *etc.* In cujus rei testimonium, sigillum nostrum, ad petitionem dictarum partium, presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini MCC nonagesimo quarto, mense decembris, die martis ante natale Domini.

CCCX.

16 sept. 1316. Petrus de Bosco, olim capellanus in regali domo Vicennarum, vineam, in territoriis Monsterolii et Charonnæ sitam, ad capellam ejusdem domus pertinentem, quam ipse Petrus indebite diu tenuerat, Johanni Quartaudi, presbitero, capellano dictæ capellæ, derelinquit.

.... Datum anno Domini M° trecentesimo sexto decimo, die jovis post festum exaltationis Sancte Crucis.

CCCXI.

7 jul. 1316. Pierre des Essars et Thomasse, sa femme, cèdent à Guillaume, évêque de Paris, trente-cinq livres dix-huit sous parisis de rente annuelle, qu'ils percevaient sur diverses maisons situées à Paris, dans la rue aux Lavandières, dans la ruelle Robert le Couturier, devant la Croix-Neuve et la porte au Coquillier, en diminution du cens de trente-huit livres neuf sous six deniers parisis, qu'ils payaient audit évêque, pour quarante-deux arpents et trois quartiers de terre labourable, formant une pièce nommée la Culture-l'Évêque, tenant au mur des Aveugles et longeant la chaussée du Roule, pièce que lesdits époux avaient achetée de feu Ernoul de la Haute-Maison.

.... En tesmoing de ce, nous, à la requeste desdiz mariez, avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce MCCCXVI, le mercredi après la feste saint Martin d'esté.

CCCXII.

22 jan. 1316. Jean de Clamart et Jeanne, sa femme, bourgeois de Paris et poissonniers de mer, prennent à cens de Guillaume, évêque de Paris, un manoir nommé les Vieux-Augustins, situé à Paris, hors de la porte Montmartre, tenant par-devant au chemin de Montmartre, par-derrière à l'hôtel de Flandre; plus dix-neuf arpents de terre attenant audit manoir; le tout moyennant dix-huit livres parisis de rente annuelle. De plus, ils s'engagent à employer en trois ans cent livres parisis à améliorer ledit manoir; promettent de le tenir suffisamment garni pour garantir le payement de la rente, et hypothèquent subsidiairement deux maisons situées à Paris, l'une rue de Nesle, l'autre rue Montmartre, au coin de la rue Raoul-Roissolle.

.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil ccc et quinze, le jeudi jour de feste saint Vincent.

CCCXIII.

Charte par laquelle il est convenu que, si les deux maisons hypothéquées dans l'acte précédent venaient à être incendiées ou ruinées, ou devenaient un gage insuffisant pour la rente stipulée dans cet acte, l'évêque aurait un recours direct sur le manoir et les dix-neuf arpents acensés par lui. 27 jan. 1316.

En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil ccc et quinze, le mardi après la Saint-Vincent.

CCCXIV.

L'évêque de Paris ayant amorti au profit de Jean de Vauz, curé de Saint-Eustache, deux maisons situées au chevet de l'église Saint-Eustache, et destinées l'une à la fondation d'une chapelle, l'autre à l'habitation du curé, Jean de Vauz cède à l'évêque quarante sous parisis de cens annuel, à prendre sur une maison appartenant à Guillaume Bourdon, située dans la rue Denyse-le-Coffrier, tenant d'une part à la maison de Jean de Clamart, de l'autre à celle de Marguerite la Merrenière. 29 mart. 1310.

En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, en l'an de grâce mil trois cens et nuef, le dymenche prochain après la feste Nostre-Dame, ou mois de mars.

CCCXV.

Johannes de Courbaart, armiger, et domicella Agnes, ejus uxor, profitentur se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pretio octogiuta librarum, 1° quatuor drecturas et dimidiam, quinque solidos annui census fundi terræ et decem et octo solidos Parisienses talliæ, apud Moissiacum; 2° quinque solidos et tres denarios talliæ et quindecim solidos annui census fundi terræ apud Cons. Mart. 1263.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense martio.

CCCXVI.

Bouchardus dictus Mauduit, acceptis ad censum annuum a Petro, clerico episcopi Parisiensis et canonico Parisiensi, quatuor arpentis terrarum in territorio de la Mardelle, apud Combisvillam, promittit se soluturum Parisiensi episcopo duos sextarios bladi, unum scilicet mixtolii et unum avenæ, nec non sexdecim denarios Parisienses annui redditus. Mai. 1247.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense mayo.

CCCXVII.

13 mai. 1258. Hugo dictus Trébuchet, Ermengardis et Philippa, ejus sorores, declarant se vendidisse Reginaldo, Parisiensi episcopo, pro sex libris et sex solidis Parisiensibus, unum arpentum prati, situm in territorio Moissiaci.

.... Datum anno Domini MCCL° octavo, die lune post Penthecosten et mense mayo.

CCCXVIII.

Mart. 1269. Petrus Brunelle, armiger, consentit ut Stephanus, episcopus Parisiensis, et ejus successores teneant perpetuo in manu mortua decimam terrarum de Cantu Lupi, quam Robertus de Cantu Lupi, qui eam a dicto Petro tenebat in feodo, vendiderat Reginaldo, quondam Parisiensi episcopo[1].

.... Datum anno Domini M° ducentesimo LX° octavo, mense marcio.

CCCXIX.

Apr. 1228-29. Guillelmus, Parisiensis episcopus, concedit, ad annualem censum, hospitibus suis villæ quæ vocatur Cuneus Feodi, qui ibidem ab ipso mansiones suas tenent, pratum juxta eamdem villam situm; ea lege, ut de quolibet arpento illius prati dicti hospites sex solidos annui census episcopo solvere teneantur, et insuper intra unum annum viginti solidos expendant in meliorando prato.

.... Actum anno Domini M° ducentesimo vicesimo octavo, mense aprilis.

CCCXX.

13 nov. 1283. Littera de amortizatione, facta confratrie notariorum curie Parisiensis, de L solidis annui census, quos habebat apud Combisvillam, pro XII solidis cum dimidio Parisiensibus, reddendis annuatim dicto episcopo.

Universis, *etc.* Notum facimus quod, coram nobis constituta, societas seu confratria clericorum seu curialium curie Parisiensis asseruit, quod habebat et percipiebat, annuatim in festo sancti Remigii, apud Combisvillam, super censu domicelle Guillelme de Edera, existenti in feodis seu retrofeodis reverendi patris domini Parisiensis episcopi, quinquaginta solidos Parisienses annui census seu redditus, quos dominus Gilbertus de Nigella, miles, et domina Johanna, ejus uxor, eidem societati seu confratrie vendiderant, pro certo pretio, eisdem domino Gilberto et ejus

[1] Vide supra, p. 147, cap. CLXXVIII.

uxori soluto, ut dicebat. Quos quinquaginta solidos Parisienses annui census seu redditus predictos reverendus pater Ranulphus, Dei gratia Parisiensis episcopus, ceperat in manu sua, pro eo quod nolebat dictam societatem seu confratriam eos tenere in manu mortua. Tandem, ad peticionem et supplicacionem dicte societatis sive confratrie, idem reverendus pater, pensatis utilitate ac commodo dicte ecclesie sue Parisiensis, habito super hoc bonorum consilio, predictos quinquaginta solidos Parisienses annui census sive redditus eidem societati sive confratrie admortizavit, quantum in eo erat, in modum qui sequitur, videlicet : Quod volebat et consentiebat idem reverendus pater, quod dicta societas sive confratria habeat, teneat, possideat seu percipiat ex nunc imperpetuum dictos quinquaginta solidos Parisienses annui census sive redditus, sine aliqua coactione vendendi aut extra manum suam ponendi; retentis tamen eidem domino Parisiensi episcopo ac successoribus suis, pro dicta admortizatione de predictis quinquaginta solidis Parisiensibus annui census sive redditus, duodecim solidis et dimidio Parisiensibus annui census sive redditus, habendis et percipiendis primitus super dictis quinquaginta solidis Parisiensibus annui census seu redditus ex nunc in futurum ab eodem episcopo et ejus successoribus episcopis ecclesie Parisiensis, per manus procuratoris sive provisoris predicte societatis sive confratrie, in predicto festo sancti Remigii annuatim; retenta etiam, *etc.* Datum anno Domini MCC° octogesimo tercio, die sabbati post festum beati Martini hyemalis.

CCCXXI.

Littera de quadam ordinatione et declinatione, facta inter episcopum Parisiensem et capitulum Sancti Germani Autissiodorensis, super juridictione terrarum suarum. Jun. 1219.

Universis presentes litteras inspecturis, magister Ardengus, canonicus Papiensis, in Domino salutem. Ne aliqua possit imposterum oriri dubitatio de verbis que protulimus in pronunciatione, dicto, seu ordinacione quam fecimus in negocio quod vertebatur coram nobis inter reverendum patrem G.[1], Parisiensem episcopum, ex una parte, decanum et capitulum Sancti Germani Autissiodorensis Parisiensis, ex altera, quedam

[1] Guillelmi instrumentum, de quo hic agitur, videsis supra, t. I, p. 128, cap. CXLVI.

ibi duximus interpretanda seu declaranda. Intelligimus et declaramus quod in terra que fuit Nicolai Bocel nullam habent jurisdictionem seu justiciam, neque majorem neque minorem, decanus et capitulum Sancti Germani, sed tota est episcopi Parisiensis. Intelligimus et declaramus quod per clausulam illam, que continetur in forma compromissionis et diffinitionis nostre, que incipit, *De juridictione temporali, etc.*, decanus et capitulum habeant simplicem justitiam tantum in terra antiqua Sancti Germani, et non in terra Nicolai Bocel et in terra que dicitur claustrum Sancti Germani; alta justitia totaliter et omni viaria in terra illa antiqua et claustro episcopo reservatis. Actum anno Domini M° CC° vicesimo nono, ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste.

CCCXXII.

8 dec. 1263. Officiales archidiaconorum Parisiensium declarant se vidisse duo instrumenta, quorum argumenta sequuntur :

.... Anno Domini MCC° LX° tercio, die sabbati post octabas beati Nicolai hyemalis.

14 jun. 1229. 1° Decanus et capitulum Sancti Germani Autissiodorensis omnes controversias, quæ inter se et episcopum Parisiensem vertebantur, dirimendas committunt magistro Ardengo, canonico Papiensi, quem, de prebendis Sancti Honorati et jurisdictione terræ Sancti Germani, jam ipsis papa judicem indixerat[1].

.... Actum anno Domini MCC° vicesimo octavo, in crastino octabarum epiphanie Domini.

2° Interpretatio dicti magistri Ardengi, quam supra dedimus.

CCCXXIII.

1257. Littera de quibusdam statutis, ordinationibus et reformationibus, factis ab episcopo Parisiensi, in ecclesia Sancti Germani Autissiodorensis, inter canonicos et beneficiatos ejusdem ecclesie.

Reginaldus, miseratione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod, cum nos ad ecclesiam Sancti Germani Autissiodorensis Parisiensis, propter discordias et dissensiones ibidem existentes pluries accesserimus, nec adhuc sint hujusmodi discordie

[1] Hanc chartam edidit Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 314.

terminate; tandem, congregatis decano et capitulo ejusdem ecclesie coram nobis, eorumque et quorumdam capellanorum ejusdem ecclesie juramentis receptis, inquisitionem super statu ipsius ecclesie, debitum officii exequendo, fecimus, per quam invenimus ipsam ecclesiam in multis collapsam et reformatione in pluribus indigentem, et nonnullos de capitulo ac quosdam alios beneficiatos ejusdem ecclesie consuetudines et statuta ecclesie non servantes; sed ea, non sine animarum suarum periculo, infringentes, nittimur[1] per actum contrarium et diuturnitatem temporis sic tueri, licet diuturnitas temporis peccatum non minuat, sed augmentet. Quapropter, nos, habito diligenti tractatu, deliberato consilio, utilitate pensata, presentibus decano et capitulo Sancti Germani predicti, auctoritate ordinaria presenti scripto ordinamus et statuimus, non obstante quocumque statuto vel contraria consuetudine, quod decanus ipsius ecclesie duplam distributionem percipiat, quando intererit servicio ecclesie memorate; quando vero servicio predicto non intererit, nullam in distributionibus percipiat portionem; hoc tamen addito, quod, si pro negotiis ecclesie, de mandato capituli, absens fuerit, tunc duplam recipiat, sicut faceret, si presens interesset. Nec de hoc debet conqueri decanus, qui pro tempore fuerit, cum in hoc equiparemus eum decano ecclesie Parisiensis. Item, statuimus quod quilibet canonicus Sancti Germani vicario suo de fructibus prebende sue solvat quadraginta solidos Parisienses annuatim, integre, sine fraude; alioquin excommunicationis sententiam latam a judicibus, a domino papa delegatis, se noverit qui contra fecerit incursurum. Item, quod beneficiati ejusdem ecclesie, exceptis canonicis, continuam faciant residentiam, cum ad hoc juramento prestito teneantur; et qui eorum presbiteri non sunt, fiant presbiteri de ordine in ordinem subsequenter; et si ultra distulerint, ex tunc nichil de proventibus beneficiorum suorum percipiant, donec fuerint in presbiteros ordinati, sed convertantur in usus distributionum cotidianarum, per manum procuratoris communitatis quem ad hoc deputamus. Item, precipimus quod decanus solvat procuratori capituli viginti solidos Parisienses de pensione domus sue, in quatuor festis, et procuratori communitatis quatuor libras, distribuendas prout in carta ipsius capituli continetur. Item, precipimus quod

[1] Melius forte *nituntur*.

decanus solvat procuratori capituli, infra assumptionem beate Marie virginis, viginti octo libras Parisienses, prout in litteris bone memorie Guillelmi, quondam Parisiensis episcopi, continetur, nec de dicta pecunia alicui alii solvat aliquam porcionem. Item, precipimus quod matricularii ejusdem ecclesie, per manum procuratoris capituli, triginta solidos Parisicuses de dictis viginti octo libris percipiant et habeant annuatim, prout in eadem carta Guillelmi episcopi continetur. Item, suspensionem a nobis latam, quam ipso facto incurrerunt qui statuta a nobis edita non servant seu contra faciunt, ad evitandum periculum quod precipue simplicibus imminet ex eadem, revocamus ad presens, donec aliter duxerimus ordinandum. Ordinamus tamen et statuimus, ut ille qui defectum fecerit, penam solvat pecuniariam procuratori communitatis, prout in statuto judicum delegatorum quod incipit : *In nomine sancte Trinitatis. Amen. Nos, A. archidiaconus, etc.*, et sic terminatur : *Actum Parisius publice, anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo septimo*, continetur; alioquin penam excommunicationis in dicto statuto contentam incurrant, quam non possumus, nisi de mandato summi pontificis, relaxare. Item, declaramus quod nullus de cetero residens reputetur in eadem ecclesia, qui pro majori parte temporis, singulis annis, residentiam non fecerit in ecclesia supradicta; ita quod qualibet die, infra majorem partem temporis predicti, alicui hore intersit in ecclesia diurne vel nocturne, nisi, infra ambitum murorum commorans, infirmitate proprii corporis per dictum tempus fuerit prepeditus. Statuimus etiam quod omnes pene predicte capiantur per procuratorem communitatis de primis denariis quos pene debitor percipere debebit in dicta ecclesia; et, si denarii non sufficiant, de fructibus sui beneficii percipiat ipsam penam. Statuimus insuper quod ipse procurator communitatis juret in institutione sua, quod penas predictas bene et fideliter recipiet et levabit, et quod in hoc nulli deferet neque parcet. Preterea statuimus quod quilibet canonicus, post institutionem suam, antequam ad alia admittatur, istud statutum et alia statuta ac consuetudines ecclesie rationabiles et approbatas juret se firmiter servaturum. Preterea statuimus quod decanus et alii, tam canonici quam non canonici, tanta infirmitate detenti, quod sine periculo corporis sui horis diurnis interesse non possint, si hoc proprio juramento firmaverint,

quamdiu tanta infirmitate detenti fuerint, tantam distributionem seu tantam porcionem in distributionibus, singulis diebus, percipiant, quantam perciperent, si divino servicio interessent. Hoc autem predictis infirmis concedimus, qui in parrochia Sancti Germani moraluntur, et non aliis, nisi hoc eis, ex causa manifesta, a dictis decano et capitulo sit concessum. Quia vero decanus qui ad presens preest ecclesie Sancti Germani predicte, gravi infirmitate proprii corporis detinetur, et ideo ipsi afflicto non sit alia addenda afflictio, immo ejus infirmitati benigne compaciendum, idcirco nos, severitatem et rigorem predicti statuti, facti circa personam decani quantum ad percepeionem distribucionum, quantum ad decanum qui modo preest ecclesie supradicte ad presens, temperamus in hunc modum, videlicet : quod dictus decanus, quoad vixerit, duplam porcionem in dictis distributionibus et in presentia et in absentia percipiat et habeat, sicut ipse et predecessores sui usque ad hec tempora perceperunt et percipere consueverunt, nisi circa hec aliud duxerimus ordinandum, racione previa et ex causa nichilominus manifesta. Hanc autem gratiam, quam decano qui nunc est ad presens faciunus, circa perceptionem distributionum, scilicet ut tam absens quam presens dupplam porcionem recipiat, volumus extendi solummodo ad distributiones que antiquitus solent fieri in ecclesia memorata. Ad augmentum vero distributionum que fient in ecclesia predicta ex obventionibus et oblacionibus Sancti Leufredi, volumus extendi dictam gratiam; sed volumus quod, in dictis oblacionibus, presens dupplam percipiat, absens vero nichil. Quia etiam magister Hamo, canonicus diete ecclesie, circa acquisitionem dictarum viginti octo librarum, multum dieitur laborasse et de suo proprio magnas expensas fecisse, et quia dictus magister tam in censibus quam aliis valde dicitur esse utilis ecclesie memorate, ideo nos, ex causa manifesta, predicto magistro volentes gratiam facere specialem, eidem concessimus et concedimus quod, licet non intersit alicui hore diurne vel noeturne in ecclesia predicta per majorem partem tocius anni, nichilominus tamen de dictis viginti octo libris triginta solidos percipiat annuatim, sicut et alii canonici modo predicto in predicta ecclesia residentes, dum tamen dictus magister per majorem partem totius anni infra ambitum murorum Parisiensium moram fecerit, et ad consilia ecclesie sine difficultate libenter accesserit, quando

ad hoc, ex parte dictorum decani et capituli, fuerit evocatus. Retinemus insuper potestatem ordinandi, emendandi, corrigendi, reformandi, declarandi et etiam statuendi de preteritis et aliis, prout nobis videbitur expedire. Actum in ecclesia Sancti Germani, presentibus decano et capitulo predictis ejusdem loci et multis aliis bonis, anno Domini MCC° quinquagesimo septimo.

CCCXXIV.

1232. Ardengus, Florentinus episcopus, relata de verbo ad verbum sententia, quam, cum esset canonicus Papiensis et Parisiis commoraretur, mense aprili anni 1228, pronuntiaverat inter Guillelmum, Parisiensem episcopum, et G., Parisiensem archidiaconum, ex una parte, decanumque et capitulum Sancti Germani Autissiodorensis, ex altera[1], declarat, dictam sententiam interpretando, omnimodam justitiam ad episcopum Parisiensem pertinere in terra quæ ad Nicholaum Bocel olim pertinuerat[2].

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo secundo.

CCCXXV.

Dec. 1225. Littera ordinationis XXVIII librarum Parisiensium, quas episcopus Parisiensis subtraxit de decanatu Sancti Germani.

Bartholomeus, miseratione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum reverendus predecessor noster, felicis memorie Willermus, quondam Parisiensis episcopus, de proventibus decanatus Sancti Germani Autissiodorensis Parisiensis viginti octo libras Parisienses annui redditus, de assensu decani et capituli ejusdem ecclesie, subtraxisset, nos, de assensu predictorum decani et capituli, necnon et clericorum ejusdem ecclesie, de illis viginti octo libris ita ordinavimus : statuentes ut quilibet canonicorum residentium in eadem ecclesia triginta solidos, quilibet vero canonicorum non residentium decem solidos, et matriculatii ejusdem ecclesie triginta solidos, de illis viginti octo libris percipiant annuatim. Residuum vero earum cedet in distributione chori ecclesie supradicte; et eas tenebitur decanus dictus solvere annuatim infra assumpcionem beate Marie; et incepit terminus in assumpcione beate Marie nuper transacte. De octoginta autem et

[1] Vide supra, t. I, p. 136, cap. CXLVI. [2] Vide supra, p. 235, 236, cap. CCCXXI.

quatuor libris, quas decanus Sancti Germani recepit per tres annos, a tempore quo facta fuit dictarum viginti octo librarum subtractio, taliter ordinavimus; quod in redditumm emptionem convertantur ad faciendam distributionem in ea portione que superius est expressa, et eas debet reddere dictus decanus infra instantem Ascensionem, vel ante, si interim possint inveniri redditus in quorum emptione commode convertantur. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo quinto, mense decembri.

CCCXXVI.

Guillelmus, Parisiensis episcopus, relatam de verbo ad verbum ordinationem prædecessoris sui Bartholomæi, quam capitulo superiore edidimus, confirmat. Dec. 1246.

.... Actum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, mense decembri.

CCCXXVII.

Ll. decanus et totum capitulum Sancti Germani Autissiodorensis, renunciantes arbitrio episcopi Aurelianensis et collegarum ejus, quos dominus papa judices constituerat in controversia inter dictum capitulum et episcopum Parisiensem mota, ipsi episcopo Parisiensi litem dirimendam committunt; promittuntque se servaturos quidquid dictus episcopus ordinaverit de petitionibus quas, coram judicibus delegatis, produxerat in hunc modum : Apr. 1227.

« Petit episcopus Parisiensis contra decanum et capitulum Sancti Germani Autissiodorensis Parisiensis, quod non intromittant se de seculari justicia, exercenda in homines qui sunt infra metas burgi vel culture episcopi, sive veteris sive nove, eciamsi teneant homines illi ab ecclesia Sancti Germani; excepto eo, si quid, ratione censive, ibidem debent habere, cum justitia secularis sit episcopi Parisiensis, excepto eo quod dominus rex ibi habet per compositionem. Item, petit episcopus Parisiensis contra eosdem decanum et capitulum, quod de teloneo in aliqua parte infra predictas metas recipiendo vel exigendo in ebdomada episcopi se non intromittant, quia teloneum Parisius in tertia ebdomada est episcopi Parisiensis. Item, petit episcopus Parisiensis contra eosdem decanum et capitulum, quod de collacione prebendarum seu capellaniarum, seu etiam installacione canonicorum in ecclesia Sancti Honorati, seu eciam collacione capellaniarum in ecclesia Sancti Eustachii Parisiensis nullatenus se intromittant, cum de jure communi ad ordi-

nem episcopi talia pertineant. Item, petit episcopus contra predictos decanum et capitulum, quod, cum ipse episcopus in eadem ecclesia officium visitationis exercuerit, procurationem eidem exhibeant competentem. Petit etiam sepedictus Parisiensis episcopus contra prenominatum decanum, quod non intromittat se de aliqua ecclesiastica jurisdictione, exercenda in canonicos vel clericos chori Sancti Germani Autissiodorensis Parisiensis, cum ad ipsum non pertineat, sed ad episcopum Parisiensem, jure diocesano.... »

.... Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense aprili.

CCCXXVIII.

1 febr. 1310. Nicolas Du Bois, clerc, Jeanne, sa femme, et Gauthier d'Arras, frère de ladite Jeanne, déclarent avoir vendu à Guillaume Bauffet d'Aurillac, évêque de Paris, moyennant soixante livres parisis, « une maison tenant d'une part à la maison Colin la Barnufle, et d'autre part à la maison Liéyart la Moustardière, et à la maison Ysabel de Saint-Leu, en la censive du révérant père en Jhésu-Crist monseigneur l'évesque de Paris, chargiée en une maille de cens, deue par an à la Saint-Remy; derechef, trois arpents de terre en une pièce, tenant d'une part à la terre Agathe la Mareschalle, et d'autre part à la terre Renaut Chaperon, en la censive dessusdite, chargiée en sept boisseaux et demi d'aveyne, et en cinc quars de froument, rendus chascun an, à Noël, au cens commun, et en douze deniérz parisis de cens, chascun arpent, de chief cens, deuz chascun an, à la Saint-Remy; derechief, un arpent et demi de vigne en une pièce, que l'en dit la vigne du Chantier, tenant d'une part à la vigne Roberge, et d'autre part à la vigne Symon Nivelon et aus terres de la Granche, en la censive dessusdite, chargiée en douze denierz, de chief cens au cens commun, deuz par an, à la Saint-Remy, et chargiée en pressourage, si comme il disoient, » le tout situé dans le lieu et le territoire de Gentilly.

.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil ccc et neuf, le samedi après la Chandeleur.

CCCXXIX.

27 mart. 1310. Littera alia, eidem annexa, super eodem.

A tous ceux qui verront ces lettres, Jehan Ploiebauch, garde de la prévosté de Paris, saint. Comme Nicolas dit Du Bois, clerc, Jehanne, sa fame, et Gauthier d'Arraz, frère de ladite Jehanne, eussent venduz à touz jours, pour certain pris, à révérent père en Jhésu-Crist monseigneur Guillaume Boffet d'Orillac, par la grâce de Dieu évesque

de Paris, certains héritages, si comme plus plainement est contenu en nos lettres faites sus ladite vente, seellées du seel de ladite prévosté, par lesquelles ces présentes sont annexées; et, après ladite vente faite, si comme di est, feust venu à la cognoiscence dudit révérent père et de ses gens que lesdiz héritages venduz estoient obligiez, et que aucuns se vouloient opposer, demander et réclamer aucun droit en iceulz; et pour ce nous eussent supplié et requis les gens dudit évesque, que, pour eschiver touz rioz, plais, descors et les domages qui en pourroient ensuir, et pour ce que nulz doresenavant ne puissent dire ne opposer que ladite vente n'ait esté faite au veu et au sceu de chascun, que nous, comme joustice, en tant que il touche nostre office, lesdiz héritages meissions en la main le roy, et feissions crier publiement en l'audience du Chastellet de Paris, par trois quatorzaines et par la quarte d'abondant, et faire savoir que ladite vente estoit faite audit révérent père en la fourme et manière contenuz esdites lettres, et que, se nulz en icelle vente vouloient aucune chose ou aucun droit réclamer ou demander, comment que ce soit, feust ou peust estre, feust par raison de successions, d'eschances, d'obligations ou autrement, venissent avant pendans lesdites quatorzaines, et se opposassent, se il vouloient, ou ce non, il n'i seroient jamais oïz ne receuz; nous, enclinans à leur juste requeste, faisons savoir à touz que, en la fourme et en la manière dessus diz, avons mis lesdiz héritages en la main le roy, et fait crier en plaine audience ou Chastellet de Paris, par Symon de la Morloie, sergent à verge, par m quatorzaines et par la quarte d'abondant, c'est à savoir : pour la première quatorzaine, le mercredi après la Nostre-Dame Chandeleur, l'an mil ccc neuf; pour la seconde, le mardi après la feste saint Père en février; pour la tierce, le mardi après les Brandons; et pour la quarte d'abbondant, le mardi avant mi-caresme, tout en l'an dessusdit. Toutes lesquelles quatorzaines pendans et faites publiement, si comme dit est, nulz ne vindrent ne se apparurent à nous, qui ès diz héritages venduz vousissent aucune chose ou aucun droit demander ou réclamer, comment que feust; et, pour ce, ladite vente, en tant à nous est comme joustice, voulons, loons, gréons, accordons, et du tout en tout, à touz jours, par l'interposition de nostre décret, de nostre auctorité ordinaire, ratefions et confirmons;

et, de nostre commandement comme joustice, ont paié les gens dudit évesque les vendeurs dessus diz de la somme et du pris d'icelle vente, présens par devant nous, eulz tenans pour bien paiez par devant nous. En tesmoing de ce, nous avons fait mètre à ces lettres le seel de la prévosté de Paris. Donné le vendredi après mi-caresme, l'an de grâce mil trois cens et neuf.

CCCXXX.

1203. Littera fundationis capelle de Cramoel juxta Moissiacum.

Odo, Dei gratia Parisiensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Notum facimus quod, cum locus de Cramoel esset de parrochia de Moissi, ad preces et instantiam Thierrici et Ferrici de Cramoel, militum, et eciam certa ratione inspecta, concessimus eis ut apud Cramoel edificarent capellam et haberent in ea proprium servitorem. Ipsi vero dotaverunt eandem capellam per manum nostram de rebus inferius annotatis, scilicet: Donaverunt eidem capelle imperpetuum, ad opus capellani quicquid habebant in decima de Cramoel, grossa et minuta, et uterque illorum donavit unum arpentum terre, et inter ipsos duos unum arpentum prati, et plateam ad domum capellani. Nos itaque, providere volentes ut presbiter de Moissi in eadem capella jus parrochiale retineret, ordinavimus quod capellanus ibidem non inunget infirmos, nec tumulabit mortuos, non desponsabit contrahentes, nec parvulos baptizabit; sed hec fient in ecclesia de Moissi, et ad presbiterum de Moissi perpetuo pertinebunt. Purificationes autem fient in dicta capella per presbiterum de Moissi vel mandatum ipsius, et obvenciones purificationis habebit. Preterea confessiones in articulo mortis, apud Cramoel, ad eundem presbiterum pertinebunt; et intererit legatis et testamentis eorum. In recompensationem vero, super eo videlicet quod locus de Cramoel hoc modo subtractus est ecclesie de Moissi, percipiet annuatim presbiter de Moissi in decima de Cramoel unum sextarium frumenti et duos sextarios avene. Ceterum, ne idem presbiter omnino careat festis annualibus, in loco de Cramoel, parrochiani de Cramoel annis singulis tenebuntur accedere ad ecclesiam de Moissi, et ibidem audire divina et ecclesiastica percipere sacramenta in tribus festis, scilicet in Pascha, in Pentecoste, in assumpcione beate

Marie; ita quod capellanus de Cramoel tenebitur pariter interesse in adjutorium presbiteri de Moissi, in eisdem festis, in ecclesia de Moissi, ad vigilias, seu matutinas; nec vesperas cantabit in capella predicta, in vigilia Assumpcionis, sed intererit vesperis de Moissi. In diebus etiam eorumdem trium festorum, idem capellanus tenebitur interesse ad magnam missam, in ecclesia de Moissi; ita quod nullum omnino officium celebret, videlicet nec matutinas nec missam, in capella predicta, antequam magna missa celebrata sit in ecclesia prelibata. Et preterea tenebitur jurare fidelitatem presbitero de Moissi, qui pro tempore fuerit substitutus. Prohibemus autem ut nunquam transeat in matricem eccl>siam, sed semper in eodem statu permaneat. Ad solum vero episcopum pertinebit, in nullo obnoxia archidiacono, sicut nec ecclesia de Moissi. Obolos penthecostales colliget annuatim capellanus apud Cramoel, et eos reddet presbitero de Moissi. Quod ut ratum permaneat, presentem cartam sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum anno dominice Incarnationis MCC° tertio, pontificatus nostri anno septimo.

CCCXXXI.

Charta compositionis inter Reginaldum, episcopum Parisiensem, et Odonem, Nivernensem comitem, tutorem liberorum quos ab uxore sua defuncta susceperat, qua compositione dictus Odo concedit eidem Reginaldo viginti libras Parisienses annui redditus, percipiendas, usque ad assignationem aliam competentem, e redditibus præposituræ Montis Gaii, in compensatione feodi Cloæ, quod antecessores dicti comitis, sine assensu episcopi Parisiensis, a feodo Montis Gaii, ad eumdem episcopum pertinente, distraxerant. Mart. 1264.

.... Datum anno Domini MCC° sexagesimo tertio, mense marcio.

CCCXXXII.

Petrus, abbas Beatæ Mariæ Herivallensis, promittit se solutorum, annis singulis, viginti quatuor solidos septem denarios et obolum episcopo Parisiensi, eo quod dictus episcopus abbatiæ Herivallensi concessisset in manum mortuam unum arpentum prati, quinque arpenta et dimidium terræ arabilis, e quibus septem quarteria apud Pute-Fonteine sunt sita, duo sextaria bladi et quinque solidos annui redditus, domum quamdam apud Bellum Fontem, et quadraginta solidos annui census, percipiendos e quadam domo, sita Parisiis, in vico Castri Festucæ, in qua morabatur Robertus, coopertor domorum. 11 nov. 1283.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, die jovis in festo beati Martini hyemalis.

CCCXXXIII.

Mai. 1263. Littera de LX solidis, solvendis imperpetuum cuilibet episcopo Parisiensi, in institutione ejusdem, a capitulo Parisiensi, pro amortizatione villarum de Chevrigniaco et de Barra.

Universis presentes litteras inspecturis, Gaufridus decanus totumque capitulum Parisiense, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum reverendus pater Reginaldus, Parisiensis episcopus, concesserit nobis quod nos teneamus et possideamus ex nunc et imperpetuum in manu mortua, absque coactione vendendi, distrahendi, alienandi, aut extra manum nostram ponendi, villas de Chevrigniaco et de Barra, cum pertinentiis quibuscumque, et omnia et singula que emimus, in villis predictis et pertinentiis omnibus et singulis earumdem, a nobili viro domino Johanne de Brueriis et Eustachia, ejus uxore; que omnia tenebant in feodum a nobili viro domino Herveo de Caprosia, milite, et que dictus dominus Herveus immediate tenebat a dicto domino Parisiensi episcopo, prout in litteris super dicta venditione confectis continetur; nos promittimus et tenemur reddere et solvere imperpetuum cuilibet episcopo Parisiensi futuro, in institutione ejusdem, sexaginta solidos Parisienses, pro concessione manus mortue rerum omnium predictarum. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum duximus litteris presentibus apponendum. Datum anno Domini M° ducentesimo sexagesimo tercio, mense mayo.

CCCXXXIV.

1170. Guillelmus, archiepiscopus Senonensis, apostolice sedis legatus, et judex a papa constitutus in controversia quæ vertebatur inter episcopum et canonicos Parisienses de redditibus decanatus vacantis, testatur, coram se, in domo nova episcopi, Parisiis, dictos canonicos, liti penitus renuntiantes, se dicti episcopi voluntatem executuros promisisse.

.... Actum publice Parisius, anno Incarnacionis dominice MCLXX°.

CCCXXXV.

16 aug. 1272. Littera de ordinatione justitie et jurisdictionis parvisii, inter episcopum et capitulum Parisiense.

Universis presentes litteras inspecturis, Stephanus, permissione divina

Parisiensis ecclesie minister indignus, et G.[1] decanus et capitulum Parisiense, salutem in Domino sempiternam. Cum super justicia et juridictione paravisi, prout se comportat, per circuitum muri existentis ante domum Dei Parisiensem usque ad ecclesiam sancti Johannis Rotundi, et a dicto muro, prout lineariter protenditur, usque ad ecclesiam Parisiensis hospitalis Pauperum, seu domus Dei Parisiensis, nec non et domuum, prout protenduntur a cuneo vici, retro domum magistri Nicolai de Senis, Parisiensis canonici, usque ad portam claustri que dicitur ad Batellos, inter nos episcopum, ex una parte, decanum et capitulum, ex altera, suborta fuisset ingens materia questionis; tandem, interveniente venerabili patre domino M.[2], Dei gratia abbate sancti Dionysii in Francia, facta fuit, de consensu nostro, ordinatio seu composicio in modum subscriptum, videlicet: quod in dicta domo Dei Parisiense capitulum omnimodam juridictionem, tam temporalem quam spiritualem, habeat pleno jure, et quod in dictis domibus capitulum Parisiense eandem libertatem et jurisdictionem habeat, quam in aliis domibus dicti claustri. Sane in paraviso predicto justitiam candelarum Parisiensis episcopus pleno jure habebit, tam in ipsas candelas quam in rescuscientes candelas predictas; salvo quod, si serviens capituli rescuciat, hoc faciet capitulum de plano et absque diffugio emendari. In aliis vero omnibus, in dicto paraviso, capitulum Parisiense justitiam seu juridictionem habebit, altam et bassam. Nichil tamen ab episcopo vel a capitulo, nomine bancarum vel stallorum, vel pro prelatione candelarum[3] accipietur; ita quod mulieres libere possint vendere in dicto paraviso et tenere candelas; ita quod in bancis, stallis, sedibus seu insessu sit melior conditio candelarie occupantis, nec in predictis possit aliqua candelaria a capitulo impediri. In robur vero et testimonium predictorum, nos episcopus, capitulum et abbas predicti, predicta vera esse fatentes ac solenniter approbantes, sigilla nostra pendentia presentibus duximus apponenda. Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, die veneris ante festum assumptionis beate Marie virginis.

[1] Gaufridus I de Pontchevron.
[2] I. e. Matthæus.
[3] In Parvo Chartul.: *candelariarum*.

CCCXXXVI.

28 oct. 1306. Nobilis et religiosa mulier Aalips, clerica, abbatissa Sancti Antonii, prope Parisios, a Guillelmo, Parisiensi episcopo, solemnem benedictionem recipiens, ei debitum obedientiæ et reverentiæ sacramentum præstat[1].

.... Datum anno Domini mccc° sexto, die apostolorum Simonis et Jude, apud sanctum Anthonium, prope Parisius.

CCCXXXVII.

19 dec. 1329. Amisius decanus et capitulum Parisiense se exsecuturos esse promittunt tenorem cujusdam bullæ, a Johanne, papa XXII, datæ, in qua confirmatur compositio inita inter episcopum et archidiaconum Parisiensem, ex una parte, et decanum capitulumque Parisiense, ex altera, de jurisdictione ecclesiæ et hospitalis Sancti Sepulchri Jerosolymitani, instituti Parisiis, in magno vico Sancti Dionysii, in parrochia Sancti Mederici; qua compositione decernebantur capitulo jurisdictio spiritualis, collatio, institutio ac destitutio omnium dignitatum, in dicto hospitali existentium; modo tamen ejusdem hospitalis ambitus ultra unum arpentum et unius arpenti centesimam partem non extenderetur, atque decanus et capitulum episcopo sexaginta libratas terræ, archidiacono centum solidatas terræ redituales, annis singulis, persolverent; hoc additu, ut, intra biennium, decanus et capitulum redditus, ab ipsis debitos, super bonis immobilibus percipiendos assignarent[2].

...., Datum in capitulo nostro, die martis ante festum nativitatis Domini, anno Domini mccc° vicesimo nono.

CCCXXXVIII.

12 dec. 1272. Soror Auda, Beatæ Mariæ de Gercico abbatissa, profitetur sibi commodatas fuisse a Stephano, Parisiensi episcopo, duas chartas fundationis monasterii Gercicensis, a comite Pictavensi et Tholosano, Alphonso, Johannaque, ejus uxore, datas, et promittit se illas intra octo dies redditurum[3].

.... Datum anno Domini mcc° septuagesimo secundo, die lune ante festum beate Lucie virginis.

[1] Hanc chartam editam habes apud Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 539. In charta edita, is qui postremus inter instrumenti testes recensetur dicitur Radulfus de Paciaco *prolatoris Burg. Paris.* Legend. : *clericus parlatorii burgensium Parisiensium.*

[2] Hujus instrumenti initium, et integrum compositionis tenorem edidit Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 608, 609.

[3] Edit. in *Gall. Christ.*, t. VII, instr., col. 116.

CCCXXXIX.

Simon de Porta, miles, et Johanna, ejus uxor, rogatu Alphonsi, comitis Pictavensis et Tolosani, Johannæque, ejus uxoris, concedunt, pro quibusdam redditibus, circiter tria quarteria terræ, apud Varennas sita, quo ecclesia, domus presbyteri et cœmeterium collocentur[1]. Apr. 1282-3.

Datum et actum apud Varennas, anno Domini MCCLXXX° secundo, mense aprilis.

CCCXL.

Petrus de Baignolio, capellanus regalia capellæ hospicii nemoris Vicennarum, magistrum Philippum Casseti, canonicum Sancti Petri Puellaris Pictavensis, magistrum Guillelmum Seguini, clericum, et dominum Johannem Bouverii, presbyterum, procuratores suos generales et speciales instituit. 25 oct. 1322.

.... Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, die mercurii ante festum sanctorum apostolorum Symeonis et Yude.

CCCXLI.

Littera Ludovici, regis Francorum, de amortizatione redditus capelle de Soisiaco. Aug. 1270.

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum, sicut datum est nobis intelligi, Adam de Soisiaco, thesaurarius Niverneusis, Johannes de Soisiaco, miles noster, et Robertus de Soisiaco, miles, fratres, unaniniter dederint imperpetuum et assignaverint, ob remedium animarum defuncti Ade de Soisiaco, militis, genitoris sui, et Ysabellis, quondam uxoris ejusdem Ade, genitoris eorum, et aliorum predecessorum suorum, terras, possessiones et redditus infrascriptos, ad quandam capellaniam instituendam apud Soisiacum, et ad sustentationem unius capellani, qui, pro animabus eorumdem, in dicta villa, quinquies in septimana, qualibet die illarum quinque dierum, unam missam per se, vel per alium, si impedimentum legitimum habuerit, tenebitur celebrare; quos siquidem redditus capellanus, qui pro tempore dictam capellaniam obtinebit, percipiet annis singulis et habebit, videlicet: unam domum, sitam apud Soisiacum, que fuit, ut dicitur, defuncti Hardi; item, septem arpenta terre arabilis, sita apud Soisiacum, videlicet tria arpenta juxta Secanam, prope terram

[1] Vide supra, t. I, p. 188, cap. CCLIV.

Ade majoris, et duo arpenta et dimidium, in duabus peciis, subtus domum Petri Raimbout; item, arpentum et dimidium super vicum de Mareis; item, unum arpentum vinee supra Noam, et dimidium arpentum en Dorel; item, totam decimam quam habere dicebantur apud Condray, tam in blado quam in vino et in granchia de Coudray, et quidquid habebant in hospitibus suis de Condray et eorumdem masuris, tam in censibus quam aliis quibuscumque, videlicet super masuram defuncti Bertaudi Goes, quindecim solidos annui census; super masuram Stephani Coquillart, tres solidos; super masuram Auberti Godefroy, tres solidos; super masuram Ysabellis la Bégeuse, quatuor denarios et obolum; super masuram relicte defuncti Guillelmi Godin, septem denarios et unam pitam; super masuram Borderii, septem denarios et unam pitam; super masuram Richerii, quartam partem unius droiture; super masuram Garini Tiete, dimidiam droituram; super masuram Petri Cholet et Thephanie, uxoris quondam defuncti Guillelmi Champion, dimidiam droituram, excepta tantummodo in dictis hospitibus justitia per quam mors vel membri mutilatio sequi potest; nos, donationem hujusmodi ratam habentes, volumus et concedimus ut predictus capellanus, quicumque pro tempore fuerit ad dictam capellaniam deputatus, teneat, percipiat et habeat terras, possessiones, redditus et alia supradicta, pacifice et quiete, absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro, et etiam salvo jure in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum in castris, ante Carthaginem, anno Domini M° ducentesimo septuagesimo, mense augusto.

CCCXLII.

26 nov. 1248. Innocentius, papa IV, postulata concedens, ad episcopum Parisiensem remittit petitionem Parisiensis cancellarii, qui, nomine domus Bonorum Puerorum Sancti Victoris, licentiam deposcebat oratorium construendi ibique divina celebrandi, salvo jure parœcialis ecclesiæ[1].

.... Datum Lugduni, VIII kal. decembris, pontificatus nostri anno sexto.

[1] Has litteras habes editas apud Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 414, et apud Bulæum, *Hist. Univ. Paris.*, t. III, p. 217.

CCCXLIII.

Reginaldus, Parisiensis episcopus, indulget pauperibus scholaribus qui Boni Pueri dicuntur, ut in ipsorum domo, incepta Parisiis, oratorium possint exstruere, salvo tamen jure presbyteri Sancti Nicholai de Cardineto, in cujus parochiæ limitibus dicta domus ædificatur[1]. 1257.

.... Datum anno Domini millesimo CC L° septimo.

CCCXLIV.

Compositio inter dominum Stephanum, episcopum Parisiensem, et Johannem, abbatem Majoris Monasterii Turonensis, de jure procurationis, debito Parisiensi episcopo, visitanti prioratus qui a Majori Monasterio dependent. Qua scilicet decernitur ut, quotiescumque episcopus, diœcesim suam visitans, in prioratus Longi Pontis aut Athiarum diverterit, sex libræ illi solventur a priore Beatæ Mariæ de Campis; totidemque a priore Villæ Petrosæ, quando dictus episcopus in prioratus Cellæ aut Versalliarum divertet. 7 et 13 nov. 1324.

.... In cujus rei testimonium et munimen, nos episcopus et capitulum Parisiense, cum auctoritate et consensu dicti reverendi patris domini Guillelmi, Dei gratia Senonensis archiepiscopi, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, die mercurii post festum Omnium Sanctorum; et nos abbas et conventus predicti, anno predicto, die martis post festum beati Martini hiemalis, in nostro capitulo, sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno et diebus predictis.

CCCXLV.

Charta Johannis abbatis et totius capituli Majoris Monasterii Turonensis, qua, donec compositio pacta inter episcopum Parisiensem, ex una parte, dictos abbatem et capitulum prioresque Villæ Petrosæ et Beatæ Mariæ de Campis, ex altera, solemniter ab utraque parte rata et confirmata fuerit, conceditur potestas ac etiam datur speciale mandatum dictis prioribus, bona domorum suarum oppignerandi pro sex libris Parisiensibus, juxta dictam compositionem, solvendis episcopo Parisiensi. 13 mai. 1324.

.... Datum anno Domini MCCC° vicesimo quarto, die mercurii post festum beatorum Nerey et Achilley, in nostro generali capitulo, apud nostrum monasterium supradictum.

[1] Edit. apud Bulæum, *Hist. Univ. Paris.*, t. III, p. 217 et seq.

CCCXLVI.

11 oct. 1260. Littera Alexandri papæ, quod episcopus Parisiensis contra Gerardum, fratrem domus de Vicenis, ordinis Grandimontensis, *etc.*

Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Parisiensi, salutem et apostolicam benedictionem. Tua nobis fraternitas intimavit quod Gerardus, frater domus de Vicenis, Grandimontensis ordinis, in quodam loco non exempto tue diocesis, homicidium, instigante diabolo, perpetravit; super quo provideri a nobis humiliter postulasti. Ne igitur tante presumptionis scelus remaneat impunitum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus contra eundem G. officii tui debitum exsequaris. Datum Anagnie, v idus octobris, pontificatus nostri anno sexto.

CCCXLVII.

13 jun. 1266. Litteræ Clementis, papæ IV, quibus decano, thesaurario et officiali diœcesis Meldensis committit diriniendam, secundum juris canonici præscriptiones, litem exortam inter episcopum Parisiensem, ex una parte, et abbatem Sanctæ Genovefæ, priores Sancti Martini de Campis, Sancti Dionysii de Carcere, Sancti Juliani Pauperis, ordinis Cluniacensis, magistros et fratres hospitalis Hierosolymitani, ex altera, qui divina officia publice celebraverant, tempore quo dictus episcopus omnibus Parisiorum ecclesiis sacris interdixerat[1].

.... Datum Viterbii, idibus junii, pontificatus nostri anno secundo.

CCCXLVIII.

15 mart. 1266. Litteræ ejusdem papæ, quibus copiam facit episcopo Parisiensi, per subtractionem proventuum, dignitatum et beneficiorum, nonnullos prælatos, canonicos et rectores ecclesiarum ad residenciam compellendi.

.... Datum Perusii, idibus martii, pontificatus nostri anno secundo.

CCCXLIX.

22 et 23 sept. 1252. Tres litteræ, quibus Innocentius, papa IV, indulgens fratribus domus Dei de Braia facultatem extruendi capellam in eorum domo et campanam habendi, mandatum dat Parisiensi episcopo capellanum instituendi, privilegiumque exsequendum committit Belvacensi episcopo, abbati de Strata et H., archidiacono Carnotensi.

.... Datum Viterbii, x et xi kalend. octobris, pontificatus nostri anno decimo.

[1] Vide Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 457 et seq.

CCCL.

Jacobus Martelli, civis et draparius Parisiensis, empto nuper veteri monasterio quod inhabitaverant, Parisiis, ultra Magnum Pontem, in ripa Sequanæ, fratres Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, ibidem in illius sacra monasterii parte duas capellanias instituit, et utrique viginti libras Parisienses annui redditus, in manu mortua possidendas, assignat. 1 jun. 1319.

.... Anno Domini millesimo ccc° decimo nono, indictione secunda, mensis junii die prima, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis, pape XXII, anno tercio.

CCCLI.

Littera quod, cum rex Francie jus, quod ipse et quidam alii habebant in precio rerum venalium, usque ad certum tempus posuerit [in] suspenso, quod, propter hoc, non generetur prejudicium episcopo Parisiensi, quominus ad jus suum possit redire et eo uti post dictum tempus. 2 oct. 1312.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod, cum nos, pro utilitate publica, jus quod nos et quidam alii regni nostri habemus in precio rerum venalium, cum res ipsas pro nostris vel eorum necessitatibus capi contingit, usque ad certum tempus posuerimus in suspenso, nolentes quod, durante tempore hujusmodi suspensionis, nos vel aliqui alii, jus predictum habentes, jure ipso utamur, prout in ordinacionibus per nos nuper editis super prisiis plenius continetur, dilectusque et fidelis noster Parisiensis episcopus dictum jus in precio certarum rerum venalium asserebat se habere; nolumus quod predicto juri dicti episcopi, si quod habet, per ordinationes nostras predictas, quominus ad jus ipsum, tempore debito post lapsum terminum suspensionis predicte, possit redire et eo uti, prout ante suspensionem predictam, aliquod prejudicium generetur. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Datum Parisius, die secunda octobris, anno Domini MCCCXII°.

CCCLII.

Jun. 1287. Ranulphus, Parisiensis episcopus, institutionem capellaniæ, a Matthæo, abbate Sancti Dionysii et exsecutore supremæ voluntatis Guidonis Renart, factam in capella Bonorum Puerorum, prope portam Sancti Victoris Parisiensis, confirmat, et plura de capellani officio decernit[1].

.... Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, mense junii.

CCCLIII.

27 apr. 1330. Littera compositionis et ordinationis, facte inter curatos ville Parisiensis et confratres et administratores domus Sancti Sepulcri, *etc.*, super funeralibus decedentium et eligentium sepulturam in dicta domo.

Universis presentes litteras inspecturis, Hugo, permissione divina Parisiensis episcopus, decanus et capitulum Parisiensis ecclesie, salutem in Domino. Ad universorum notitiam tenore presencium deducimus, quod, in nostra, propter hoc, presentia personaliter constituti, Johannes, archipresbiter ecclesie Beate Marie Magdalene Parisiensis, procurator curatorum civitatis Parisiensis et suburbiorum ejusdem,... ad infrascripta sufficienter fundatus, nomine procuratorio dictorum curatorum, et pro ipsis ac eorum successoribus, necnon suarum ecclesiarum parrochialium, ex una parte, et Petrus de Loco Villari, civis Parisiensis, procurator magistrorum, fratrum, gubernatorum seu administratorum domus, seu hospitalis aut confratrie Sancti Sepulcri, Jerosolimitani vulgaliter nuncupati, de novo in magno vico Sancti Dyonisii Parisiensis fundati, nobis, decano et capitulo immediate subjecti,.... habens ad infrascripta potestatem competentem et mandatum speciale, ex altera; asseruerunt quod, cum dissensio esset orta seu oriri speraretur inter dictos curatos, quibus supra nominibus, ex una parte, et confratres ac administratores predictos, suis et dicti hospitalis nominibus, ex altera, super eo quod dicti administratores et confratres petebant a nobis, Hugone predicto, Parisiensi episcopo, certam quantitatem terre, in clausura dicti hospitalis existentem, benedici, ad opus cimiterii dicti hospitalis confratrumque ejusdem et aliorum volentium inibi eligere sepulturam; asserentes hoc debere fieri, maxime

[1] Edit. apud Bulæum, *Hist. Univ. Paris.*, t. III, p. 218 et seq.

attentis quibusdam litteris apostolicis super fundatione dicti hospitalis et exemptione ejusdem de novo concessis; prefatis curatis contrarium asserentibus, et dicentibus per plures rationes ab eisdem propositas hoc non esse faciendum, maxime cum hoc esset in enervationem et diminutionem suorum jurium parrochialium et suarum ecclesiarum predictarum; tandem dicte partes, ad evitandum inter se omnem materiam questionis et scandali, bonorum et prudentium intervenciente consilio, recognoverunt pacta et conventiones infrascriptas inter se fecisse et habuisse, videlicet : Quod, si aliquis parrochianus alicujus curatorum predictorum, sive sit de confratribus dicti hospitalis sive non, eligat sepulturam in dicto hospitali, ecclesia seu cimiterio ejusdem, antequam corpus dicti sic eligentis, si ipsum contingat decedere, valeat ad predictum hospitale deferri, oportebit quod, ante omnia, corpus sic defuncti sit asportatum ad suam parrochialem ecclesiam, et pro ipso sit missa ibidem celebrata, vel sit satisfactum per exequtores vel amicos dicti defuncti aut per dictos administratores et confratres curato dicti defuncti, modernis vel futuris, seu firmariis dicte ecclesie, vel dicti curati mandato, de juribus suis parrochialibus, aut quod ipsis sit data vel oblata super hoc sufficiens cautio per predictos amicos, exequtores, administratores seu confratres; et, si dictus curatus dictam cautionem competentem recipere forsitan recusaret, dicti amici, exequtores, administratores vel confratres possint dictam cautionem dare in manu episcopi Parisiensis, aut ejus officialis, vel dicti officialis locumtenentis, qui fuerit et qui pro tempore fuerint vel erunt; et, predicta cautione sic prestita, predicti administratores et confratres poterunt dictum defunctum in hospitali, ecclesia, seu suo cimiterio predictis libere inhumare. Asseruerunt insuper quod inter ipsas partes actum fuerat et expresse concordatum, quod de oblacionibus, pannis, eguis, luminaribus, que cum dicto defuncto ad predictum hospitale contigerit deferri, vel circa ejus exsequias poni, vel ibidem offerri, corpore presente, predictus curatus suus medietatem integraliter et sine fraude habebit et habere debebit tantummodo, et alia medietas penes dictum hospitale remanebit; salvo tamen quod curatus nichil percipiet in pannis et luminaribus confratriarum, sine fraude, circa exsequias defuncti positis. Et, premissis mediantibus, prenominatus procurator dictorum curatorum,

nomine procuratorio predicto, pro dictis curatis et eorum successoribus ac suis ecclesiis parrochialibus predictis, voluerat et expresse consenserat, et etiam in presentia nostra voluit et consensit, quantum in eo erat, quod predicti administratores ac predictum hospitale habeant habereque possint in ipso hospitali cimiterium, dum tamen clausura seu ambitus dictorum hospitalis et cimiterii quantitatem terre in litteris apostolicis comprehensam, videlicet unum arpentum terre et centesimam partem unius arpenti, non excedant. Consensit insuper dictus procurator, quibus supra nominibus, et adhuc consentit, coram nobis, quod dicti administratores possint in ecclesia, hospitali et cimiterio predictis recipere volentes inibi eligere sepulturam, et eos in eisdem sepelire, salvis sibi et refusis omnibus supradictis.... Et nos Hugo, miseratione divina Parisiensis episcopus, et decanus capitulumque supradicti, facta super premissis per nos inquisitione diligenti, repertuque quod premissa omnia et singula ad honorem et utilitatem partium, ecclesiarum et hospitalis predictorum facta sunt, ea omnia et singula volumus, laudamus, approbamus, et etiam ex certa scientia confirmamus, nostram in premissis omnibus et singulis auctoritatem interponentes pariter et decretum. Tenor vero instrumenti procuratorii, de quo supra fit mentio, talis est :

29 mart. 1330. In nomine Domini. Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter, quod, anno ejusdem Domini MCCC° vicesimo nono, indictione tertia decima, die XXIX mensis marcii, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis, divina Providentia pape vicesimi secundi, anno quarto decimo, in presentia mei notarii publici et testium subscriptorum personaliter constituti, viri venerabiles et discreti, domini et magistri Johannes de Combellis, Sancti Judoci; Leo, Sancti Andree de Arcubus; Durandus, Sancti Germani Veteris;... Petrus, Sancte Crucis; Rigaldus, Sancti Eustachii; Petrus, Sancti Bartholomei et Sanctorum Egidii et Lupi; Guillelmus, Sancte Genovefe Parve; Petrus, Sancti Hylarii;... Thomas, Sancti Petri ad Boves,... et Dyonisius, Sancti Salvatoris,... parrochialium ecclesiarum Parisiensium curati, dilectos suos dominos et magistros Johannem, dictum Bourgois, Sancti Severini, et Johannem, Beate Marie Magdalene archipresbiteros, et Johannem, dictum Casse, Sanctorum Innocentium, Parisiensium ecclesiarum,

curatos, suos fecerunt, constituerunt et ordinaverunt veros, certos et legitimos procuratores et nuntios speciales, et eorum quemlibet in solidum, *etc.* Item, anno, indictione, mense et pontificatu predictis, die ultima mensis marcii,... dominus Nicolaus, curatus Sancti Petri de Arsiis, Parisius, fecit et constituit, suo et dicte ecclesie sue nomine, dictos dominos archipresbiteros et curatum Sanctorum Innocentium procuratores suos, et eorum quemlibet in solidum, ad premissa omnia et singula facienda, *etc.* Preterea, anno, indictione, mense, die et pontificatu ultimo dictis,... dominus Adam, curatus Sancti Gervasii, fecit et constituit, suo et ecclesie sue nomine, predictos dominos archipresbiteros et curatum Sanctorum Innocentium procuratores suos, et eorum quemlibet in solidum, ad faciendum omnia et singula supradicta, *etc.* 31 mart.

Suit un acte en français, du jeudi 8 déc. 1328, reçu par deux notaires du Châtelet, par lequel Étienne de Vendôme et Pierre de Lieuviller, bourgeois de Paris, sont constitués procureurs fondés de pouvoirs de la maison et confrérie du Saint-Sépulcre, par « Jehan de Montcornet et Jehan de Pons, maistres, frères et gouverneurs de l'ospital et de la confrarie de Saint-Sépulcre de Jhérusalem, establiz à Paris, Nicolas Quipye, Robert Fierumort, Renaut des Portes, Lorenz d'Aire, Estienne le Potier, Guillaume Tusae, bourgeois de Paris, monsieur Rogier Malouet, prestre, Guillaume le Grant, fourbisseur le roy, Pierre l'Alement, Guillaume de Hez, Symon de Borrent, Arnoul de Clèrefontaine, Symon d'Yvry, Jehan de Noisi, Jehan de la Chapelle, Yvon le Breton, Guillaume Quentaiz, Rogier le chaucier, Jehan le chandelier, Jehan Rigôlet, Thommas de Maule, Gieffroy d'Orliens, Lorenz François, Ferri l'aumucier, Richart Langlois, Jehan le Lonc, orfévre, Jehan Bruniau, Raoul le Grant, charbonier, et Philipot le Pignié, ferpier, tous frères de ladicte confrarie et dudict hospital. »

.... Datum et actum Parisius, anno Domini millesimo ccc° tricesimo, vicesima septima die mensis aprilis.

CCCLIV.

Litteræ Johannis, papæ XXII, quibus Hugonem, Parisiensem episcopum, ideo absolvita juramento, quod ille, dum jus canonicum disceret, præstiterat de privilegiis et immunitatibus Universitatis Parisiensis observandis, ut idem episcopus jurisdictionis suæ officium in scholares ejusdem Universitatis delinquentes exercere libere valeat[1]. 1 mai 1330

.... Datum Avinione, kal. maii, pontificatus nostri anno quarto decimo.

[1] Edit. apud Bulæum, *Hist. Univ. Paris.*, t. IV, p. 226.

CCCLV.

5 apr. 1331. Bulla qua, cum delata esset ad Johannem, papam XXII, controversia quæ orta erat inter Hugonem episcopum et Universitatem Parisiensem, propter multam quadringentarum librarum, a dicto episcopo impositam Johanni le Fourbeur, clerico, raptus mulieris cujusdam reo, idem summus pontifex omnes processus partium ad nihilum redigit, et dimidiam multæ partem pauperibus Sorbonæ scholaribus, alteram bursariis collegii Bonorum Puerorum, prope portam Sancti Victoris, tribuendam decernit[1].

.... Datum Avinione, nonis aprilis, pontificatus nostri anno quinto decimo.

CCCLVI.

17 et 23 jul. 1331. Duæ chartæ Johannis Marini, canonici Sancti Germani Autissiodorensis, receptoris Parisiensis episcopi, quibus testatur se tradidisse pauperibus Sorbonæ scholaribus dimidiam partem, et collegio Bonorum Puerorum Sancti Victoris alteram dimidiam partem multæ quadringentarum librarum, quam Hugo, Parisiensis episcopus, receperat a Johanne le Fourbeur, clerico[2].

.... Anno Domini MCCCXXXI°, indictione XIV, die decima septima, et die martis vigesima tertia julii, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis, divina providentia pape XXII, anno XV.

CCCLVII.

6 jun. 1330. Hugo, Parisiensis episcopus, mensæ episcopali dono dat feodum suum, quod dicitur terra Roberti de Issiaco, apud Sanctum Clodoaldum situm; quod quidem onerat decem libris Parisiensibus, annuatim a capitulo Parisiensi percipiendis; ea conditione adjecta, ut missa solemnis celebretur, annis singulis, pro dicto episcopo, ad majus altare ecclesiæ Parisiensis, die crastina festi Sanctissimi Sacramenti; quæ missa, vivente episcopo, erit de Spiritu Sancto, illo autem defuncto, de *Requiem* missa.

.... Datum et actum anno Domini MCCCXXX°, die mercurii ante dictum festum Sacramenti.

[1] Sequitur in codice alia bulla, eodem die data, qua superiorem bullam Johannes XXII exsequendam mandat archipræsuli Remensi, et Sancti Germani Pratensis Sanctique Victoris Parisiensis abbatibus. Utramque bullam edid. Bulæus, *Hist. Univ. Paris.*, t. IV, p. 226-228.

[2] Edit. apud Bulæum, ibid., p. 228-229.

CCCLVIII.

Nicolas Arrode, Jean de Préaus et Jacques de Préaus, déclarent avoir vendu à Hugues de Besançon, évêque de Paris, moyennant trente livres, les trois quarts d'un fief situé sur le port de Conflans, et consistant en cent treize sous parisis de rente annuelle. 28 jan. 1331.

.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil trois cens trente et un, le vendredi vingt et huit jours ou mois de juing.

CCCLIX.

Hugo, Parisiensis episcopus, e centum et tredecim solidis, nuper emptis a se apud Confluentes, septuaginta tres solidos concedit annis singulis distribuendos illis qui Prophetiæ decantationi intererunt, in prima missa diei festi nativitatis Domini; ita ut quilibet eorum habeat quatuor denarios; residuum vero dicti redditus annui, centum et tredecim solidorum, successoribus suis Parisiensibus episcopis relinquit. 20 dec. 1331.

.... Datum in capitulo generali, anno Domini MCCC° tricesimo primo, die veneris in vigilia festi beati Thome apostoli, in dicta Parisiensi ecclesia, more solito celebrato.

CCCLX.

Maitre Pierre Larchier, par l'intermédiaire d'un procureur, se désiste de la poursuite intentée par lui contre Jean de Nant, évêque de Paris, et contre Jean de Celsby, parce que ledit évêque avait mis ce dernier en possession et saisine de la maladrerie de Pomponne, près de Lagny-sur-Marne, que ledit Pierre Larchier avait d'abord prétendu lui avoir été assurée par le prédécesseur de Jean. 4 mart. 1428.

.... Fait le IIIe jour de mars mil CCCC vint-sept.

CCCLXI.

Littera regia concessa domino episcopo Parisiensi, super eo quod jus suum remanet salvum in fossato insule Beate Marie Parisiensis et in riparia Secane. 18 jan. 1360.

A tous ceulz qui ces présentes lettres verront, le prévost et eschevins de la ville de Paris, salut. Nous avons receu les lettres de nostre cher et redoubté seigneur, monseigneur le duc de Normendie

et dalphin de Viennois, régent le royaume, contenant la fourme qui s'ensuit :

30 nov. 1359. Charles, ainsné filz du roy de Francе, régent le royaume, duc de Normandie et dalphin de Viennois, savoir faisons à touz présents et à venir que, comme nostre amé et féal l'évesque de Paris, conseiller de monseigneur et le nostre, se soit dolus de ce que, de nouvel, le prévost des marchans et les eschevins de la ville de Paris ont fait faire un fossé en l'iaue qui queurt ad présent au travers de l'ille Nostre-Dame, à Paris, ou dommaine, seignorie et justice haulte, moyenne et basse dudit évesque, à cause de sondit évesehié, et aussi ont fait fiehier grant quantité de pieux en l'eauue dudit évesque, en Saine, au travers entre ladite ille et les murs de Paris, pardevers Saint-Victor[1], sur lesquelz l'en pourroit faire pons, moulins et peseheries; lesquelles choses ne devoient estre faites sanz le congié, voulenté et licence dudit évesque, si eomme il disoit; nous, de certainne science, et du povoir et auctorité de monseigneur, dont nous usons ad présent, disons et déclairons par la teneur de ces présentes lettres, que, pour l'éminent et évident péril des guerres qui à présent sont ou royaume, et mesmement environ ladite ville de Paris, et aussi pour la clousture, garde et deffense d'icelle, pour le proufit de monseigneur, de nous et de la chose publique, et pour mieux obvier et résister auz ennemis dudit royaume, ledit fossé a esté fait et lesdiz pieux fichiez en ladite eauue de Saine, et non mie pour aucun singulier proufit que monseigneur et nous y entendons à avoir ou acquérir, ou que pour ce aucun nouvel droit nous y soit acquis ou engendrez, orez ne ou temps à venir, ou préjudice dudit évesque, de sondit éveschié, ne de la signorie et justice d'icellui. Mais, se il avenoit que aucuns pons, moulins ou pescheries y fussent ou estoient faiz ou temps à venir, nous voulons et consentons que le droit dudit évesque et de ses successeurs, évesques de Paris, y soit sauf et gardez entièrement à touz jours; et que il en puissent jouir et user paisiblement, sanz aueun délhat ou empeschement, eomme de leur demainne, tout aussi comme il peussent faire par avant ce que les choses dessusdites eussent esté faites. Et que ce soit ferme chose et

[1] Tout cela avait eu lieu en 1356 et 1357, lorsque Étienne Marcel avait agrandi l'enceinte et refait les fortifications de Paris.

estable à touz jours, nous avons fait mettre nostre seel à ces lettres, sauf en autre chose le droit de monseigneur et de nous, et l'autrui en toutes. Ce fu fait au Louvre-lez-Paris, le derrenier jour de novembre, l'an de grâce mil ccc cinquante et neuf.

Lesquelles lettres veues, nous voulons, consentons et accordons les choses contenues esdictes lettres, en tant comme il touche ladicte ville de Paris, audit évesque et à ses successeurs, évesques de Paris. En tesmoing de ce, nous avons fait mettre à ces lettres le seel de la marchandise de ladicte ville de Paris, qui furent faites le XVIIIe jour de janvier, l'an de grâce mil ccc cinquante et nuef.

CCCLXII.

Procès-verbal dressé par Pierre Burnoust, huissier du parlement, qui atteste s'être transporté à Conflans-Sainte-Honorine, et là, assisté de Jean Paume-Vaire, châtelain, et d'Hervy de Centnoys, prévôt dudit lieu, avoir donné main-levée de l'opposition mise au payement de quarante-deux livres parisis, que l'Hôtel-Dieu percevait auparavant sur le péage de Conflans, et en avoir investi le procureur d'Amaury de Mainhac, évêque de Paris, en vertu d'une commission particulière du roi, du 4 décembre 1370, et d'un arrêt du parlement rendu le 28 novembre de la même année, entre l'Hôtel-Dieu et ledit évêque. 8 dec. 1370.

.... Le dymanche VIIIe jour de décembre l'an mil CCCLXX.

CCCLXIII.

Charles, roi de France, considérant que l'évêque de Paris a consenti à l'amortissement de divers héritages situés à Tournant et à Torcy, autrefois estimés à sept cents livres de rente, lesquels, achetés par le roi, ont été donnés par lui au chapitre de l'église collégiale de son château de Vivier en Brie, pour lequel amortissement le roi s'était engagé à assigner en lieu convenable, pour ledit évêque et ses successeurs, une rente annuelle et perpétuelle de quarante livres, donne audit évêque, en exécution de sa promesse, un grand hôtel, avec cour, jardins, viviers, etc., situé à Gentilly, près Paris. Aug. 1371.

.... Ce fu fait et donné en nostre chastel du Louvre-lez-Paris, l'an de grâce MCCCLX et onze, et de nostre règne le VIIe, ou mois d'aoust.

CCCLXIV.

1207. Odo, Parisiensis episcopus, ne ecclesiæ Sancti Germani Autissiodorensis, ex institutione capellæ in elemosynaria Crucis Reginæ, præjudicium oriatur, decernit nullam in dicta capella fore campanam, nullos in cœmeterio dictæ capellæ adjacente sepeliendos, nisi peregrinos et pauperes in dicta elemosinaria receptos, etc.[1]

.... Actum anno incarnati Verbi MCC° secundo, pontificatus nostri anno sexto.

[1] Edit. apud Felibianum, *Hist. de Paris*, t. III, p. 73, et *Annal. Præmonstr.*, t. II, pr., col. 600.

ECCLESIÆ PARISIENSIS CHARTULARIUM

PARS QUARTA

SIVE

PARVUM CHARTULARIUM

PARVUM CHARTULARIUM.

I.

Littera regis de redditione curie des Bourdons. Dec. 1284.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod, cum Egidius Bordon, civis Parisiensis, ad nostram curiam adjornari fecisset Adam Bordon, fratrem suum, hospitem dilecti et fidelis nostri episcopi Parisiensis, de terra ipsius episcopi Parisiensis; ac ipsius Egidii in nostra curia peticione proposita, antequam dictus Adam dicte petitioni responderet, fuisset ex parte dicti episcopi de dicto Adam, hospite suo, sua curia sufficienter repetita; dictusque Adam, post repetitionem curie predictam, interrogatus an vellet super facto proposito in nostra curia respondere, dixisset quod sic, ac deinde peticioni respondisset, parte dicti episcopi cum instantia suam curiam repetente et dicente, quod per responsionem dicti Ade, post factam, ut dictum est, curie repetitionem, non amittebat nec debebat amittere suam curiam, cum predictus hospes suus sibi non posset facere prejudicium, post repetitam curiam respondendo, secundum usum et consuetudinem Parisius observatam; gentibus nostris et pluribus aliis e contra dicentibus, quod, quia dictus Adam erat libera persona, in curia nostra, in qua sponte responderat, debebat et poterat litigare; demum, intellecta aprisia per relationem prepositi nostri Parisiensis super usu hujusmodi facta, per judicium nostre curie reddita fuit sua curia dicto episcopo de suo hospite supradicto. In cujus rei testimonium, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini mcc° octogesimo quarto, mense decembri.

II.

Littera regis Philippi, in alba cera, super explectatione et collectione omnium subditorum episcopi Parisiensis, de assisia ipsius regis pro facto guerre suę. 21 nov. 1296.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, preposito nostro Parisiensi, vel ejus locum tenenti, salutem. Circa levandam et explettandam assisiam quam nuper, pro facto guerre nostre, sub certa forma in prepositura tua

duximus imponendam, in locis et terris dilecti et fidelis nostri Parisiensis episcopi, in quibus altam et bassam habet justitiam, modum qui sequitur per te volumus observari, videlicet : Quod tu eumdem episcopum vel ejus gentem requiras, ut in terris et locis hujusmodi, tam in mercatis quam alibi, de quibus tibi expedire videbitur, presentibus nostris gentibus, omni dilacione postposita, faciant publice proclamari ut sui subditi dictam assisiam, secundum edite super hoc ordinationis nostre tenorem, solvant deputatis ad hec receptoribus a nobis, qui, presentibus gentibus ipsius episcopi, tibi vel a te deputandis, jurabunt quod fideliter et utiliter, omni fraude et dolo remotis, ad opus nostrum exigant, expletfent et colligant ab omnibus subditis ipsius episcopi assisiam antedictam. Quos siquidem receptores, ad id per sua juramenta, ut premittitur, obligatos, eidem episcopo vel ejus gentibus presentabis, quibus idem episcopus a suis subditis pareri in premissis faciet et intendi; alioquin, si eum in premissis reppereris negligentem, tu, in ejusdem episcopi deffectum, sine alterius expectatione mandati, premissa omnia et singula, cum qua celeritate poteris, exequaris, juxta traditam tibi formam. Actum Pontisare, die xxi^{a} novembris, anno Domini mcc^{o} nonagesimo sexto.

III.

25 apr. 1301. Littera regis Philippi, in alba cera, super eo quod prepositus de Meleduno in feodo ville de Campellis in Bria nitebatur jurisdictionem exercere.

Philippus, Dei gratia Francorum rex, ballivo Senonensi vel ejus locum tenenti, salutem. Conquestus est nobis dilectus et fidelis noster episcopus Parisiensis, quod, cum prepositus et capitulum ecclesie de Campellis in Bria villam de Campellis et omnimodam jurisdictionem ipsius ville ab eodem episcopo teneant in feodum, ratione cujus feodi, homines dicte ville debent et tenentur, ut dicitur, coram eodem episcopo vel ejus ballivo, in causis appellationum et ressorti ac superioritatis respondere; nichilominus, prepositus de Meleduno in dicto feodo suam jurisdictionem exercere nititur, et homines dicte ville, in causis appellationum ressorti et superioritatis ad dictum episcopum spectantibus, coram eo respondere compellit indebite et injuste, ac in prejudicium dicti episcopi non modicum et gravamen, licet idem episcopus seu ejus ballivus paratus existat, ut dicitur, de dictis hominibus omni-

bus conquerentibus de ipsis, secundum naturam dicti feodi et prout hactenus extitit consuetum, exhibere justitie complementum. Quare vobis mandamus quatenus, si de hiis vobis constiterit, ut premittitur, a compulsione hujusmodi indebita dictum prepositum de Meleduno desistere et cessare faciatis omnino, ut jus, ratio et consuetudo loci suadebunt, et ad dictum episcopum noveritis pertinere; non permittentes dictum episcopum seu ejus ballivum super hoc ab aliquibus de cetero indebite molestari. Actum Parisius, die sabbati in festo beati Marci evangeliste, anno Domini MCCC° quarto.

IV.

5 nov. 1335. Guillelmus episcopus et capitulum Parisiense, inter se litigantes, præcipue de jurisdictione capituli et ecclesiæ, et de cereis, pannisque sericis deauratis, sibi, occasione exsequiarum Johannis, papæ XXII, et Guillelmi de Sancta Maura, Franciæ cancellarii et canonici Parisiensis, oblatis, in dominum Guidonem Baudeti, utriusque juris professorem, canonicum Parisiensem et postea episcopum Lingonensem, compromiserunt. Hoc pactum, sic initum die jovis post festum beati Bartholomæi, anno 1335, sententiamque inde latam approbavit rex Philippus VI, approbationemque suam notam fecit parlamento suo diplomate quodam, gallice scripto apud Luparam, ultima die mensis decembris, anno 1336. Susceptis igitur judicis partibus, sibi a dicto compromisso delatis, Guido Baudeti sententiam suam protulit his verbis[1] :

.... In primis prefatus dominus episcopus dicit de voluntate nostra, quod numquam dixerat coram gentibus regium parlamentum tenentibus, nec alibi dici seu proponi fecisse recolebat, quod in decanum et capitulum predictos singularesque ipsius capituli canonicos et personas juridicionem haberet. Sed, si aliquis advocatorum seu procuratorum ipsius episcopi dixit hoc seu proposuit, illud dictus episcopus non advoavit nec advoat, nec habuit ratum seu gratum nec habet; pronunciatio quam cum[2] concernit juridictionem et remissionem subditorum, et quod, temporibus quibus in capitulo et ecclesia conversatus extitit, scilicet per viginti sex annos et amplius, vidit et audivit dictos decanum et capitulum, ipsiusque capituli singulares personas se tenere et gerere publice pro exemptis a juridictione ipsius episcopi predecessorumque suorum, episcoporum Parisiensium, et quod pro talibus communiter se tenebant et gerebant; item, quod dictis temporibus, scilicet

[1] Has chartas se vidisse testatur Philippus VI, jun. 1337.
[2] Locus corruptus.

per viginti sex annos et amplius, vidit quod omnes et singuli de choro Parisiensis ecclesie.... ac ceteri familiares decani et capituli ac canonicorum singularumque personarum dicti capituli se tenebant publice pro exemptis a juridictione episcopi Parisiensis predecessorumque suorum, episcoporum Parisiensium, et pro talibus communiter se tenebant; sic tamen quod, si etiam in presenti delicto, in juridictione dicti episcopi commisso, aliave de causa aliquem seu aliquos de choro dicte ecclesie seu de familiaribus antedictis capi seu arrestari, citari vel vocari contingeret per officialem curie Parisiensis, servientes seu gentes alias episcopi memorati, reddi et restitui consueverunt incontinenti decano et capitulo seu canonicis et personis Parisiensis ecclesie, quorum seu cujus erant familia, seu gentibus eorumdem, ad eorum simplicem requisitionem, pro justitia coram eis et per eosdem, de ipsis existentibus de choro, ut premissum est, ac ceteris familiaribus facienda. Item, quoad pannos deauratos et sericos, qui fuerunt in dicta ecclesia Parisiensi, in exequiis felicis recordationis domini Johannis, pape vicesimi secundi, et Guillelmi de Sancta Maura, quondam Francie cancellarii, ordinamus et prouuntiamus, quod restituautur fabrice dicte ecclesie, et quod tales panni et alii quicumque, qui de cetero deferantur ad dictam ecclesiam, sint dicte fabrice, et quod accipiantur et leventur per illos duos magistros fabrice, canonicos Parisienses, qui sunt et erunt deputati pro dicta fabrica, unum scilicet per episcopum et alium per decanum et capitulum predictos, vel per deputatos a dictis duobus magistris, convertendi in utilitatem dicte fabrice, et quod sic imperpetuum observetur. Item, ordinamus et pronuntiamus, quod cerei seu torchie, quos contingeret offerri in obsequiis corporum presentinm sen representatorum, in brochiis vel alias, ante imaginem beate Marie, juxta eam, circumquaque eam, et in honorem ipsius ymaginis que est circa introitum chori, a parte dextra inferiori ipsius chori, erunt semper dicti domini episcopi. Item, ordinamus et pronuntiamus, quod omnes torchie et omnia luminaria existentes seu existentia in altare, scilicet in parte superiori, in capicio, a magno pillare juxta pennam, usque ad aliud pilare, circumcirca magnum et parvum altaria, ac etiam super duo hostia tranversalia dicti capicii, sive sint in brochiis ibi existentibus sive alibi, in loco tamen predicto, erunt semper dicti episcopi.

Item, ordinamus et pronuntiamus, quod torchie seu cerei, qui vel que offerentur extra funeralia in altum, desuper ymaginem beate Marie virginis, ubi sunt suspense camisie, prope pulpitum ubi cantatur evangelium, erunt semper dicti domini episcopi. Item, ordinamus et pronuntiamus, quod capicerius cereos et luminaria, quos et que ponet in anniversariis defunctorum, tociens quociens ponet, eos et ea reportabit, sicut reportat plura alia in dicta ecclesia, de quibus habet certum emolumentum. Item, ordinamus et pronuntiamus, quod capicerii debeant dare singulis capellanis, quando volunt celebrare missas suas in altaribus suis, unam candelam, de quibus dantur tres pro uno denario; omnes vero candelle, ubicumque offerentur in ecclesia Beate Marie, sunt episcopi Parisiensis, sicut in Pastorali continetur [1]. Item, ordinamus et pronuntiamus, quod, si in platea, infra gradus per quos ascenditur ad magnum altare, licet sit seu dicatur capitium, aliqui cerei in candelabris ponantur, in parte inferiori, super tumbis deffunctorum, pro eorum anniversariis, per amicos vel executores deffunctorum vel alios quoscumque, et non in superiori parte, ipsi cerei et luminaria erunt capituli, pro ipsis canonicis, presbiteris Parisiensibus et vicariis deservientibus majori altari, tam presentibus quam absentibus; sed, si capicerius eos et ea ponat, tociens quotiens eos et ea ponet, eos et ea reportabit. Item, ordinamus et pronuntiamus, quod omnes torchie et luminaria que fuerunt in dictis exequiis, tam corporis presentis quam representati, et tam supra pennam quam etiam in choro dicte ecclesie et extra chorum et in ipsius ecclesie qualibet parte, in quocumque loco seu locis, de quibus superius expressa mentio pro dicto episcopo non habetur, erunt capituli, pro canonicis, presbiteris et vicariis majori altari in dicta Parisiensi ecclesia deservientibus, distribuendis inter ipsos, tam presentes quam absentes, et quod de cetero tales torchie.... eruut capituli. De luminari autem quod consuetum est poni in dicta ecclesia Parisiensi, in militiis filiorum regum et baronum, cum de hoc plane non fuerimus informati, supersedimus ad presens, reservantes nobis potestatem ordinandi de ipsis. De juridictione autem ecclesie Parisiensis, dicimus et ordinamus, quod a primo inferiori gradu per quos ascenditur ad magnum altare, et circumcirca magnum et

[1] Vide supra, t. II, cap. CXXVII, p. 488.

parvum altaria, infra tamen clausgram que ibi est, et non extra, tota juridictio est et erit domini episcopi supradicti. In via autem juxta ipsos gradus, per quam itur de uno hostio ferreo ad aliud hostium de transverso, erit preventio inter episcopum et capitulum, ut qui in dicta via primo pervenerit, ille habeat juridictionem; si vero simul concurrerint, simul juridictionem habebunt. A via autem antedicta existente inter duo hostia exclusive, versus chorum, et in choro, et in omnibus et singulis dicte ecclesie partibus specialiter et expresse episcopo non reservatis, correctio et punitio ac etiam omnimoda juridictio delinquentium, tam clericorum quam laicorum, ad ipsos decanum et capitulum spectat et spectare debet. Item, ordinamus et pronuntiamus, sicut in Pastorali continetur[1], scilicet quod super custodia ecclesie Parisiensis in vigilia et nocte assumptionis beate Marie virginis, et statuimus quod, in dictis vigilia et nocte, custodia ipsius ecclesie et justitia delinquentium tunc in eadem ad dictum solum episcopum pertinet, excepto dumtaxat choro dicte ecclesie; hoc addito, quod servientes dictorum decani et capituli, deputati ab eisdem tunc ad custodiendum claustrum et eorum partem parvisii ad eos pertinentem, possunt etiam armati facere transitum, eundo et redeundo tantummodo, per dictam ecclesiam ad claustrum et ad parvisium et etiam ad chorum; non tamen quod dictam ecclesiam tunc custodiant, nec etiam aliquem in eadem capiant, nec aliquam etiam tunc justitiam exerceant, excepto choro, in quo dicti servientes capituli et etiam proprii servientes canonicorum poterunt ad dictum chorum accedere, causa visitandi et custodiendi canonicos et alios tunc divino servicio mancipatos; hoc etiam addito, quod, si contingeret aliquem de choro vel de familia capituli vel canonicorum tunc in dicta ecclesia delinquere, episcopus vel servientes ejus non propter hoc justiciabunt predictos, sed solum capitulum et canonici predicti; et, si contingeret quod, propter hujusmodi delicta, eos caperent, ipsos incontinenti, cum fuerint requisiti, tenebuntur reddere dictis decano et capitulo et canonicis antedictis, et per eos justicientur in universis. Item, ordinamus et pronuntiamus, quod episcopus Parisiensis habeat jura consueta in dicta ecclesia, videlicet sedem suam et jus de celebrandis synodis suis in eadem et de gradationibus faciendis,

[1] Vide supra, t. II, cap. CXXVII, p. 486.

et ordinibus conferendis et aliis omnibus que ad ordinem pontificalem spectant, et que Parisienses episcopi, ratione ordinis pontificalis, facere consueverunt. De gradibus autem per quos descenditur de ecclesia in curiam episcopi, seu officialis sui, ordinamus et pronuntiamus, quod super ipsis gradibus episcopus juridictionem exercere valeat, et malefactores capi facere, quociens casus se obtulerit et sibi placuerit, excepto quod gentes capituli lusores ad taxillos amovere seu amoveri seu significari facere poterunt, secundum quod casus requiret, et idem poterunt facere gentes dicti domini episcopi. De oblationibus autem in massa, ac ymaginibus aureis et argenteis, et figuris quibuscumque, que fient in dicta Parisiensi ecclesia, dicimus et ordinamus, quod tales oblaciones sunt et esse debent fabrice ecclesie Parisiensis, exceptis dentibus et filis aureis et argenteis, si qui ponantur vel offerantur in dicta ecclesia, qui erunt dicti domini episcopi, et exceptis cordibus aureis et argenteis, si qua offerantur ibidem, que dividentur inter dominum episcopum et fabricam communiter. De insula autem Secane que vocatur insula Beate Marie, et primo de emolumentis curanderiorum telarum in ipsa insula, dicimus et pronuntiamus et declaramus, quod episcopus habere debet, et sic consuevit, omnia emolumenta curanderiorum telarum, a superiori parte ipsius insule versus campos, usque ad certos gradus deversus Sanctum Bernardum, transversaliter vicum Mortalerie, et capitulum in residuo dicte insule. Et intendimus personaliter accedere ad dictam insulam, et eam cum ipsis plateis subjicere oculis nostris; et post in ea faciemus poni metas seu bonnas, et declarabimus melius et plenius que fuerint declaranda. De emolumentis autem pascuorum animalium in dicta insula depascentium, etc., potestatem ordinandi penes nos reservavimus et reservamus. De falcatione autem herbe ipsius insule, dicimus et pronuntiamus, quod ad dictos decanum et capitulum solos et in solidum pertinet. De juridictione vero dicte insule dicimus, pronuntiamus et ordinamus ipsam in rebus dumtaxat in quibus pronuntiavimus et ordinavimus, et mettas seu bonnas ponemus, et declarabimus emolumenta curanderiorum telarum ad dominum episcopum pertinere, ad ipsum etiam dictam juridictionem pertinere debere; in omnibus autem aliis rebus et casibus dicimus et pronuntiamus, quod jurisdictio omnimoda ad dictos deca-

num et capitulum pertinebit. Tamen de emolumentis pascuorum animalium in dicta insula depascentium, etc., potestatem ordinandi penes nos reservavimus et reservamus, ut superius est expressum. Item, de modo scribendi decano et capitulo per dictum episcopum, quando confert prebendam Parisiensem, ordinamus quod sic fiat : *Guillelmus, Dei gratia, Parisiensis episcopus, dilectis nobis in Christo decano et capitulo Parisiensi, salutem in Domino. Cum contulerimus, etc., mandamus quatenus recipiatur, etc.* Hec autem omnia supradicta ordinavimus, pronuntiavimus et declaravimus in pleno capitulo Parisiensis ecclesie, ad sonum campane congregato, loco et hora consuetis, presentibus.... anno Domini millesimo ccc° xxxv°, indictione v^a^, mensis novembris die v^a^, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri, domini Benedicti, divina providentia pape XII^i^, anno i°, presentibus, *etc.*

V.

XIVe siècle. S'ensuivent les droiz, franchises et libertez appartenans à l'éveschié de Paris, tant en la ville de Paris comme dehors.

Premièrement, monseigneur l'évesque est en protection et sauvegarde du roy nostre sire, pour ce que ladite église et éveschié fu fondée et douée du roy de France, et de son propre patrimoingne, et délaissa le royaulme à son frère moins né, pour venir en ladite église, de laquelle il fu évesque [1]. Et, avant ce que il le fust, il fonda ladite église du propre patrimoingne du royaume; et, pour ce, ledit évesque est viconte de Paris et de la visconté; et est cest article tout notoire ou parlement, ouquel il a esté souvent proposé, toutesfoiz que le cas y est escheu.

Item, que par la noblesse de ladite fondacion, le prévost de Paris doit faire serment audit évesque; et ce apperra par les priviléges et chartres d'icellui évesque.

Item, que pour cause de ladicte fondacion, toutesfoiz que le roy et le prévost de Paris font appeller gens de leurs droiz, en iceulx appiaux et banissemens qui s'en ensuivent, ledit évesque est compris aux cris qui se font de jour en jour, et de ce est ledit évesque en saisine.

[1] Étienne Ier de Senlis (1123-1142), qu'une fausse tradition faisait fils de Philippe Ier ou de Louis le Gros. Sur cette tradition, voyez plus bas, p. 309.

Item, ledit évesque a son pris à Paris à poissons et à autres choses.

Item, ledit évesque, son baillif, gens, officiers, hostes, justiciables ne sont tenus de plaider par-devant aucuns justiciers, fors que en parlement, par-devant tracteurs donnés du roy audit évesque; et de ce est-il privilliége.

Item, le baillif et prévost dudit évesque ne soit tenuz d'aler au mandement du parlement en Chastelet ne ailleurs, contre ceulx qui de riens ne sont ses subgiez, mais sont purs voisins. Et se aucun débat meut entre eulx, ils doivent assembler en aucun certain lieu amiablement, comme voisins, pour traictier et accorder de leursdiz débas.

Item, le baillif et procureur dudit évesque se foudent par les robes dudit évesque en parlement et ailleurs, où ils doivent aller, et comment que la fondation desdictes robes soyent du corps et pareilles dudit évesque.

Item, toutes fois que le baillif dudit évesque donne une sentence, et partie en appelle en parlement, et il est dit *mal fu jugié*, ledit évesque ne son baillif n'en paient point d'amende; et se il est dit par le parlement *bien jugié*, ledit évesque y a LX livres d'amende: de cest article est en parlement venu, ou temps de l'évesque d'Aucerre, nouvel empeschement.

Item, le[baillif et prévost du]dit évesque ne sont tenuz de deffendre leur jugié ou sentence; et se pour ce ils sont adjournez, ilz ne sont tenuz fors que de eulx présenter oudit parlement.

Item, que, par la noblesse de ladite fondacion, ledit évesque a en la ville de Paris la tierce partie; et bien il appert que dedenz le Chastellet de Paris, et partout ailleurs, à Paris, où les boistes sont à recevoir les coustumes, ledit évesque met gens de par lui, qui reçoivent, ou nom de lui et pour lui, les proffiz et émolumens de la tierce sepmaine, en significacion de la tierce partie que il y a, dont il est en saisine paisiblement. Sur ce soit mandé ceulx qui tiennent les boistes à ferme.

Item, et par ycelle noblesse, ledit évesque a à Paris XVII personnes, qui ont XVII de ses mestiers, comme drappiers, pelletiers, espiciers, orfévres[1], etc., lesquels, à cause de ladite fondacion, doivent estre frans et quittes de toutes tailles, impositions, et de toutes autres ser-

[1] Voir plus haut le diplôme de Philippe Auguste, t. I, p. 122, chap. CXLV.

vitutes, quelles que elles soient, establies en la ville de Paris; et ce appert par privilége.

Item, ledit évesque a à Paris, par deniers et mailles, VI livres parisis de menuz cens ou environ, ventes et saisines.

Item, il a en ladicte ville de Paris certains fiefs, portant rachaz et quins deniers, quant les cas ilz eschient.

Item, ledit évesque a en la ville de Paris toute justice, haulte, moyenne et basse, et toutes espaves ès forfaitures et mortemains, excepté le rapt et le mudre, que le roy y a retenu, desquelx deux cas, le roy a les meubles sanz diminution; et ce apperra par privileges.

Item, ledit évesque a à Paris toute voierie, et doit avoir son voier, qui doit rendre à son receveur les proffiz de tous les cas de nouvelleté qui y eschient de jour en jour. Et aussi a-il la voyerie des champs, qui est vendue par an grant argent.

Item, ledit évesque a la justice en l'isle Nostre-Dame de Paris; et, de ladite ylle, il a toute justice en l'eaue de Seine jusques à Grant-Pont et à Petit-Pont.

Item, on tient communément que ledit évesque a à Paris, dedens sa terre, cinquante mile feux, lesquielx sont tous de sa haulte justice et juridiction; et, pour ce, il convient bien bons officiers à garder telle justice.

Item, ledit évesque a en ladite ville de Paris son prévost, lequel a toute cognoissance sur tous les hostes dudit évesque, se ce n'est ou franc-fief de Rosiers en Chastel-Fétu, où il a environ VI maisons; ou four Gousquelin et ou four de la Cousture, desquelx le baillif dudit évesque a la cognoissance. Et, à cause desdiz fours, nul talemelier, hoste dudit évesques, ne peut cuire pain à bourgoiz, se ce n'est esdiz fours; et s'il sont trouvez faisant le contraire, ilz perdent le pain et payent LX sols d'amende au bailli dudit seigneur.

Item, ledit prévost dudit évesque a cognoissance de pendre et ardoir hors la banlieue de Paris, bannir et faire coupper oreilles à Paris, à la croix du Tirouer. Et doivent estre faiz telz jugemens par le conseil des bourgois dudit évesque, à ce présent et appellé son procureur; et de telx gens; quant ainssi sont justicé, ledit receveur dudit évesque a les forfaitures, et lui doivent estre baillées incontinent; et sur ycelles forfaitures doit prendre le prévost LX sols, et non plus.

Item, ledit prévost dudit évesque doit tous les jours tenir ses plaiz, chascun jour deux foiz, à jour ouvrable, à prime et à vespres.

Item, ledit prévost a de tous ceulx qui défaillent à venir à leurs journées, de premiers adjournemens faiz, XVII sols VI deniers parisis, pour chascun deffault.

Item, ledit prévost a d'une villennie dicte et amendée par-devant lui, XVII sols VI deniers parisis.

Item, il a de celui qui confesse avoir fait sang ou plaie ouverte, LX sols parisis d'amende; et se il y a mutillacion de membres, l'amende sera arbitraire, et la tauxera le baillif dudit évesque, qui ycellui seurplus baillera au receveur dudit évesque.

Item, le prévost dudit évesque doit demourer en son chastel du Four-l'Évesque, ou ailleurs, dedens sa terre; et aussi il doit demourer les clers de sa baillie et tous ses sergens, et donner chascun bonne caution et seurté; ou autrement, grans dommages et inconvéniens s'en pourroient ensuivir pour ledit évesque et sa justice, ou temps à venir.

Item, quiconque est baillif dudit évesque, il doit estre des draps et hostel dudit évesque, et en sa pourvéance.

Item, le baillif dudit évesque tient chascune sepmaine, à jour ouvrable, trois foiz plaiz; et a la justice et seignorie ou fief de Rosières, qui est oultre Petit-Pont, et en autres lieux dudit fié, à Paris.

Item, le baillif a la justice à la voirie du parvis Nostre-Dame de Paris, par-devers l'Ostel-Dieu, et la justice de la voierie de rue Neufve-Nostre-Dame de Paris, et l'estal à bouchier, qui par an est loué LX livres; et dedens les maisons n'a-il point de justice, car la justice des maisons sont au roy.

Item, ledit baillif a la justice en une maison que ledit monseigneur l'évesque a hors la porte Nostre-Dame-des-Champs, à la Ville-l'Évesque et ou terroir d'environ.

Item, il a la justice à Saint-Marcel, en plusieurs lieux, et en la saulsoye delez Saint-Marcel, laquelle saulsoye est appellée Pré-Mauvain.

Item, il a toute justice en la ville de Gentilly et ou terroir d'environ, en plusieurs lieux; et là doit estre mis et estably ung maire et un sergent de par ledit monseigneur l'évesque, pour garder ses prez, ses viviers et sa justice.

Item, ledit baillif, ou nom dudit évesque, a en toute la ville de Paris la cognoissance des paintres et ymagiers, broudeurs, brouderesses, esmailleurs et autres personnes faisant ymages, quelz que ilz soyent, et ainsi a-il la justice des seelleurs.

Item, ledit baillif a le resort de tous les prévostz dudit monseigneur l'évesque et de ses villes, c'est assavoir : de Saint-Claout, de Marne, de Garches, de Gentilly, de Vissours, de Moissy, de Combz-la-Ville, de la terre de Sainte-Croix de Saint-Denis, du pont de Charenton et de Messons-sur-Saine; de toutes lesquelles villes il a les amendemens et appiaux.

Item, ledit baillif a le resort par voye d'appellacion des fiefs de Chievreuse, de Malrepast, de Conflans-Sainte-Honourine, de Lusarches, de Chaunevières-sur-Marne, des chapitres de Saint-Claout, de Saint-Germain-l'Aucerrois et de Saint-Marcel. Et de chascune cause d'appel où il est dit *mal jugié et bien appellé*, ledit monseigneur l'évesque y a LX livres d'amende; et qui de ce jugement appelle dudit baillif en parlement, et le parlement est dit *bien jugié*, ledit monseigneur l'évesque y a derechef LX livres d'amende.

Item, le baillif a la cognoissance de la foire aus lars du parvis Nostre-Dame, hors et ens les murs dudit parvis, et en rue Neufve; et en ces lieux le voyer dudit monseigneur l'évesque loue les estaux, et en rent le prouffit au receveur dudit monseigneur l'évesque.

Item, ledit baillif est tenuz d'aler tenir ses assises ès villes dudit monseigneur l'évesque, de moys en moys, et de visiter les prévosts et subgiez dudit monseigneur l'évesque, pour plusieurs causes proffitables et nécessaires audit évesque et à sa justice.

Item, ledit baillif est tenuz d'aller visiter en Champaigne et en Brie les hommes et femmes dudit monseigneur l'évesque, où il en a grant quantité, qui sont ses cers de mortemain et de formariage.

Item, le baillif dudit évesque doit estre tielx, qui sache, se mestier est, plaider les causes dudit évesque, et ycelles demener devant le roy en parlement et partout ailleurs, car les cas ilz eschient de jour en jour, et sont à présent escheus, tant pour les Hoste-Dux et maladeries de toute l'éveschié de Paris, desquelles le roy a donné la plus grant partie, qui appartiennent audit évesque, à cause de sadite église, comme

pour autres cas de justice où le prévost de Paris fait mettre la main de jour en jour, ou préjudice dudit évesque et de sa juridiction, etc.

VI.

Sententia curiæ parlamenti, qua, ne deincepa servientes regis servientibus episcopi manus injiciant, quod sæpius antea factum est, decernitur ut dicti servientes episcopi super vestem suam seu pallium deferant scutum, quo insculpta pateant, non episcopatus, sed episcopi ipsius regentia arma. 1 mart. 1398.

.... Pronuntiatum prima marcii, millesimo ccc^mo^ nonagesimo septimo.

VII.

Curia parlamenti, post enarratas utriusque partis causas et rationes, episcopo Parisiensi confirmat, contra abbatissam Calensem, jus visitandi Calense monasterium et ejus ecclesiam, libros, reliquias et jocalia. 26 mart. 1483.

.... Pronuntiatum vicesima sexta die marcii, anno Domini millesimo cccc^mo^ octuagesimo secundo, ante Pascha.

VIII.

Philippus, Dei gratia Francorum rex[1]. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum contentio mota esset inter nos, ex una parte, et abbatem et conventum Sancti Mauri de Fossatis et priorem Sancti Eligii Parisiensis, nomine prioratus predicti, ex altera, super hoc, quod abbas et prior predicti dicebant se habere, nomine prioratus predicti, in tota terra sua, sita Parisius, et in hospitibus suis morantibus in terra predicta, omnimodam justitiam, altam et bassam, et omnes constumas, et in pluribus locis terre predicte, per cartam super hoc eisdem olim conecssam; prepositio nostro Parisiensi et nomine nostro super hiis contrarium asserente, et dicente quod in quibusdam locis terre predicti prioratus Sancti Eligii justitia ad nos debeat pertinere; esset etiam dissensio super terminis territorii supradicti; tandem, post multas altercationes super hiis habitas hinc et inde, pro jure utriusque partis super premissis liquidius declarando, et pro dubio, quod posset perpetuo esse dissensionis materia, amovendo, super pre- Aug. 1280.

[1] Hanc chartam, non absque mendis plurimis, ediderunt de la Marre, *Traité de la Police*, t. IV, p. 772, et Choppin, *Traité des Droits domaniaux*, t. III, p. 83.

missis inquiri fecimus diligenter; et inventum est terram prioratus predicti Sancti Eligii esse infra terminos qui sequuntur, videlicet : in territorio Sancti Pauli, juxta venditores piscium, prope portam Bauderii, a domo Johannis des Carniaux, que est de dicto territorio Sancti Eligii, per quam muri veteres Parisienses ire solebant, continue a parte sinistra, usque ad domum Guillelmi Darthes; item, a domo Richardi le Charbonnier, que est de Sancto Eligio, contigua domui Guillelmi de Rosaio, que est in introitu vici, dicte à la Guespine, a parte dextra, continue usque ad domum de Joiato; item, redeundo ex parte altera ejusdem vici, a parte sinistra, a domo barbitonsoris, que est de Sancto Eligio et facit cuneum dicti vici et vici Sancti Anthonii, continue usque ad cuneum vici qui dicitur rue Perciée, et totus idem vicus de rue Perciée, prout se comportat usque ad magnum vicum Sancti Anthonii, a parte sinistra; item, a domo Nicolai de Biaugrant, que est in alio cuneo ejusdem vici et est de Sancto Eligio, contigua magno vico Sancti Anthonii, revertendo superius versus vicum posterne Sancti Pauli, usque ad quandam domum, ubi sunt duo marmoseti lapidei, in medio dicti vici; item, a posterna murorum, prout itur versus Sanctum Paulum, a parte sinistra, usque ad cuneum qui est ante ecclesiam Sancti Pauli; item, a porta murorum de Barbeel, a parte dextra, usque ad cuneum vici per quem itur inferius versus Secanam, et ab ipso cuneo inferius usque ad Secanam, cum portu et arrivagio, et ab eodem cuneo, a parte dextra, omnes platee vacue usque ad domos Sancte Genovefe Parisiensis, que sunt ante domum fratrum Beate Marie de Carmelo, cum portu et arrivagio, et subtus domos predictas, super fluvium Secane, usque ad poncellum, portus et arrivagium; item, a dicto poncello, a parte sinistra, prout rivus ascendit, usque ad pontem Perrini, cum domibus Sancte Genovefe et terris a parte posteriori existentibus, que sunt ante domum predictorum fratrum; item, a cuneo ubi sunt grangie Jacobi Boutel, eundo versus fratres predictos, a parte sinistra, usque ad fossata regis; item, versus portam de Barbeel, a domo que fuit Remondi le Cainne, que est de terra Sancti Eligii, contigua vico Medietario, usque ad domum que facit cuneum, que fuit Guoburgis Ramposne, que est de Sancto Eligio, et a dicto cuneo continue, a parte dextra et sinistra vici, prout itur versus ecclesiam Sancti Pauli, usque

ad calceiam vici Sancti Anthonii; item, a cuneo in quo est domus contigua grangie Sancti Eligii, que fuit Guillelmi Gaillart, a parte dextra, continue eundo versus pontem Perrini, usque ad fossata regis; item, ex parte altera, a calceia de ponte Perrini, veniendo versus fratres [Vallis] Scolarium, a parte dextra, a domo Guillelmi le Grant, civis Parisiensis, contigua fossatis regis, que est de terra Sancti Eligii, continue usque ad muros regis, contiguos domui de Valle Scolarium; item, a domo Michaelis Peu-de-Cerf, que est de Sancto Eligio, que facit cuneum vici Sancti Pauli, supra calceiam Sancti Anthonii, a parte sinistra, usque ad portam murorum Parisiensium; item, a dicta porta, infra muros, a parte sinistra, eundo versus domum des Quens, continue usque ad cuneum quadrivii ubi moratur barbitonsor, et est domus de Sancto Eligio; item, a dicta porta, a parte dextra, eundo versus domum regis Sicilie, usque ad portam que est in vico Regis Sicilie, que porta est de domo ubi moratur vicecomes Meledunensis, que domus est de Sancto Eligio; item, a cuneo vici que est versus dictam domum regis Sicilie, in quo cuneo moratur faber, eundo versus Aquilam, a parte dextra, usque ad domum Thome le Charron, ad quam domum terra Sancti Germani incipit; item, a dicta domo Thome le Charron, in vico posteriori eidem domui, redeundo versus domum regis Sicilie, a parte dextra, continue usque ad domum predicti fabri; item, in vico Veteris Templi, in domo Hilarii de Poulies, que est de Sancto Eligio, et facit cuneum vici Anquetini Falcatoris, eundo per parvam ruellam, a parte dextra, usque ad cuneum Burgi Thiboudi, qui est de terra Sancti Eligii; item, a domo ejusdem Hilarii des Poulies, a parte sinistra, usque ad cuneum per quem itur versus la Bretonnerie, et inde, a parte sinistra, usque ad cuneum Burgi Thiboudi, et ab ipso cuneo totus vicus Burgi Thiboudi hinc et inde, usque ad plateam veteris cimiterii Sancti Johannis; item a cuneo vici Burgi Thiboudi, a parte vici qui dicitur la Bretonnerie, eundo versus furnum Templi, a parte sinistra, continue usque ad ruellam du Franc-Mourier, que est de Sancto Eligio, et a cuneo ejusdem ruelle, a parte sinistra, usque ad domum archidiaconi Cathalaunensis, que est de Sancto Eligio; item, in circuitu prioratus Sancti Eligii, veniendo circa dictum prioratum, a porta dicti prioratus, que est ante domum nostram regiam Parisius, eundo, a parte sinistra, per Barillariam,

et inde per Calendam, et hinc per Cavatariam et per Retonsores Panuorum, et per Draperiam circuiendo usque ad dictam portam prioratus predicti, contiguam domui defuncti Petri de Cormelliis, que est de terra Sancti Eligii, cum domo in qua est furnus Sancte Aure, prout se comportat, ante domos Retonsorum, qui sunt in circuitu supradicto. Postmodum vero inter nos, ex una parte, et abbatem Sancti Mauri et priorem Sancti Eligii predictos, nomine prioratus predicti, ex altera, super justitia pertinente ad ipsum prioratum, taliter extitit concordatum : Quod predictus prior et successores sui, nomine prioratus sui predicti, habebit in omnibus plateis, masuris, domibus et terris ad culturam aptis, contentis infra terminos supradictos, et in hospitibus morantibus ibidem et perpetuo moraturis, omnimodam justitiam, altam et bassam, videlicet sanguinem, furtum, homicidium, raptum, murtrum, encisum, espave, aubène, hasbanneum, roagium, justitiam super flumine, mercaturis, et omnimodam aliam justitiam, altam et bassam, et totum emolumentum quod potest ad altam et bassam justitiam pertinere, omnes etiam emendas quas levabit et levare poterit, auctoritate propria, per se vel mandatum suum. Item, habebit viariam, et justitiam ejusdem viarie, et omnia pertinentia ad eandem, et omnia emolumenta que possunt accidere et ad predictam viariam et ejus justitiam pertinere, in locis predictis, in quibus terra sua extiterit utrobique. Item, habebit in locis supradictis mensuras vini et signum earum, et adjustamentum dictarum mensurarum, totam justitiam totumque emolumentum que ad mensuras pertinent supradictas. Item, habebit qualibet die, in septimana, et quocumque opere, coustumas mercaturarum, quandocumque vendentur in terra dicti prioris infra terminos predictos, videlicet theloneum, roagium, chantelagium et foragium; item, coustumam finestrarum[1] in terra Sancti Pauli, in locis in quibus et prout ipsam levare et capere hactenus consuerunt. Item, habebit dictus prior in grangia sua de Sancto Paulo mensuras suas ad bladum, sicut ipsas consuevit habere. Item, habebit perpetuo, pro se et suis successoribus, in circuitu dicti prioratus, prout superius est expressum, omnimodam justitiam, altam et bassam, et omnes coustumas, excepto hasbanneo,

[1] Leg. *fenestrarum*. Eo innuitur jus habendi fenestras in publicum apertas, ubi res venales exponebantur.

quod tantummodo nobis et successoribus nostris in dicto territorio retinemus. Insuper hospites, in dicto circuitu morantes et etiam moraturi, a gueto, a tallia, ab exercitu et a cavalcata sunt et erunt, quantum ad nos, perpetuo liberi et immunes. Item, concedimus eidem priori totam illam medietatem quam habebamus in vico Medietario, nobis et dicto priori, et quicquid in eodem vico ad nos, ratione ipsius medietatis, pertinebat vel poterat pertinere sive in fundo terre, sive in justitia vel alias, cum alia medietate sua, quam habet ibidem, tenendam et perpetuo ab ipso et suis successoribus possidendam, eo modo quo tenet totam aliam suam de Sancto Paulo, superius nominatam. Verumptamen, pro nobis et nostris successoribus retinemus in tota terra predicta ipsius prioris, contenta infra terminos supradictos, coustumam piscium, sicut ipsam consuevimus habere ibidem, et mensuras bladi, prout ibidem consueverunt portari; item, talliam, guetum, talliam panis et vini, exercitum, cavalcaturam, excepto circuitu Sancti Eligii, superius nominato, in quo dictus prior habebit talliam et guetum, et talliam panis et vini et omnia alia supradicta, prout superius sunt expressa. Retinemus etiam pro nobis et nostris successoribus, in terra predicta, justitiam illorum qui excessus aliquos seu injurias inferent gentibus seu servientibus nostris, nostrum servicium faciendo. Retinemus insuper nobis et successoribus nostris ressortum in tota terra predicta, nichil excipiendo et in locis omnibus supradictis. Volumus etiam et concedimus quod, si prepositus noster Parisiensis aut aliquis de servientibus nostris, quicumque, uteretur vel faceret aliquid quod esset contra premissa vel aliquod premissorum, quod illud nullam haberet roboris firmitatem. Insuper retinemus in tota terra ad dictum priorem, nomine prioratus sui predicti, in villa Parisiensi pertinente, sive infra portas murorum, sive extra, alia videlicet quam illa que est superius nominata, omnimodam justitiam, altam et bassam, et omnes coustumas, excepta justitia de fundo terre, quam tantummodo predicto priori et suis successoribus volumus remanere; et salvo in premissis jure nostro in aliis, et jure in omnibus quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, mense augusto.

IX.

1127. Sequntur due littere de compositione facta inter episcopum et archidiaconos Parisienses, que sunt confirmate per plura privilegia papalia suprascripta[1].

Ego G.[2] Carnotensis episcopus, et B.[3] Meldensis episcopus, Rome fuimus, in palacio Laterani, ubi erant dominus papa et cardinales quamplurimi. In eorum siquidem presentia, dominus St.[4], Parisiensis episcopus, nobis astantibus, super Theobaldo, Parisiensis ecclesie archidiacono, querelam deposuit, et quod in multis permissa sibi abusus sit potestate ostendit. Sed dominus papa Honorius, multis negotiis fatigatus, audito clamore, audita presumptione, quosdam, videlicet M.[5] Albanensem episcopum, et Johannem Cremensem et Petrum Leonis[6], cardinales, elegit, et eis causam istam aut concordia aut judicio terminandam commisit; ita tamen quod nichil contra canones facerent. Ipsi vero apud Palladium convenerunt, et illos et nos cum illis vocaverunt, et privilegium quod, transacto biennio, dominus papa archidiacono fecerat, et in quo multum T. confidebat, afferri fecerunt, et legerunt, et nichil ei contra justiciam, contra canones a domino papa concessum in litteris illis invenerunt, cum ei dominus papa archidiaconatum suum in hunc modum et hec verba confirmaverit : « Archidiaconatum vero Parisiensis Beate Marie matricis ecclesie integrum, sicut te de eo bone memorie Girbertus episcopus investivit, et ejus tempore quiete et juste tenuisti, et sicut predecessores tui, tempore Gualonis et ejusdem Girberti episcoporum, in pace possederunt, cum eisdem redditibus et consuetudinibus, tibi, Theobalde, possidendum legitime, apostolice auctoritatis robore confirmamus. » Et quoniam dominus papa, sicut sapiens immo sapientissimus et circumquaque circumspectus, quod archidiaconus juste tenuit ei legitime possidendum confirmavit, visum est Albanensi episcopo et cardinalibus causam

[1] Has litteras, sed mendis scatentes, edidit Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 30.

[2] Gaufridus II de Lèves.

[3] Burchardus.

[4] Stephanus I de Silvanectis.

[5] I. e. Matthæus.

[6] Idem qui, mortuo Honorio II, a cardinalibus Honorio et Innocentio II adversantibus in papam electus est, et Anacleti II nomen accepit; adversum quem, ope præsertim sancti Bernardi, Innocentius II, simul electus, prævaluit.

istam inter episcopum et archidiaconum leniter secundum censuram canonum posse terminari, si nollent eam, concordia mediante, finiri. Dominus vero Albanensis et predicti cardinales inter episcopum et archidiaconum pacem composuerunt, et compositam in hunc modum scripserunt; et dominus Johannes et dominus Petrus Leonis sigillorum suorum auctoritate confirmaverunt[1].

X.

Compositio inita inter Petrum IV, Parisiensem episcopum, et Petrum Trousselli, archidiaconum, qua complures sopiuntur controversiæ, occasione jurisdictionis utriusque partis exortæ. Dec. 1406.

.... Datum Parisius, anno Domini millesimo cccc° sexto, mensis decembris die....[2]

XI.

Transaction ménagée entre l'évêque et le chapitre de Paris, par Arnaud de Corbie, premier président du parlement, Nicole de Rence, conseiller, et Oudart de Moulins, avocat du roi, sur un grand nombre de contestations, dont voici le sujet : 19 aug. 1389.

1° Les deux parties réclamaient également des offrandes en monnaie d'or, faites par monseigneur le duc de Berry et d'Auvergne, durant certaines messes, chantées à un autel de bois portatif, qu'on dressait quelquefois devant l'image de Notre-Dame, dans la nef de la cathédrale de Paris, près de l'entrée du chœur[3]; et par monseigneur le duc de Bretagne, pendant une messe qu'il avait entendue à un petit autel de pierre qui est près de ladite image de Notre-Dame et du tronc de la fabrique.

2° Le chapitre se plaignait que, lorsqu'il y avait appel, à la cour de l'évêque ou de son official, de sentences rendues par les archidiacres, leurs vicaires ou leurs officiaux, l'évêque et son official ne craignaient point de faire ajourner, pour répondre aux appels, les archidiacres, leurs vicaires et officiaux, jusque dans le cloître, qui est soumis à la juridiction du chapitre et entièrement exempt de celle de l'évêque.

3° Les parties se disputaient un clerc, qui, pour quelque délit, avait été saisi dans le cloître de Notre-Dame par les officiers du roi. Le chapitre réclamait le prisonnier comme ayant été saisi dans sa juridiction. L'évêque prétendait que le délit avait été commis dans la sienne, c'est-à-dire dans la ville de Paris, et revendiquait de plus le délinquant comme son sujet.

[1] Chartam alteram, id est compositionem ope Albanensis episcopi et cardinalium factam, quære supra, t. I, p. 28, cap. VIII.

[2] Abest diei indicatio.

[3] Dans une transaction de juin 1337, on lit ce qui suit : Item ordinamus et pronuntiamus quod torchie seu cerei, quos contigerit offerri in obsequiis... in brochiis vel aliis, ante ymaginem B. Marie, juxta eam, circumquaque eam, et in honorem ipsius ymaginis que est circa introitum chori, a parte dextra ipsius chori, erunt semper domini episcopi. Vid. supra, p. 268.

4° L'évêque opposait deux griefs au chapitre : En premier lieu, MM. du chapitre avaient fait prendre un clerc, nommé Hervé le Tondeur, « dedans les fins et « meetes du parvis de ladicte église (Notre-Dame), entre icelle église de Paris « et l'église Sainct-Jehan-le-Rond, et une barre de bois qui est en la rue de ladicte « église de Sainct-Jehan-le-Rond, » et refusaient de le rendre à l'évêque, qui le réclamait comme son sujet et son justiciable. En second lieu, MM. du chapitre avaient fait comparaître devant eux et emprisonner un prêtre et un clerc du collége des Écoliers, nommé communément l'hôtel des Dix-Huit Clercs, situé devant le parvis Notre-Dame, bien que ces écoliers fussent justiciables de l'évêque et nullement du chapitre.

5° Enfin le chapitre accusait les gens de l'évêque d'avoir arrêté à la porte de l'église, du côté de l'évêché, des ouvriers qui traînaient dans l'église la pierre du tombeau de Pierre Signeret, chanoine de Paris, alors vivant, mais déjà malade de la maladie dont il mourut, et de les avoir forcés à mener ailleurs ladite pierre, contrairement aux prérogatives du chapitre, qui se prétendait en droit d'introduire dans l'église des tombes, des pierres et autres matériaux.

L'homologation du parlement, faite en latin, au nom de Charles VI, est datée : Parisius, in parlamento nostro, die XIX^a^ augusti, anno Domini millesimo CCC^o^ octogesimo nono, et regni nostri nono.

Expédition en a été délivrée le 26 septembre 1435, au nom de Henri, roi de France et d'Angleterre.

XII.

7 apr. 1399. Karolus, Dei gratia Francorum rex, *etc.* Comme certaine composition eust esté faite, dès l'an mil CCC trante-sept, ou mois de juing[1], entre révérend père en Dieu monseigneur l'évesque de Paris, qui lors estoit, d'une part, et les doyen et chappitre d'icelle église, d'autre; et naguères, sur l'entendement de ladicte composicion, et pour cause des luminaires qui ont esté offers en certaine partie de l'église au service, obsèques, funérailles ou offices de mors, qui nagaires ont esté faictes en ladicte église généralement pour plusieurs seigneurs, qui sont alez de vie à trépassement en Turquie, sur les ennemis de la foy, comme pour le filz monseigneur le duc de Berry, qui semblablement est naguères alé de vie à trespassement ou pays de monseigneur le duc, certain débat soit meu entre l'évesque qui à présent est, d'une part, et lesdis de chapitre, d'autre, sur l'entendement d'aucunes clauses ou articles contenuz en ladicte composition,.... est accordé entre icelles parties, que, en tant qu'il regarde ledit sexiesme article, ledit évesque, sans préjudice quelxconques en autre chose de ladicte composition ne de l'enten-

[1] Voyez cet accord, ci-dessus, chap. IV, p. 267.

dement d'icelle, aura la moitié des luminaires qui, pour cause des mors, services et commémorations d'iceux, d'ores en avant, seront mis et offers en et sur ladicte place et range estans dessus ledit ymage de Nostre-Dame, à l'entrée du cuer, où l'en a accoustumé de mettre les chemises, comme dit est, c'est assavoir depuis icellui crucifix jusques à icellui gros pillier qui est au bout du cuer d'icelle renge, ouquel est maistre Pierre du Cugnet, par-devers l'ostel épiscopal. Et d'ores en avant se lèveront par une ou deux personnes esleues à ce de chascun costé, *etc.* Datum Parisius, in parlamento nostro, septima die aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, post Pascha, et regni nostri decimo nono.

XIII.

Littera de quadam quadrigata pigmenti, ecclesie Parisiensi, in vigilia assumptionis beate Marie Virginis, debita, que pertinet ad capicerium Parisiensem. 6 sept. 1761.

Universis presentes litteras inspecturis, Radulphus, ecclesie Parisiensis archidiaconus, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constitutus, Johannes, prior de Malliaco, decanatus de Yssiaco, Parisiensis diocesis, recognovit quod ipse suspensionis sententiam incurrerat, de mandato officialis Parisiensis, pro eo quod, ex parte ipsius officialis monitus per decanum de Yssiaco, ut quadrigatam pigmenti, in vigilia assumptionis beate Virginis nuper preterite, ad ecclesiam Parisiensem adduci faceret, prout consuevit fieri a prioribus decanatus de Yssiaco, non adduxit; ad quam quadrigatam pigmenti annuatim dicto termino reddendam ecclesie Parisiensi quilibet dictorum priorum, in ordine suo, successive tenetur; confitens quod per hoc Parisiensem ecclesiam spoliaverat jure suo, quod habet de percipiendo pigmento a prioribus decanatus predicti. Unde, ad restitutionem ecclesie Parisiensis, dictus prior, nomine monasterii sui et suo, coram nobis promisit, quod, in vigilia beati Dionisii proximo ventura, quadrigatam unam pigmenti, summo mane, Parisius adduci faciet, ad ecclesiam Parisiensem, et dictam quadrigatam reddet dicte ecclesie, ipsam ecclesiam restituendo; ita tamen quod alias, nisi in vigilia Assumptionis, ad solutionem pigmenti in suo ordine nullatenus teneatur. Recognovit insuper quod, propter dictum defectum, ipse

gagiaverat emendam officiali Parisiensi, et promisit quod de dicta emenda stabit voluntati et ordinationi dicti officialis. In cujus rei testimonium, ad petitionem dicti prioris, sigillum nostrum litteris presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini MCCLX° primo, die martis ante nativitatem beate Marie virginis.

XIV.

15 febr. 1299. Instrumentum publicum, super restitutione vadiorum seu pignorum que custumarius regis cepit quondam, Parisius, super hospitibus domini Parisiensis episcopi.

In nomine Domini. Amen. Anno incarnationis ejusdem MCC° nonagesimo octavo, die XV^a^ mensis februarii, pontificatus sanctissimi patris ac domini nostri, domini Bonifacii, papæ octavi, anno quinto, indictione XII^a^; per hoc presens publicum instrumentum pateat universis, quod, cum Girardus Cerarius, custumarius Parisiensis domini Regis, et ipsius Girardi clericus quedam bona mobilia, videlicet potos cupreos et de stanno, patellas ereneas et plura alia cepissent seu capi et asportari fecissent, occasione custumarum domini Regis seu redibenciarum, ut dicebant, de domo Helye de Castro Forti et Thome de Magno Furno; que quidem domus site sunt Parisius, ultra Parvum Pontem et juxta, in liberis feodis reverendi in Christo patris ac domini Parisiensis episcopi, ab omnibus custumis et exactionibus liberis et immunibus; tandem vero, dicta die, in presentia mei notarii et testium subscriptorum constitutus, clericus supradictus, nomine suo et dicti Girardi, prout dicebat, dicta bona ad domos supradictas reportavit et reaportari fecit, easdem resaisiendo, et dictum patrem in personis hospitum suorum et hominum ad suam possessionem pristinam libere restituendo, qua dictum patrem spoliaverant sine causa, quod etiam apparet, cum super premissis moniti fuissent rite et juste, more solito, nec aliquam causam per se vel per alium in contrarium allegarunt. Actum Parisius, in domibus supradictis, anno, die, mense, pontificatu et indictione predictis; presentibus ibidem magistris Johanne de Bria, Philippo de Quercu, clericis, Gaufrido candelario, Radero texore, et Odelina de Yvreio, et pluribus aliis testibus, ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

XV.

Charta Ludovici de Bello Monte, Parisiensis episcopi, qua pacem reformat inter Germanum, abbatem Sancti Victoris Parisiensis, ejusdemque monasterii monachos, inter se litigantes de sacramentis ante abbatis electionem ab ipso abbate et vicissim a monachis præstandis[1]. 11 jun. 1481.

.... Datum in dicto capitulo, die lune, in crastino Pentecostes, undecima mensis junii, anno Domini millesimo cccc^mo^ octuagesimo primo.

XVI.

Transcriptum cujusdam clausule, contente in privilegiis abbatis et conventus Sancti Victoris Parisiensis, sub hac forma. 27 sept. 1284.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Petrus, humilis abbas monasterii sancti Victoris juxta Parisius, salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos litteras bone memorie Stephani, quondam Parisiensis episcopi, vidisse et diligenter inspexisse, in quibus, inter alia, clausula que sequitur est inserta : « Statuentes ut quocumque modo quilibet canonicus predictarum ecclesiarum [2] prebendam suam reliquat vel perdat, vel quocumque modo prebenda de una persona in aliam transeat, ejusdem prebende redditus per annum ecclesia Beati Victoris ex integro habeat, et nullum super hoc ex debito aut ecclesie aut defuncto, preter anniversarium, persolvat obsequium. Ne autem ecclesia, in eodem anno, suo privetur servitio, illud faciat canonicus qui succedit, etc. » Premissa etiam clausula in litteris papalibus et privilegio nobis concesso quasi de verbo ad verbum est inserta. Quod omnibus quorum interest tenore presentium intimamus. Datum anno Domini mcc octogesimo quarto, die lune post festum beati Mathei apostoli.

[1] Hanc chartam editam habes in *Gall. Christ.*, t. VII, instr. col. 135; ubi reperimus abbatem Sancti Victoris, incuriosa lectione, vocatum *Germanum*, *Mediocum abbatem*, cum nostrum instrumentum habeat *Germanum*, *modernum abbatem*.

[2] Ecclesiarum scilicet B. Mariæ Parisiensis, Sancti Marcelli, Sancti Germani Autissiodorensis, Sancti Clodoaldi et Sancti Martini de Campellis. Vide Stephani episcopi chartam, datam anno MCXXIV, apud Dubois, *Hist. Eccl. Paris.*, t. II, p. 23.

XVII.

10 febr. 1234. Item, alia littera de dicta[1] abbatissa et conventu Kalensi, super alia condicione, in hec verba :

Omnibus presentes litteras inspecturis, magister Guertius, canonicus Senensis, domini pape litterarum contradictarum auditor, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod magister Garinus, canonicus Silviniacensis, procurator abbatisse et monialium Kalensium, pro ipsis, sub hac forma, litteras apostolicas impetravit :

3 febr. 1234. Gregorius episcopus, etc. Dilectis in Christo filiabus abbatisse et monialibus monasterii Kalensis, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis, et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Ea propter, dilecte in Christo filie, vestris justis postulationibus concurrentes assensu, personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis, etc., sub beati Petri et nostra protectione suscipimus; specialiter autem villam de Kala, in qua monasterium vestrum situm est, cum capellis constitutis ibidem, Sancti Georgii et de Mintriaco ecclesias, capellam Sancte Baltildis, apud Silvanectum, cum juribus et pertinentiis earumdem, necnon decimas quas in diversis locis habetis, possessiones, domos, vineas, prata, terras, et alia bona nostra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos ipsi monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, salvo in decimis moderamine concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Laterani, III nonas februarii, pontificatus nostri anno septimo.

Hiis igitur litteris magister Gaufridus, canonicus Sancti Clodoaldi Parisiensis, procurator venerabilis patris Parisiensis episcopi, in

[1] Hanc chartam in nostro codice præcedit alia ex Chartulario Episcopi edidimus supra, t. I, charta ad Calensem abbatiam spectans, quam p. 57, cap. LIII.

audiencia publica contradixit, timens dicto episcopo per ipsas litteras prejudicium generari : quas tandem ea conditione absolvit, quod predicto episcopo nullum prejudicium per eas litteras generetur. Quod pars altera promisit firmiter coram nobis. In cujus rei testimonium, presentes litteras nostri sigilli munimine fecimus roborari. Actum Laterani, III idus februarii.

XVIII.

Littera de quadam capellania, fundata in ecclesia Sancti Gervasii Parisiensis, ad altare Beati Michaelis. 25 aug. 1275

Universis presentes litteras inspecturis,.... Stephanus, permissione divina, Parisiensis ecclesie minister indignus, salutem in FilioVirginis gloriose. Notum facimus quod, coram nobis constituti, Agnes dicta Barbete, quondam uxor Johannis Sarraceni, illustris regis Francorum cambellani, Stephanus et Johannes dicti Barbete, ejus Agnetis filii, exposuerunt humiliter se habere stabile propositum fundandi seu constituendi capellaniam unam, juxta conceptum animi sui, ob remedium animarum Johannis Sarraceni, Stephani Barbete, Agnetis predicte et filiorum suorum ac benefactorum suorum. Quam capellaniam, obtenta a nobis auctoritate ordinaria ac consensu expresso magistri Hugonis, rectoris ecclesie Sancti Gervasii Parisiensis, in predicta ecclesia Sancti Gervasii, ad quam devotionem suam super hoc specialiter habuerunt, decreverunt institui et fundari in altari Beati Michaelis; ita quod presbiter seu capellanus seu clericus, cui beneficium ipsius capellanie conferetur, *etc.*,[1] Idem vero capellanus sive beneficiatus archidiacono loci et ab archidiacono nobis presentabitur ad ipsum beneficium; et, receptus a nobis, per archidiaconum ipsum ad mandatum nostrum instituetur, juxta consuetudinem in aliis beneficiis observatam. Si vero impediretur canonico impedimento, quominus posset exequi officium suum, prout superius est expressum, alium loco ejus, durante impedimento hujusmodi, substituet, qui officium ipsum dicti beneficiati, sumptibus beneficii, adimplebit. Ipsum autem locum malitiose deserere vel se absentare non poterit, nisi de nostra licentia speciali. Predicta vero Agnes, quamdiu vixerit, ad predictam capellaniam personam ydoneam presentabit; ipsa vero

[1] Ut supra, in Magno Chartul., t. III, cap. CXXVII, p. 111.

viam universe carnis ingressa, Stephanus, ejus primogenitus, ad eam, similiter quamdiu vixerit, personam ydoneam presentabit, prout superius est expressum; et, post mortem ejus, presentatio ejusdem beneficii ad abbatem et conventum de Becco Helloini, Rothomagensis diocesis, qui jus patronatus in dicta ecclesia Sancti Gervasii habere dicuntur, pertinebit, ipsis abbate et conventu premissa volentibus et in hoc expresse consentientibus, prout per patentes eorum litteras dicitur apparere. Ad cujus capellani sustentationem, dicta Agnes, Stephanus et Johannes predicti dederunt et concesserunt donatione inter vivos, in puram et perpetuam elemosinam, in manu mortua, et perpetuo quittaverunt duodecim libras annui redditus, percipiendas precipue quatuor terminis Parisius consuetis, super quadam domo, sita in Moncello Sancti Gervasii Parisiensis, in qua moratur ad presens Adam de Meullento, civis Parisiensis, juxta domum Dei Sancti Gervasii predicti. Et promiserunt dicti Agnes, Stephanus et Johannes, coram nobis, juramento corporaliter prestito, quod contra premissa non venient in futurum; sed dicto capellano dictas duodecim libras Parisienses redditus annui garantizabunt in manu mortua, suis sumptibus, contra omnes, se et heredes suos obligantes ad hoc specialiter et expresse. Dictus vero capellanus redditum hujusmodi, in toto vel in parte, alienare non poterit nec alii obligare, nec litteras impetrare a papa vel alia quavis persona, per quas a premissis vel aliquo premissorum in aliquo absolvatur; super quibus observandis et fideliter adimplendis, nobis et successoribus nostris tenebitur prestare corporaliter juramentum, et, si eas impetrari contingeret, non poterit eis uti. Ad hec predictus magister Hugo, desiderans, ut dicebat, officium divinum in ecclesia sua augeri, non minui, salvo juramento fidelitatis quod sibi tenebitur facere hujusmodi capellanus, in institutione sua, premissa omnia et singula, prout superius sunt expressa, pro se et successoribus suis, nobis super hoc sibi auctoritatem prestantibus, voluit et etiam approbavit; promittens nichilominus, pro se et successoribus suis, quod contra premissa non veniet in futurum, sed providebit capellano predicto, qui pro tempore fuerit, preter ornamenta et preter calicem et missale, ad que non tenebitur, de altari benedicto, candela, hostiis, vino, aqua, clerico, ad celebrandum divinum officium in dicta ecclesia, et aliis necessariis que competunt capellano hujusmodi

celebranti. Nos autem, ad supplicationem predicte Agnetis, Stephani et Johannis et ipsius rectoris, premissa volumus, approbamus et ea auctoritate ordinaria confirmamus, institutione, correctione in presbiterum, juridictione et aliis juribus nostris et archidiaconi loci et successorum nostrorum salvis penitus et retentis. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris fecimus apponi. Datum die dominica in crastino sancti Bartholomei apostoli, anno Domini MCCLXX^mo^ quinto, mense augusto.

XIX.

Littera super hiis que dedit dominus Caprosie ecclesie et capelle de Meencourt, sub hac forma, et de presentatione. 1204.

Ego G.[1], dominus Cabrosie, omnibus presentes litteras iuspecturis, notum facio quod, cum apud villam meam, que dicitur Lois, matricem ecclesiam, et apud Meencort, optarem, et a domino meo et patre Odone, Parisiensi episcopo, peterem edificari capellam, et ejus super hoc impetrassem assensum, studio pie devotionis inductus, tam ecclesie quam capelle hoc modo, de consensu Aveline, uxoris mee, dotem curavi ydoneam assignare: ecclesie matrici videlicet, tres modios bladi, partim unius, partim alterius, in decima de Lois, et XX solidos Parisienses in censu meo de Lois, de eo qui primo solvetur, et totam minutam decimam ville, et plateam ad opus ecclesie edificande, et ad domum presbiteri construendam, et ad cimiterium faciendum, et quatuor arpennos terre arabilis, ibidem sitos, in loco competenti, liberos ab omni consuetudine. Capelle vero de Meencourt dedi et concessi quatuor modios bladi, in decima videlicet de Lois tres modios, partim unius, partim alterius, et decimam meam de Meencort. Et, si due iste decime de Lois et de Meencort non valerent septem modios duobus presbiteris, ecclesie scilicet et capelle, ipse quod deesset, ad consilium episcopi Parisiensis, in loco competenti, perficere tenerer; si vero plus valerent, totum esset sacerdotum. Preterea capelle assignavi, in moleudino meo Fullerete, viginti solidos Parisienses, annuatim solvendos; capellano eciam domum et herbergagium competens de proprio edificare tenebor. Eidem quoque concessi usuarium in nemore meo, ubi homines de Meen-

[1] Guido.

cort capiunt. Concessit vero michi memoratus episcopus, quod, quandiu vixero ego vel Avelina, uxor mea, presentationem capelle habebo ego, vel uxor mea, si supervixerit michi. Post obitum autem meum et ejusdem uxoris mee, ad episcopum vel successores ejus libere revertetur. Quod ut ratum sit, presentem cartam sigillo meo signavi. Actum anno Domini mcc° quarto.

XX.

Apr. 1243. Littere super ordinatione et compositione habitis inter rectorem ecclesie Sancti Nicolai de Cardoneto, et abbatem et conventum Sancti Victoris Parisiensis, super fundatione ipsius ecclesie[1].

Guillelmus, permissione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod dilecti in Christo filii abbas et conventus Sancti Victoris Parisiensis dederunt et concesserunt nobis et presbitero ecclesie Sancti Nicolai de Chardonneto censum et quidquid juris habebant in quadam petia terre, sita juxta poncellum Beveris, in censiva ipsorum, in Cardoneto, viginti quatuor tesias in longitudine, et decem et octo in latitudine continente, ad ecclesiam Sancti Nicolai, in ea tantummodo construendam; retinentes sibi et ecclesie sue penitus et expresse, in tota alia terra circumjacente, censum, dominium et omnimodam justitiam, que ad dominos fundi noscitur pertinere : ita tamen quod predicta ecclesia vel locus in statum alium sine assensu ipsorum non possit de cetero transmutari. Debet autem predictus presbiter Sancti Nicolai ponere fundamenta predicte ecclesie in rippa alvei Beveris, secundum longitudinem ecclesie ejusdem, et etiam de suo facere pavimentum in fundo predicti alvei, secundum longitudinem predictam; et, cum predictum pavimentum defecerit, ad monitionem predictorum abbatis et conventus, illud congrue reparare; salvo tamen jure ipsorum, quod semper habebunt et habent in predicto alveo, ad illum, cum opus fuerit, emundandum ab immundiciis. Ne vero ecclesia Sancti Victoris, propter predictam concessionem, lederetur imposterum, aut aliquod incurreret detrimentum, nos, de voluntate et assensu dicti presbiteri, dedimus et expresse quittavimus dicte ecclesie Sancti Victoris imperpetuum totam

[1] Edit. apud Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 327.

terram quam tenebamus in manu mortua in censiva dicte ecclesie, in Cardoneto; nichil in ea nobis aut successoribus nostris penitus retinentes, excepto tantummodo cimiterio benedicto, quod certis metis limitari fecimus et distingui; et quia oportet viam fieri per ante ecclesiam Sancti Nicolai usque ad Secanam, per medium cimiterium via fiet. Statuimus etiam ut presbiter predicte ecclesie Sancti Nicolai, quicumque fuerit, nullum jus parrochiale possit petere in familia Sancti Victoris, vel quacumque persona alia in eadem ecclesia commorante, occasione parrochie superius nominate. Quod si aliquis de familia dicte ecclesie Sancti Victoris uxorem et familiam in parrochia Sancti Nicolai habuerit, in ipsa familia, sicut in aliis parrochianis suis, parrochiale jus habebit. In cujus rei testimonium et munimen, presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini MCCXL tertio, mense aprili.

XXI.

Littera capellanie de Feritate, in modum qui sequitur et in formam. 3 jul. 1264.

Universis presentes litteras inspecturis, Herveus, dominus Caprosie, salutem. Orta questione inter nos, ex parte una, et reverendum patrem R.[1], Dei gratia Parisiensem episcopum, ex altera, super collatione capellanie de Feritate, vacantis ad presens, in cujus possessione vel quasi fuerunt, ut dicebamus, predecessores nostri domini Caprosie presentandi, tanquam patroni, quociens ea vacaverit, personam ydoneam episcopo Parisiensi ad eam; dicto reverendo patre in contrarium asserente ipsius institutionem et collationem ad eum, loci episcopum, pertinere de jure communi, et pro eo quod erat in suo feodo constituta, necnon pro eo quod, sicut intellexerat idem pater, inter predecessorem sunm, ex una parte, et bone memorie Guidonem, olim dominum Caprosie, cujus sumus heres, ex altera, super hoc, vacante eadem, alias contentio mota fuit, et post modum sic sopita : Quod idem Guido, quamdiu viveret, eandem conferret, seu ad eam Parisiensi episcopo personam ydoneam presentaret, et, eodem sublato de medio, ipsius capellanie collatio ad Parisiensem episcopum, loci ordinarium, pleno jure perpetuo deveniret; tandem, dictus pater, nostris supplicationibus favorabiliter annuens,

[1] Is est Reginaldus III de Corbolio.

non de jure quod nobis competeret, sed ex mera gratia speciali, Johannem Poulin, clericum, a nobis presentatum eidem ad capellaniam predictam liberaliter hac vice recepit et sibi contulit, propter Deum, jure suo et nostro in omnibus semper salvo; ita quod ex presentatione nostra eidem vel successoribus suis, ista vice, prejudicium nullum fiat, nec nobis, propter hoc, jus aliquod acquiratur. In cujus rei testimonium, eidem patri litteras nostras patentes tradidimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini MCCLX° quarto, die jovis post festum apostolorum Petri et Pauli.

XXII.

Mart. 1234. Littera super institutione capellanie, apud Brolium juxta Atilliacum.

G.[1], divina permissione, Parisiensis ecclesie minister indignus, et J., ejusdem ecclesie archidiaconus, omnibus presentes litteras inspecturis, eternam in Domino salutem. Universitati vestre notum facimus, quod, cum Reginaldus de Atilliaco, presbiter, in nostra presentia constitutus, voluisset et concessisset quod capellania defuncti Bartholomei de Capriaco, quondam militis, in manerio domini Petri de Braia, militis, videlicet apud Brolium sito, infra metas parrochie de Atilliaco fundaretur; ita quod capellanus ibidem Deo deserviens curam haberet animarum in manerio supradicto commorantium, tali modo quod ecclesie sue, secundum ordinationem nostram, fieret recompensatio juris parrochialis; tandem, deliberatione prehabita et tractatu, ordinavimus quod Simon, clericus ordinatus ad titulum dicte capellanie, a parrochia de Atilliaco per nos decise, cum manerio prefati militis et arpento terre, juxta dictum manerium, concesso, ad fundandam capellam cum mansione capellani, et dieti Symonis successores supradicto Reginaldo presbitero ejusque successoribus octo solidos, et fabrice de Atilliaco duos solidos persolvent annuatim;.... et de hiis faciendis prestitit juramentum dictus Symon. Ad quod etiam faciendum et tenendum volumus et ordinamus ejus successores teneri. In quo etiam sacramento continebitur, quod, si ad manum dicti capellani aliqua oblacio ab aliquo parrochiano de Atilliaco deveuerit, illam presbytero restituet bona fide.

[1] Guillelmus II, dictus Arvernus.

Capellanus etiam memorate capellanie medietatem synodi et medietatem circate minoris tantummodo solvere tenebitur annuatim, et ab alia medietate synodi et medietate circate minoris et majori circata absolutus erit penitus et immunis. In cujus rei memoriam et testimonium, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M° CC° XXXIII° mense martio.

XXIII.

Littera super missa celebranda pro episcopo Reginaldo, in prioratu de Diogilo, annuatim, sub hac forma. 17 dec. 1266.

Universis presentes litteras inspecturis, frater Johannes totusque conventus prioratus de Dyogilo, salutem in Domino. Notum facimus quod nos, unanimi consensu, et deliberato consilio inter nos ad invicem, concessimus, intuitu divino et de gratia speciali, reverendo patri nostro in Christo Reginaldo, Dei gratia Parisiensi episcopo, quod, quandiu idem pater vixerit, unam missam de Sancto Spiritu, in nostra ecclesia de Dyogilo, pro ipso, annis singulis, die jovis proxima ante adventum Domini, solemniter faciemus, et, eodem sublato de medio, ejus anniversarium modo consimili, pro salute anime ejusdem, celebrabimus bona fide. Nos autem promittimus, sub debito observancie regularis, quod missam hujusmodi annuatim faciemus, prout superius est expressum, et nos, ecclesiam nostram et successores nostros ad hec specialiter imperpetuum obligamus. Presbitero autem parrochiali ecclesie nostre, quicumque fuerit, qui missam consimilem, in altari suo, hora matutina, tenetur similiter celebrare, dabimus in mensa nostra, nobiscum, officio nostro et suo celebrato, necessaria victui suo, tanquam uni de nostris monachis, et consimilem in omnibus portionem. Idem autem, similiter de gratia speciali, cessante omni pacto et conditione, dedit nobis misericorditer centum solidos Parisienses in pecunia numerata, quos jam implicavimus in emptionem cujusdam pecie terre arabilis, site super novum stagnum, quam emimus, specialiter propter hoc, a Guilloto de Dyogilo. Cujus redditus die anniversarii sive misse debent victui ministrantium applicari. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum anno Domini MCCLX sexto, mense decembri, die veneris proxima ante festum beati Thome apostoli.

XXIV.

Febr. 1268. J., prior de Doomonte, Cluniacensis ordinis, Parisiensis diœcesis, et ejusdem loci presbyter promittunt se celebraturos, annis singulis, pro Reginaldo episcopo Parisiensi, dum vixerit, missam de Spiritu Sancto, illoque defuncto, missam de *Requiem*; propter quod idem prior ait se ab eodem episcopo recepisse centum solidos Parisienses.

.... Datum anno Domini MCCLX° septimo, mense februario.

XXV.

11 dec. 1309. Thomas Martin de Colombes, prêtre, donne à la chapelle de Besons deux arpents et demi de terre, un arpent de vigne et un arpent de pré, le tout estimé à cent sous de rente environ; à condition que dans cette chapelle sera célébré tous les ans un anniversaire pour le repos de son âme, et de celle de ses amis et de ses bienfaiteurs.

.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil trois cenz et nuef, le juesdi après la feste saint Nicolas d'yver.

XXVI.

25 jun. 1309. Galterius de Brussellis profitetur se concessisse episcopo Parisiensi jus patronatus capellanie cujusdam, quam in ecclesia Sancti Eustachii Parisiensis, pro anima defuncti Johannis de Aquis, soceri sui, instituerat; retento sibi, et filio suo Johanni, si supervixerit, jure præsentationis in eadem capella.

.... Anno Domini MCCC nono, indictione VII, die XXV mensis junii, pontificatus sanctissimi patris ac domini nostri, domini Clementis, divina providentia pape V, anno quarto.

XXVII.

20 mai. 1365. Littera cujusdam donationis facte a domino Johanne de Briis, milite, et Avelina, ejus uxore, super fundatione domus Dei de Briis, videlicet duorum arpentorum vel circa in uno teneuti, sitorum apud Brias, et circiter quindecim arpentorum terre arabilis sitorum in diversis petiis, in territorio de Beligni, nec non et XL solidorum Parisiensium annui

redditus; que quidem littera est in thesauro Sancti Victoris, una cum litteris extraordinariis, cujus tenor sic incipit : « Reginaldus, miseratione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, dominus Johannes de Briis dictus Junior, miles, et domina Avelina, ejus uxor, asseruerunt quod ipsi, ducti proposito salutari, duo arpenta vel circa, in uno tenenti, sita apud Brias, inter domum Laurentii carpentarii et Petri Sanceline junioris, in censiva ipsorum J. et A. et dominio, a Johanne dicto Fardier, laico, pro XL libris Parisiensibus, emerant, de suo proprio jam solutis, ubi quandam domum Dei, suis propriis sumptibus et expensis, pro pauperibus et degentibus inibi misericorditer sustentandis, construxerant et fundarant, etc. » Et sic terminatur : « Datum anno Domini MCCLX° quinto, mense mayo, die mercurii proxima ante Penthecosten, apud Bryas. »

XXVIII.

Petrus, Parisiensis episcopus, consentiente presbytero Villaris in Garenna, concedit licentiam construendi capellam juxta leprosariam Rotuli, ad opus leprosorum ejusdem loci, salvo in omnibus jure parochiali ecclesiæ Sancti Martini de Villari[1]. Apr. 1217-18.

.... Actum anno Domini MCC° septimo decimo, mense aprili.

XXIX.

Noble et puissant homme monseigneur Yon, seigneur de Garencières et de Maule, dote de divers immeubles deux chapellenies qu'il a fondées dans la chapelle de son hôtel des Fossés-de-Louans, sous l'invocation, l'une de saint Eutrope, et l'autre de la Vierge, qui doivent être desservies, la première par les frères de l'Hôtel-Dieu de Paris, ou par un chapelain à leur nomination; la seconde par un chapelain séculier, dont la présentation appartiendra audit Yon et à ses successeurs; lesquels chapelains payeront tous les ans à l'évêque de Paris, en signe de soumission, quatre setiers de blé. 14 jan. 1347.

.... En tesmoing de ce, nous.... avons mis à ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil CCC quarente-six, le dymanche XIIIe jour de janvier.

[1] Edit. apud Dubois, *Hist. Eccles. Paris.*, t. II, p. 202.

XXX.

12 sept. 1318. Nicole, veuve de Philippe Danneville, talemelier et bourgeois de Paris, et les autres exécuteurs testamentaires dudit Philippe, reconnaissent que l'évêque de Paris a amorti, au profit d'une chapelle fondée par ledit Philippe, dans l'église des Bons-Enfants-Saint-Honoré, douze livres parisis de surcens, assises sur la maison au Singe, faisant le coin de la rue des Estuves, en face de la Croix du Tirouer[1]; et, en compensation de cet amortissement, assignent audit évêque une rente de quatre livres parisis, répartie ainsi qu'il suit : quarante sous parisis de croit de cens, sur trois maisons contiguës, ayant appartenu à Thomas Lesuue, pâtissier, situées à Paris, hors de la porte Saint-Honoré, au chevet de l'église du même nom, et tenant d'une part à la maison de Thomas de Rouen, bazennier, d'autre part au cimetière et au cloître Saint-Honoré; vingt sous parisis de croit de cens sur une maison, grange et jardin, situés à Paris, hors de la porte au Comte-d'Artois, tenant d'une part à la maison Jehan Marage, poissonnier; et vingt sons parisis de croit de cens sur une grange, jardin et lonages, situés à Paris, hors de la porte Saint-Honoré, dans la rue Saint-Thomas-du-Louvre, tenant d'une part à l'omosnier du roy.

.... En tesmoing de ce, nous.... avons mis en ces lettres le seel de ladicte prévosté de Paris, l'an de grâce mil CCCXLVIII, le vendredi douze jours de septembre.

XXXI.

18 dec. 1318. Jean Belot et Jeanne, sa femme, fille de feu Geoffroy de Savigni, bourgeois de Paris, vendent à Fouques, évêque de Paris, moyennant trois cent trois livres quatre sous parisis, une rente de vingt-cinq livres cinq sous quatre deniers parisis, qu'ils percevaient annuellement au péage de Conflans-Sainte-Honorine.

.... En tesmoignage de ce, nous.... avons mis le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil CCCXL et huit, le jeudi dix et huit jours de décembre.

XXXII.

30 nov. 1318. Garnier Marcel et Eudéline, sa femme, bourgeois de Paris, vendent à Fouques de Chenac, évêque de Paris, moyennant six cents livres parisis, cinquante livres parisis de rente, à prendre au péage de Conflans-Sainte-Honorine.

.... Ce fu fait l'an de grâce mil CCC XL et huit, le dymenche trentiesme jour du moys de novembre.

XXXIII.

30 nov. 1318. Jacques de Chennevières et Jeanne, sa femme, bourgeois de Paris, vendent à l'évêque de Paris, moyennant cent huit livres parisis, une rente de neuf livres parisis sur le péage de Conflans, dont ils faisaient hommage à Charles de Montmorenci.

.... En tesmoing de laquelle chose,.... avons mis à ces lettres le seel

[1] C'est probablement la même maison où naquit Molière.

de la prévosté de Paris, l'an MCCCXLVIII, le dymenche derrenier jour de novembre.

XXXIV.

A tous ceux qui ces lettres verront, Hue de Laon, maastre et proviseur de l'ostel-Dieu de Paris, salut en Nostre-Seigneur. Savoir faisons que nous, par le conseil et délibération que nous avons eu à honorables personnes et discrètes le doien et chapitre de l'église Nostre-Dame de Paris, dont nous sommes subgects, et aussi par bonne délibéracion que nous avons eue aveques les frères et seurs dudit hostel-Dieu, de la volenté et consentement de touz les dessusdits nomez, avons ballié et délivré, baillons, assignons et délivrons, par la teneur de ces présentes lettres, à révérent père en Dieu monseigneur Fouques, par la grâce de Dieu évesques de Paris, et à ses successeurs évesques de Paris, XX sols parisis d'anuel et perpétuel rente, les premiers pris de VI livres parisis de rente, que nous prenons [chascun] an, à cause dudit hostel-Dieu, sur et en la maison de Jehan de la Fosse, poissonnier madame la rayne de France, séant en la rue aux Prouveires, tenant d'une part à Pierre le Champenois, et d'autre à la maison maistre Girart de la Chapelle, en la justice et seignourie dudit monseigneur l'évesque; c'est assavoir pour et en récompensation de cent soulz de ladite rente, que nous prenions sur ladite maisons, que ledit monseigneur l'évesque, pour contemplacion des prières de nostre trés chier seigneur monseigneur le duc de Normandie, nous avoit admortis pour ledit hostel-Dieu.... En tesmoing de ce, nous avons seellé ces lettres de nostre seel, duquel nous usons en toutes noz besongnes. Ce fu fait le onzesme jour du mois de septembre, l'an de grâce mil CCC quarante et huit. 11 sept. 1348.

XXXV.

Robert du Quesnay, curé de Montfermeil, et les autres exécuteurs testamentaires de feu Pierre de Villiers, en son vivant trésorier de l'église de l'hôpital Saint-Jacques-aux-Pèlerins de Paris, constituent une rente annuelle de dix livres parisis, en faveur de l'évêque de Paris, qui amortit au profit d'une chapelle fondée, dans l'église de Saint-Eustache, par ledit Pierre de Villiers, onze livres seize sous huit deniers parisis de rente annuelle, assise sur des maisons situées hors de la porte Saint-Honoré, dans la rue du Siége aux Déchargeurs, au coin de la rue Baudouin-Prendgage, et dans les rues des Estuves et de la Tonnellerie. 4 mart. 1337.

.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces présentes lettres le

seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce MCCCXXXVI, le mardi quart jour de marz.

XXXVI.

17 mart. 1349. Guyonnet Jacques de Vissours déclare avoir pris à cens, de Fouques, évêque de Paris, deux arpents et un huitième de terre labourable, et un demi-arpent et un huitième de pré, à Vissours, moyennant douze sous parisis de surcens annuel.

.... En tesmoing de ce, nous avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, l'an de grâce mil CCCXLVIII, le mardi XVII jours de mars.

XXXVII.

18 mart. 1349. Marie la Gossequine, bourgeoise de Paris, en compensation de l'amortissement d'une rente de quatre livres, consenti à son profit par Foulques de Chenac, évêque de Paris, constitue audit évêque une rente de vingt sous parisis, à prendre sur une maison située dans la rue Saint-Germain-l'Auxerrois.

.... En tesmoing de ce, nous.... avons mis en ces lettres le seel de la prévosté de Paris, le merquedi dis-huit jours du mois de mars, l'an de grâce mil trois cenz quarante et huit.

XXXVIII.

15 nov. 1260. Littera renunciationis sergenterie sive ministerii circulorum.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis et officialis archidiaconi Parisiensis, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presentia constitutus, Gilo dictus Charro, civis Parisiensis, liber serviens domini Parisiensis episcopi, in sergenteria sive ministerio circulorum sive circularie, sponte et ex certa scientia, sciens et prudens, dicte sergenterie sive ministerio, et omni juri, immunitati sive libertati, occasione dicte sergenterie sive ministerii, sibi competentibus quomodolibet renunciavit, coram nobis, penitus et expresse, fide prestita corporali; quittans ex nunc quidquid habet vel habere potest in ipsa, omne jus et omnem libertatem sive immunitatem sibi competentem, ratione sergenterie supradicte sive ministerii, in dominum Parisiensem episcopum et ejus successores, ac causam habentes vel habituros ab ipso episcopo vel ejus successoribus ex nunc in posterum transferendo, nichil in posterum reclamaturus in ipsa.... In cujus rei testimonium, ad petitionem dicti Gilonis, sigilla nostra duximus

presentibus litteris apponenda. Datum anno Domini MCC sexagesimo, die lune post festum beati Martini hyemalis.

XXXIX.

Littera super quatuor solidis percipiendis super manerio de ponte Charentonii, annuatim, in die sancti Remigii. 19 mart. 1257.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Noveritis nos, anno Domini MCC.° sexto, die lune post *Letare Jerusalem*, litteras inferius annotatas, non abolitas, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua parte sui viciatas, vidisse, in hec verba :

Guillelmus, permissione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus universis, quod nos concessimus Natali desuper Aquam, civi Parisiensi, et ejus heredibus, quod teneat de nobis et successoribus nostris, in feodo et in perpetuum, totum manerium quod habet apud pontem de Charenton, pro quatuor solidis Parisiensibus de servicio, nobis et successoribus nostris annuatim, die Sancti Remigii, reddendis, in domo nostra Parisiensi, nobis vel nostro procuratori; ita quod dictus Natalis vel ejus heredes nullam aliam consuetudinem, sive exactionem, sive corveiam, sive talliam, vel exercitum reddere tenebuntur. Poterunt autem in dicto manerio omnes aisencias facere et hostesias dare, tanquam in libero feodo suo; et super hospites suos justitiam habebunt. Nos vero, in manerio predicto et infra omnem porprisiam, retinemus justiciam forifactorum servientium in eodem manentium et venditionum, quales ad feodum pertinent, si feodum totum vel in parte vendi contigerit. In cujus rei testimonium, presentes litteras fieri volumus et sigillo nostro roborari. Actum anno Domini M° CC° tricesimo quarto, mense augusti. Aug. 1234.

Copiam autem fecimus sub sigillo curie Parisiensis, salvo jure cujuslibet. Datum anno et die predictis.

XL.

Febr. 1261. Littera compromissi facti inter episcopum Parisiensem et comitem Nivernensem, super discordia mota inter ipsos de separatione feodi de Cloya a feodo de Monte Gaio, et aliis; que sic incipit :

« Reginaldus, miseratione divina Parisiensis ecclesie minister, licet indignus, et nobilis vir comes Nivernensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod, orta materia questionis inter nos super pluribus articulis, et precipue super quatuor, videlicet : super hoc quod nos episcopus petebamus a dicto comite LX solidos Turonenses de quolibet retrofeodo castellanie de Monte Gayo, prout per suas patentes litteras nobis, hac de causa, extitit obligatus; et super separatione feodi de Cloya, quem dicebamus separatum a predicto feodo de Monte Gayo in nostrum prejudicium et gravamen; et super eo quod nos dicebamus quod debebat nobis facere homagium novum, cum uxor sua decessisset, tempore cujus in homagio nostro hactenus extitit; et super injuria nobis illata a preposito dicti comitis, ut dicebamus; tandem, super premissis, etc. » Et sic terminatur : « Datum anno Domini MCCLX^mo tertio, mense februario [1]. »

XLI.

Mart. 1263. Littera de preposito de Monte Gayo, super emenda facta episcopo Parisiensi, super eo quod expulerat violenter de dicto castro servientem dicti episcopi, ibi destinatum ad saisiendum dictum castrum cum suis pertinentiis; pro qua emenda, ipse obligavit se solvere dicto domino episcopo ducentas marchas argenti, infra duos menses, ad voluntatem ipsius episcopi, postquam ab eodem fuisset requisitus; que sic incipit :

« Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, Johannis et Guillelmi, Parisiensium archidiaconorum, officiales, salutem in Domino. Noverint universi quod, in nostra presentia constitutus, Petrus de Soilliaco, prepositus sive custos terre de Monte Gayo, recognovit quod ipse Guichardum, servientem domini Parisiensis episcopi, destinatum specialiter ab eodem domino episcopo ad castrum Montis Gaii, causa saisiendi dictum castrum cum suis pertinentiis, pro eo quod vir nobilis comes Nivernensis, qui predictum castrum tenet a predicto

[1] Hæc charta videtur esse quasi rudimen- mense sequenti; quam compositionem vide tum compositionis quæ pacta fuit inter partes, supra, t. III, p. 215, cap. CCCXXXI.

domino episcopo in feodum, de retrofeodis non fecerat erga dominum episcopum predictum quod debebat, violenter de dicto castro expulit, in injuriam domini Parisiensis episcopi, dampnum, prejudicium et gravamen; ratione cujus injurie, idem Petrus coram nobis recognovit se gagiasse domino Parisiensi episcopo emendam, etc. » Et sic terminatur : « Datum anno Domini M° CC° LX° tertio, mense martio. »

XLII.

Testamentum Gazonis de Thorota, armigeri, sigillatum sub sigillo quatuor executorum suorum, quod sic incipit : Jul. 1264.

« In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Gacho de Thorota, armiger, de salute anime mee cogitans, testamentum meum dispono in hunc modum. Primo, pro portione mea que me contingit, tam in hereditagio quam in mobilibus, capio ad partem meam quadringentas et quadraginta libras Parisienses, quas lego et divido in hunc modum : Primo, lego ecclesie Beate Marie de Alba Curia, in qua meam elegi sepulturam, decem libras Parisienses, ad pitanciam fratrum, in die obitus mei, et lectum meum furnitum, et quatuor libras Parisienses annui redditus, in redditu quem habeo in censu de Caprosia, in festo Omnium Sanctorum, prò anniversario meo et uxoris mee faciendo, etc. » Et sic terminatur : « Actum anno Domini M° CC° L° quarto, mense julio. »

XLIII.

Charta qua donum quatuor librarum annui redditus, a Gazone de Thorota, armigero, ecclesiæ de Alba Curia factum, laudatur et confirmatur ab Herveo, domino Caprosiæ. Oct. 1265.

.... Actum anno gratie MCCLX° quinto, mense octobri.

XLIV.

Johannes, abbas Beatæ Mariæ de Alba Curia, Præmonstratensis ordinis, diœcesis Carnotensis, declarat se vendidisse Stephano, Parisiensi episcopo, pro quadraginta libris Parisiensibus, quatuor libras annui redditus, percipiendas e feodo Caprosiæ, olim legatas monasterio Albæ Curiæ a Gazone de Thorota. 3 mart. 1276.

.... Datum anno Domini M° CC° LXX° quinto, mense martio, die martis post dominicam qua cantatur *Reminiscere*.

XLV.

18 mai. 1487. Arrestum aureum, una cum processu verbali et littera executoriali ipsius arresti, obtentum ad utilitatem episcopi Parisiensis, contra procuratorem generalem regis; per quod apparet quod tercia pars firmarum seu coustumarum dommanii, ville, prepositure et vicecomitatus Parisiensis adjudicata fuit dicto episcopo Parisiensi.

L'an mil IIIc IIIIxx et sept, le XVIIIe jour de mai, de la partie de révérend père en Dieu monseigneur Loys de Beaumont, évesque de Paris, à nous Guillaume Allegrin, conseiller du roy nostre sire en sa court de parlement, furent présentées les lettres d'arrest données et prononcées en ladicte court, à l'encontre du procureur général du roy, maistre Renauld Chasteau, Guillaume d'Avesnes et autres nommez oudit arrest, le XIe jour d'avril derrenier passé, mil IIIc IIIIxx et six, avant Pasques, avec l'exécutoire d'icelluy, à noz adreçant, en nous en requérant l'exécution; ce que fut par nous accordé. Et pour ce faire, nous transportasmes au parquet dudit procureur général du roy, en la grant salle du Palais; auquel, en la présence des advocatz du roy, monstrasmes et exhibasmes ledict arrest et exécutoire, et luy exposasmes ladite requeste à nous faicte de la partie dudict évesque, à ce que, s'il vouloit auchune chose dire touchant ladicte exécution, il fust par nous oy. Lequel nous requist avoir le double dudict arrest et exécutoire, pour avoir advis et délibération avecques lesdits advocats du roy de ce qu'il auroit à faire; ce que lui octroyasmes. Et avecques ce, baillasmes noz lettres de commission, adreçans au premier huissier ou sergent royal, pour adjourner, à la requeste dudict évesque, lesdits maistre Renault Chasteau, Guillaume d'Avesnes et autres, dont de la partie d'icelluy évesque seroit requis; lesquelles noz lettres de commission furent présentées à Estienne Bonnet, huissier de ladicte court, qui nous relata par sa relation avoir faict ledit adjournement, ainsi que plus à plain est contenu en sadicte relation, de laquelle, ensemble dudict arrest et exécutoire, la teneur s'ensuit :

11 apr. 1487. Karolus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus quod, cum, sedecima die julii, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, comparens in nostra parlamenti curia, dilectus et fidelis consiliarius noster, Ludo-

vicus de Bello Monte, episcopus Parisiensis, actorem se constituens in casu novitatis et saisine, contra magistrum Reginaldum Chasteau, Guillermum d'Avesnes, Anthonium Gervais, Johannem le Lorrain, Johannem le Blanc, Johannem Buimont, Gilletum de Laval, Carolum Garnier, Guillermum Brasier et Johannem Fay, firmarios nostros firmarum nostrarum Parisius, tunc defensores et opponentes; necnon Andream Parroisse et Yvonem l'Arragonnoys, dictum consiliarium nostrum, episcopum Parisiensem, in suis possessionibus et saisinis manuteneri visuros adjornatos; proponi fecisset, quod olim Parisiensis episcopus, nomine Stephanus, alterius ex inclyte recordationis regibus Francie, predecessoribus nostris, frater germanus fuerat; qui quidem fratres, per certum partagium inter eos factum, dommanium et temporalitatem ville nostre Parisiensis partiti fuerant atque diviserant[1], ac quod dictus episcopus dictarum temporalitatis et dommanii terciam partem, una cum alta, media et bassa justicia haberet; et, quoad jura et deveria que dividi seu separari non poterant, sicuti erant pedagia et coustume, quod dictus rex predecessor noster et sui successores, reges Francie, dictis juribus et deveriis individuis seu indivisibilibus, ex tribus septimanis duabus; dictus autem episcopus et ejus successores, una seu altera ipsarum trium septimanarum, uterentur respective et gauderent, ordinaverant et appunctaverant; et, ob hoc, dictus episcopus, inter alia jura sibi in dicta villa nostra Parisiensi spectantia, jus coustume piscium marinorum, thelouei pannorum, pedis furcati, pedis rotundi, pedagii pontis de Charentonio et de Malo Molendino, pedagii Parvi Pontis, trillerii Castelleti, corii et allute, gallice cordouen, oleorum et pinguedinum, bladi, chantelagii, rotagii vinorum, quinquallerie, frapperie, peliparie seu pelleterie et lingerie, curagii tellarum et canabii, fructus et accuminis, que firme decem septem in numero erant, ab illo tempore semper habuerat et adhuc habebat. Tamen, anno millesimo ducentesimo vicesimo secundo, regnante bone memorie Philippo Augusto, predecessore nostro, super certa questione, pretextu dictorum jurium mota et introducta, dictus Philippus Augustus et episcopus Parisiensis, tunc existens, certum pacis tractatum seu accordum inter se inierunt, per

[1] De hac fabula vide supra, p. 272, cap. v.

quem, quod dictus episcopus suas pixides in sua septimana seu ebdomada haberet, summque receptorem pro ejusdem episcopi coustumis recipiendis committeret seu deputaret, expresse statutum, ordinatum et appunctatum fuerat [1]; et ab hinc episcopi Parisienses, in dicta sua ebdomada, predictis suis juribus, dictos receptores suos in domibus propter hoc assuetis destinando seu deputando, notorie et publice, absque contradictione quacumque, usi et gavisi fuerant, nec in hoc officiarii regii, qui secundum curricula temporum vixerant, dictis episcopis aliquod impedimentum intulerant; quod etiam facere non debuerant, prout nec adhuc debebant. His tamen non obstantibus, prenominati firmarii, quorum etiam aliqui dicti episcopi firmas alias tenuerant, ab anno citra, habito respectu ad ultima expleta, firmarios dicti episcopi in perceptione dictorum jurium, sua durante ebdomada, de facto impediverant, ac ipsos carceribus mancipare tetenderant; adeo quod, firmis dicti episcopi penitus dimissis, de ipsis amplius se intromittere per metum dereliquerant; quamobrem dictus consiliarius noster, vigore certarum litterarum, se in dictis suis juribus, possessionibus et saisinis manuteneri et conservari fecerat, adversus quam manutenentiam dicti opponentes se opposuerant. Quos in dicta curia nostra compariturus, suas oppositionis causas dicturos, necnon predictos Parroisse et l'Arragonnoys, dictum consiliarium nostrum, magis ample manuteneri et conservari visuros, ac omnes ulterius processuros et facturos, ut esset racionis, adjornari fecisset. Ex quibus, concludendo, petiisset et requisiisset dictus consiliarius noster, quod per arrestum dicte curie nostre diceretur et declararetur ipsum, ad bonam et justam causam, se in dictis suis juribus, possessionibus et saisinis manuteneri fecisse, dictosque opponentes, ad malam et injustam causam, in contrarium se opposuisse; ipseque consiliarius noster in suis juribus, possessionibus et saisinis antedictis manuteneretur et conservaretur; et, in casu dilacionis, recredentia rei contenciose sibi fieret et adjudicaretur; ac quod per provisionem dicta curia nostra super dictis juribus se informaret, dictoque episcopo provisionem faceret; ac quod dicta querimonia furniretur, sommationes contra procuratorem nostrum generalem, pro intertenemento dicti

[1] Vide compositionem illam t. I, p. 122, cap. CXLV.

tractatus seu accordi, faciendo; nec non quod dicti defensores et opponentes in dicti consiliarii nostri expensis, dampnis et interesse condamnarentur. Memorati vero defensores et opponentes ex adverso proponi fecissent, quod, ratione dictorum jurium per dictum episcopum pretensorum, ipse suam supplicationem sive requestam dilectis et fidelibus consiliariis nostris gentibus camere compotorum nostrorum alias porrexerat. Que gentes, quod procurator noster, dicti etiam firmarii, necnon dictus episcopus respective suas demandam, defensiones, replicas et duplicas scripto tenus traderent, et in jure appunctaverant; eui appunctamento ipse partes furniverant. Sed, ex post, contra dictum processum veniendo, dictus episcopus suam predictam querimoniam aceeperat, et, ob quod, ipsi defensores et opponentes processum coram dictis gentibus camere compotorum pendentem primitus decidi et determinari, alioquin per dictam curiam nostram evocari debere conclusissent. Super quo partibus ad consilium appunctatis, processus earumdem, ex ordinatione diete curie nostre, dicto procuratori nostro generali ostensus extitisset. Quo per eum viso, ipse procurator noster generalis, attentis dicto processu, coram dictis gentibus moto, alioque, tempore immediati predecessoris dicti episcopi, coram consiliariis nostris, super facto justicie thesauri nostri, introducto, super quo partes fuerant in factis contrariis appunctate, ad finem non procedendi dictumque processum, contra dictos firmarios agitatum, adnullari conclusisset. Super quo, dictis partibus auditis et in jure appunctatis, ac visis per dictam curiam nostram in hac parte productis, ipsa per suum arrestum seu appunctamentum, xicesima octava die martii, anno millesimo quadringentesimo 28 mart 1404
octavo prolatum, quod dictus episcopus, infra octavam tunc sequentem, tales demandas, requestas et conclusiones, quales sibi videretur, contra dictum procuratorem nostrum de novo veniret facturus; partibusque auditis, dicta curia nostra easdem, ut rationi foret, appunctaret, exceptionibus declinatoriis per dictum procuratorem nostrum propositis non obstantibus, ordinasset. Constitutis igitur in dicta curia nostra predicto consiliario nostro Ludovico de Bello Monte, episcopo Parisiensi, actore, ex una parte, et dicto procuratore nostro generali, defensore, ex altera, dictus consiliarius noster proponi fecisset, quod ipse juribus, possessionibus et saisinis antedictis, sibi mediis predeclaratis spectantibus, usus semper et gavisus fuerat; que jura abbas Sancti Maglorii episcopo Pari-

siensi alias, in presentia predecessorum nostrorum regum Francie, recognoverat, certumque registrum in thesauro nostro existebat, irrubricatum seu intitulatum per hec verba, videlicet : *Ce sont les coustumes qui appartiennent au roi et à l'évesque de Paris;* et similiter, quotiens regalia nostra in ecclesia Parisiensi vigebat, receptores ordinarii dommanii Parisiensis nostros compotos de coustumis, tanquam episcopo Parisiensi spectantibus, in camera compotorum nostrorum reddiderant; eo etiam quod quidam firmarius pedis furcati dictum episcopum in suis juribus impediverat, ipse episcopus sententiam contra eum obtinuerat, adeoque predecessores dicti episcopi, consiliarii nostri moderni et etiam ipse dictis juribus semper usi et effectualiter gavisi extiterant. Dicebat ulterius dictus consiliarius noster, quod prenominati firmarii dictum consiliarium nostrum in suis juribus impediverant; ob quod, ipse dictam suam querimoniam formaverat, processusque inter dictum consiliarium nostrum et predictos firmarios motus fuerat. Qui quidem firmarii jura dicti consiliarii nostri novisse responderant; sed nichilominus nonnulli ex ipsis, ex persuasione quorumdam, in dicto impedimento steterant et perseveraverant. Dictus tamen procurator noster ad finem non procedendi tetenderat, et dicta curia nostra, quod dictus episcopus suam demandam de novo faceret, appunctaverat. Quare, concludendo, petiisset et requisiisset dictus consiliarius noster, absque a dicto processu novitatis discedendo, sed in eo ac in conclusionibus in suo litigato contentis perseverando, et in omnem eventum, quod predictus procurator noster ad se ab impedimentis per eum dicti episcopi firmariis factis desistendum et discedendum, dictumque consiliarium nostrum predictis juribus uti et gaudere pacifice permittendum condamnarentur; et quod, per modum provisionis, predictus consiliarius noster dictis firmis et juribus, cautionem saltem tradendo de illo quod dicti firmarii reciperent reddendo et restituendo, gauderet atque uteretur. Memoratus vero procurator noster generalis ex adverso proponi fecisset, quod hujusmodi materia quamplurimum jura dommanii nostri tangebat, et eadem maxima consequentia sequebatur, ex eaque jura nostra nimium ledi poterant, et ad hoc magnus debebat haberi respectus; nam in dicto nostro dommanio plura membra existebant comprehensa, duo videlicet generalia sunt : dommanium immutabile et firmum, utputa redditus et revenute, de quo nunc non agebatur; aliud etiam mu-

tabile existebat, quod in firmis residebat, et secundum ballia atque traditiones mutabatur, et de isto ventillabatur questio, pro eo quod dictus episcopus unam tertiam partem in omnibus predictis firmis, que majorem partem revenute nostre Parisiensis importabant, sibi spectare dicebat; ipse etiam firme, tempore bone memorie Karoli quinti, predecessoris nostri, ad viginti novem aut quadraginta millia librarum ascendebant: sicque dictus episcopus, pro ejus parte, decem millia haberet, quod omnino absurdum esset; et, ob id, ejus episcopatus aliis episcopatibus regni nostri in valore precederet. Dicebat insuper dictus procurator noster, quod in dicto dommanio mutabili antiquitus fuerat unum membrum, consistens in parvis juribus, in denereatis videlicet et mercanciis, super quibus aliquando obolus, nonnunquam picta et alias denarius, absque nichilo amplius, levabantur seu capiebantur; etiam quod octingenti anni preterierant quod episcopus pro tunc existens, forsitan per partagium per eum pretensum, et de tempore beati Clodoaldi, aliquam parvam porcionem in dictis minutis juribus habuerat, juraque per eum pretensa tunc in phalis de Campellis capere debere forsan dictum extiterat; verum postea, aliud dommanium mutabile, grossum videlicet et duplum, dicebatur seu nominabatur, quod extiterat institutum citra triginta annos post predictum pretensum partagium. Nam, sicut per ordinationes nostras et predecessorum nostrorum cavebatur, anno ccc° vicesimo quarto, mercatores Parisius affluentes, 1321.
certis racionibus et causis ipsos inducentibus, omnes firmas duplicaverant, et ad utilitatem regum Francie pro necessitate regni tradiderant, in quo dicti episcopi nihil pretendere poterant nec debebant; et, quoad coustumam piscis maris, ipsa ad nongentorum francorum summam ad utilitatem nostram tradebatur; in qua, si dictus episcopus jura que pretendit haberet, trecentos francos reciperet; et tamen jus suum ad pretium triginta francorum nunquam tradiderat, et quidquid diceretur, nos et predecessores nostri minuto dictarum firmarum, absque eo quod episcopi Parisienses quidquam in hoc cepissent, usi et gavisi fueramus. Consequenter dicebat procurator noster, quod predecessores dicti episcopi certum processum contra firmarios nostros, coram gentibus dicti thesauri nostri, intentaverant; qui quidem firmarii suas defensiones proposuerant, et allegaverant in trillerio dicti Castelleti nostri plures bran-

chias esse et maxime consistere, sicut jus conductus, residens in eo, quod nulla quadriga neque currus aut equus onusque seu chargia ducebatur, quin conductum nobis solveret; super quo processu dicte partes produxerant ac contradicta et salvationes tradiderant, et episcopus Parisiensis provisionem petierat; sed dicti consiliarii nostri, per eorum sententiam, partes predictas in factis contrariis et inquesta appunctaverant; ac quod dictus episcopus nullam provisionem haberet declaraverant : unde dictus episcopus in vocem appellationis minime proruperat. Sed, postea dictus episcopus hujusmodi processum pro derelicto tenuerat, ac suam requestam dictis gentibus camere compotorum nostrorum tradiderat; que gentes, quod dictus episcopus jura sua latius declararet, hujusmodique requesta procuratori et receptori nostris ac firmariis ostenderetur, et quod dicte partes suas demandam, defensiones, replicas et duplicas traderent, appunctaverant; cui appunctamento furniverant et produxerant. Verum, his nondum contentus, predictus episcopus ipse dictam querimoniam contra predictos firmarios duntaxat formaverat, adversus quam nonnulli ex ipsis se opposuerant, alii vero distulerant; et, ob hoc, dictus episcopus eosdem ad duos fines, videlicet opponentes, suas causas oppositionum dicturos, alios vero, dictum episcopum magis ample manuteneri visuros, adjornari fecerat; dieque sibi assignata, dicti firmarii defensionem hujusmodi materie dicto procuratori nostro generali competere allegaverant; et tunc episcopus provisionem petierat, subque colore hujus, dictus episcopus certum magnum saccum produxerat, ac dictos firmarios secludi facere voluerat. De quo dicti firmarii predictum procuratorem nostrum advisaverant, qui pecias dictarum partium videre requisierat, ac dictos firmarios male versasse et ipsos ad jura nostra defendendum incapaces esse, dictumque procuratorem nostrum minime vocatum extitisse, ac dictum processum adnullari debere allegaverat; et in contrarium dictus episcopus que voluerat proposuerat. Et tunc dicta curia nostra, quod dictus episcopus suam demandam de novo veniret facturus, et procurator noster defensurus, ordinaverat. Qnibus attentis, dictus episcopus admittendus non erat, nec ipse in alto banno, in sigillo Castelleti nostri, neque in dicto conductu, que branchie ex trillerio dicti Castelleti nostri dependebant, aliquid unquam ceperat; et, si forsan dicebatur ut

dictus episcopus pretendere volebat, quod suas consuetudines in ejus septimana habere debebat, non tamen ipsas consuetudines de tertia parte dictorum nostrorum jurium esse declaratum fuerat, nec eidem episcopo, cum petitorie agebat, ulla provisio fieri debebat; potissimum etiam quod de dote, testamento, alimentis, aut successionibus directis, in quibus duntaxat provisio locum habebat, non vertebatur questio, nec dictam provisionem contra nos, tanquam contra privatos, petere aut requirere poterat; omneque inconveniens in hac parte, ex eo quod episcopi Parisienses suas firmas firmariis nostris tradiderant, obvenerat; visis etiam compotis regalie per dictum episcopum allegatis, ipsi compoti magis contra eum quam contra nos faciebant. Quare, concludendo, petiisset et requisiisset dictus procurator noster generalis, per arrestum dicte curie nostre, dici et declarari dictum episcopum ut actorem admittendum non esse, alias ipsum procuratorem nostrum absolvi debere, necnon absque figura processus, vocatis gentibus camere compotorum nostrorum, compotos antiquos, tam nostros quam illos dicti episcopi, ad quos tradendum compelleretur, atque ordinationes nostras videri, et dictos processus discuti, eidemque procuratori nostro generali, si quid de novo superveniret, in suo litigato addere permitti. Supradicto episcopo in contrarium replicante, et dicente quod, attentis suis titulis, possessione, gaudentia, compotis, sententiis et judiciis, ejus intentio bene fundata erat, et quod etiam antiquitus, in villa Parisiensi, bannum ex parte regia et episcopi Parisiensis proclamari consueverat; ex quo liquido constabat, quod ipse partem in domanio et juridictione ville habuerat et habebat, nec inter se differebant grossa et minuta jura, quoniam dictus episcopus in illis suam tertiam partem haberet, ut per registrum dicti thesauri nostri constabat; si quia tempore beati Clodoaldi, domanium parvi valoris existebat, hoc per carentiam populi fuerat, sed, cum etiam populus auctus fuerat, itidem jura regia ac episcoporum auxerant et creverant. Nec proficere poterat dicto procuratori nostro per eum dicere, quod dicte firme fuerant augmentate, et quod in hujusmodi augmentatione dictus episcopus nichil petere poterat: nam, si ex dictorum firmariorum subtilitate excogitata ipsi dictas firmas separaverant seu diviserant, ex eo tamen non sequebatur quòd jus dicti episcopi deperire valeret aut deberet, et, quod

plus est, de dote ecclesie Parisiensis, cujus dictus episcopus est sponsus, et de alimentis dicti episcopi questio vertebatur, ex quo in omnem eventum provisio sibi fieri debebat, et quidquid diceretur, non inveniretur receptores dicti dommanii nostri receptam dicte regalie in suis compotis articulasse, nisi istud annaliter evenisset; qui compoti, eo quod fuerant allocati, pro re judicata censebantur, sicut supra per dictum episcopum concludendo, ac jus sibi fieri, vocatis de quibus dicte curie nostre videretur fiendum, requirendo. Predicto vero procuratore nostro generali duplicante et dicente, quod dictus episcopus, cujus patroui eramus, racione dommanii et patrimonii nostri, contra nos processum intentare non debebat, sed per supplicationem et requestam venire tenebatur, attento maxime quod nullum titulum habebat, nec accordum pretensum per dictum episcopum continebat, quod idem episcopus tertiam partem dictarum firmarum habere debebat; ipse etiam episcopus, stillo dicte curie nostre, in eo quod de dote fiebat mentio, ad ejus propositum adaptare nequibat, cum de dote temporali que, soluto matrimonio, datur, dictus stillus factus erat, eo quod dictus episcopus ejus spirituale matrimonium solutum esse non dicebat, prout etiam dicere non tendebat, prout supra concludendo. Super quibus, dictis partibus ad plenum hinc inde auditis, eadem curia nostra dictas partes, ad tradendum et producendum penes dictam curiam nostram quidquid tradere et producere vellent, et ad consilium super toto, ac quod, si judicando processum dictarum partium fieri debere provisionem videret, ipsa, ut foret racionis, ordinaret, appunctasset. Tandem, viso per dictam curiam nostram litigato dictarum partium,
5 apr. 1481. dicta quinta die aprilis, anno predicto millesimo quadringentesimo octuagesimo, ante Pascha, et aliis diebus sequentibus, facto, litteris, titulis, extractibus, compotis, registris et aliis, per quamlibet dictarum partium penes dictam curiam nostram traditis et productis, una cum earum contradictis et salvacionibus, ac consideratis considerandis et que curiam ipsam in hac parte movere poterant et debebant, prefata curia nostra, per suum arrestum, quod dictus consiliarius noster, episcopus Parisiensis, jure per eum pretenso utetur et gaudebit modo et de coustumis sequentibus, videlicet: de coustuma bladi, de coustuma animalium pedem furcatum et rotundum habentium, de coustuma

fructus, de quinquailleria, de coustuma fraperie, tellarum, lini et canapis, de coustuma thelonei, pannorum, de coustuma pingvedinum, de coustuma corii et allute, pedagii Parvi Pontis, de Charentonio, chantellagii terre dicti episcopi. Quas coustumas dictus episcopus jus habet capiendi, colligendi et percipiendi per se suasque gentes seu firmarios coustumarum prenominatarum, aut illud quod obveniet ad causam ipsarum, septem diebus, quibus dictus episcopus jus capiendi habet, immediate postquam nos quatuordecim cepimus durantibus. Qui nostri quatuordecim dies incipiunt, quolibet anno, in crastinum festi beati Johannis Baptiste; quibus quatuordecim diebus finitis, illico incipiunt septem dies dicti episcopi, et ipsis septem diebus finitis, quatuordecim dies nostri; ipsis etiam quatuordecim elapsis, septem dies dicti episcopi reincipiunt : et ita dicte constume per longum anni et per totum tempus, ac in mundinis et extra mundinas levari debent. Ac jus capiendi habent dictus episcopus et sui successores, in quantum dictas coustumas tangit, dictis septem diebus durantibus, prout nos in quatuordecim diebus nostris habemus, salvo quod, durantibus mundinis, episcopus predictus majus jus coustume quam extra mundinas non capiet. Et de habendo suas pixides, absque contradictione, pro recipiendo jus suum in domibus nostris, in Parvo Ponte, in trillerio Castelleti ac in phalis Parisiensibus; et quatenus tangit pedaginm et coustumam solvi consuetum seu consuetam in dicto trillerio Castelleti, et ad firmam traditum seu traditam, idem episcopus ipsis utetur et gaudebit, ac etiam de branchiis ipsius firme trillerii, prout et per modum et formam quibus ipse et sui predecessores episcopi, ante impedimentum per dictos firmarios nostros appositum, utebantur et gaudebant. Et respectu constume piscis maris ville nostre Parisiensis, quam dictus episcopus in sua septimana, sicut in nostra quaterdena, petit, dicta curia nostra quod dictus episcopus in dicta sua septimana habebit duos denarios Parisienses, super qualibet somma piscis maris, in dictis phalis Parisiensibus venientis, pro suo jure venute dumtaxat, et in quadriga duos denarios de miliari, et de morues ac pisce gallice *maquerel*, salso, et alio pisce, qui de venuta erit, ad equiparens seu equivalens; et de toto quod vendetur et emetur de marea dictus episcopus habebit, de eo quod venditur pro revendendo in dictis phalis, ac de eo quod vadit ad

portam Baudoyer et ad Parvum Pontem, de qualibet sporta obolum, et de revenditione; de eo vero quod extra villam vadit, nichil; et de residuo dicte coustume piscis maris et aliis coustumis supra mentionatis, de quibus dictus actor demandam facit, eadem curia nostra quod informatio fiet, vocatis vocandis, per duos ex dilectis et fidelibus nostris in dicta curia nostra consiliariis, super factis et articulis dictarum partium a suis litigatis contradictis, et salvacionibus extrahendis et per unum breve *intendit* tradendis, pro ipsa facta et penes dictam curiam reportata, ordinando ut fuerit rationis; et hoc totum, non obstantibus impedimentis, tam per dictos firmarios quam per procuratorem nostrum antedictum in contrarium appositis; que impedimenta dicta curia nostra, ad utilitatem dicti episcopi, tollit et ammovit, tollitque et ammovet pro gaudendo per eum, suas gentes, firmarios et officiarios, modo et forma supradeclaratis, dictis procuratori nostro, firmariis et omnibus aliis, ne deinceps aliquod impedimentum in dicta gaudencia dicto episcopo adjudicata prebeant, inhibendo et defendendo, dixit et ordinavit, dicitque et ordinat. In cujus rei testimonium, nostrum presentibus litteris jussimus apponi sigillum. Datum Parisius, in parlamento nostro, undecima die aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, ante Pascha, et regni nostri quarto. Per arrestum curie, DE CERISAY.

11 apr. 1487. Karolus, Dei gratia Francorum rex, dilecto et fideli nostro, in nostra parlamenti curia consiliario, magistro Guillelmo Allegrin, salutem et dilectionem. Ad supplicationem dilecti et fidelis consiliarii nostri episcopi Parisiensis, vobis, tenore presentium, committimus et mandamus, quatenus, viso dicte curie nostre arresto, inter dictum supplicantem, ex una parte, et procuratorem nostrum generalem, ex altera, die date presentium dato seu prolato, illud, juxta sui formam et tenorem, in hiis que executionem requirunt, executioni debite demandetis seu demandari faciatis. Ab omnibus autem justiciariis et subditis nostris, vobis ac a vobis deputandis in hac parte, pareri volumus et jubemus. Datum Parisius, in parlamento nostro, undecima die aprilis, anno Domini MCCCC octuagesimo sexto, ante Pascha, et regni nostri quarto. Per cameram, DE CERISAY.

26 mai. 1487. Guillaume Allegrin, conseiller du roy nostre sire en sa court de

parlement et commissaire en ceste partie, au premier huissier de ladite court, ou autre sergent royal, qui sur ce sera requis, salut. De la partie de messire Loys de Beaumont, évesque de Paris, nous ont esté présentées certaines lettres d'arrest donné et prononcé en ladite court, à son proufit, le unziesme jour d'avril derrenier passé, à l'encontre de maistre Regnault Chasteau, Guillaume d'Avesnes, Anthoine Gervais, Jehan le Lorrain, Jehan le Blanc, Jehan Buimont, Gillet de Laval, Charles Gartier, Guillaume Brasier, Jehan Fay, André Parroisse et Yvon l'Arragonnoys, et aussi à l'encontre du procureur du roy nostre sire, ensemble l'exécutoire d'iceluy à nous adreçant, en nous en requérant l'exécucion. Parquoy nous, en obtempérant à ladite requeste, vous mandons que, à la requeste dudit évesque, vous, qui requis en serez, adjournez tous les dessusdits, et chacun d'eulx, et autres, dont de la partie dudit évesque serez requis, à lundy prouchain venant, xxviiime jour de ce présent mois de mai, à estre et comparoir par-devant nous, en la salle du Palais, à l'yssue de la grant chambre de parlement, heure de dix heures du matin, affin de veoir par nous procéder à l'exécution dudit arrest, o intimacion que, viennent ou non, il y sera par nous procédé en leur absence, comme se présens y estoient, ainsi que verrons estre à faire par raison; et nous certifiiez deuement de ce que fait en aurez. De ce faire vous donnons povoir, par vertu du povoir à nous commis et donné en ceste partie. Mandons et commandons à tous les justiciers, officiers et subjects du roy nostre sire, que à vous, en ce faisant, soit obéy. Donné à Paris, soubs nostre seel et seing manuel, le xxvie jour de mai, l'an mil m^c^ m^xx^ et sept. Ainsi signé : G. Allegrin.

A mon très-honoré seigneur, monseigneur maistre Guillaume Allegrin, conseiller du roy nostre sire en sa court de parlement et commissaire en ceste partie, Estienne Bonnet, huissier en ladite court, honeur, service et révérence. Mon très-honnoré seigneur, plaise vous savoir que, par vertu de vos lettres de commission, impétrées et à moi présentées de la partie de révérend père en Dieu monseigneur l'évesque de Paris, et à sa requeste, je, le xxvime jour de mai mil m^c^ m^xx^ et sept, me suis transporté en ceste ville de Paris, par-devers et aux personnes de monseigneur maistre Jehan de Nanterre, procureur général, maistre Pierre Quatrelivres, procureur du roy ou Chastellet, 26 mai. 1487.

maistre Regnault Chasteau, Jehan Leblanc, Gillet de Laval, Charles Garnier, Guillaume Brasier, Jehan Fay, et la vesve de feu Guillaume d'Avesnes, et de la vesve de feu Jehan le Lorrain, à présent femme de Thihault Porcher, et ès hostels et domicilles de Audry Parroisse, Anthoine Gervais, et Jehan Buimont et Yvon l'Arragonnoys; lesquels procureurs du roy, Chasteau, Le Blanc, de Laval, Garnier, Brasier et Ragonnoys, et lesdites vesves, en parlant à leursdictes personnes, et ledit Parroisse, en parlant à sa femme, et lesdits Gervais et Buimont, en parlant à leurs serviteurs, tous j'ay adjournés à estre et comparoir par-devant vous, à la barre de parlement, heure de dix heures de matin, à lundy prochain xxviiime jour dudit mois, pour veoir par vous mectre à exécution certain arrest, obtenu par ledit révérend à l'encoutre des dessusdicts, o intimacion qu'ils comparent ou non audict jour et heure, et nonobstant leur absence, sera par vous procédé à l'exécution dudict arrest, ainsi qu'il appartiendra par raison; lesquels dessus nommés m'ont respondu qu'ils y comparestront; et tout ce, mon très-honnoré seigneur, je vous certiffie estre vray. Tesmoing mon seing manuel y mis, les an et jour dessusdicts. Et ledit jour me transportay en l'ostel et domicile de maistre Symon de Neufville, receveur du dommaine de Paris, lequel, en parlant à ses gens et serviteurs, j'ay adjourné audict jour, comme dessus; lesquels m'ont respondu qu'il est allé à Poissy, et quant il sera venu, ilz luy diront. Donné comme. E. Bonnet.

28 mai. 1487. Et le lundy xxviiime jour dudit mois de may, mil cccc iiii^xx^ et sept, à l'heure de dix heures, auquel estoient adjournez les dessusdicts, comparurent par-devant nous, à la barre de parlement, c'est assavoir, maistre Jehan Lefèvre, procureur dudit évesque, et maistre Jehan de Gasnay, son advocat, d'une part, et ledit procureur général du roi, maistre Regnault Chasteau, par maistre Estienne Ansse, son procureur; Guillaume d'Avesnes et Anthoine Gervais, par maistre Jehan des Moulins, leur procureur; la vefve de feu Jehan le Lorrain, à présent femme de Thihault Porcher, par maistre Michel Saligot, son procureur; Gillet de Laval, par maistre Jacques Marnel, son procureur; Charles Garnier, par maistre Pierre Martin, son procureur; Yvon l'Arragonnoys, par ledit des Moulins, son procureur, d'autre part. Et au regart de Jehan Leblanc, Jehan Buimont, Jehan Brasier, Jehan Fay, Andry

Parroisse, maistre Pierre Quatrelivres, procureur du roy ou Chastellet de Paris, et maistre Symon de Neufville, receveur de Paris, n'y vindrent ne comparurent, ne autre pour eulx, appelez souffisamment par ledict Bonnet, et pour ce fut par nous contre eulx donné défaulx au procureur dudit évesque, ce requérant. Et après, de la partie dudit évesque, par la bouche dudict Gasnay, son avocat, nous furent de rechief présentez lesdits arrest et exécutoire, et requis l'exécution d'icelluy, selon sa forme et teneur, contre les dessusdicts, et chacun d'eulx, en tant que ce leur touche et peult toucher. Tous lesquelz dessusdicts comparens nous requirent avoir le double dudict arrest, et délai pour venir respondre à la requeste dudict évesque jusques au lendemain heure de dix heures, ce qui leur fut par nous octroyé, et pareillement au procureur général du roy, o intimacion que; ilz fussent ou non audict jour et heure, il seroit par nous procédé à ladicte exécution, ainsi que de raison.

Et ledit jour de lendemain, XXIXme jour dudit mois, et à ladicte heure de dix heures, en la salle du Palais, comparurent par-devant nous ledict Lefèvre, procureur dudict évesque, d'une part, et le procureur général du roy et aussy les dessusdicts comparants; et au regart desdicts défaillans, ilz n'y vindrent ne comparurent, ne aultres pour eux, et furent tenuz et réputez pour défaillans, appelez souffisamment par ledit Bonnet. Et, icelle comparition ainsi faicte, de la partie dudit évesque fut de rechief requis l'exécution dudict arrest, tant contre lesdits comparans que contre lesdicts défaillans, par vertu dudit deffault; et par ledict procureur général du roy nous fut dit, et aussy semblablement par tous les autres dessusdicts comparans, qu'ils ne vouloient point mectre empeschement à l'exécucion dudit arrest, et qu'il ne fust par nous procédé à l'exécution d'icelluy, selon sa forme et teneur. Et nous, lesdites parties oyes, dismes et déclarasmes, par nostre sentence et appoinctement, que nous procéderions à ladite exécution dudict arrest, selon la forme et teneur, tant contre lesdits comparans que contre lesdits défaillans, par vertu dudit deffault, dont ne fut appelé ne réclamé; et, ce fait, pour procéder par nous à ladicte exécution dudict arrest, baillasmes et délivrasmes la joissance audit évesque du droit par lui prétendu, en la manière et des coustumes qui

29 mai. 1487.

s'ensuivent, c'est assavoir: de la coustume du blé, de la coustume des bestes à pié fourché et à pié rond, de la coustume du fruit, de la coustume de la quinquaillerie, de la coustume de la frepperie, de la coustume de la péleterie, toille, lin et chanvre, de la coustume du tonlieu des draps, de la coustume des gresses, de la coustume du cuir et du cordouen, du péage du Petit-Pont de Paris, du péage du pont de Charenton, de la coustume du chantellaige en la terre dudit éveschié, pour d'icelles, ensemble des autres coustumes contenues oudict arrest, joyr par ledit évesque, et les prendre, cuillir et percevoir par luy, ses gens, fermiers et officiers, et ce qui eschera à cause d'icelles, durant les sept jours, que icelluy évesque a droit de prendre, incontinant que le roy en a pris quatorze jours; lesquelz quatorze jours du roy commancent, chascun an, le lendemain du jour de la feste sainct Jehan-Baptiste; et iceulx quatorze jours finis, incontinant commancent les sept jours dudict évesque; et iceulx sept jours finiz, recommancent les XIIII jours du roy; et iceulx XIIII jours finiz, recommancent les sept jours dudict évesque. Ainsi se doivent lesdictes coustumes lever tout au long de l'an, en tout temps, et en foire et hors foire. Et a droit icelluy évesque et successeurs évesques de prendre lesdites coustumes durant sesdits sept jours, tout ainsi que le roy en sesdicts XIIII jours, et d'avoir par ledit évesque ses bouestes, sans contradicion, pour recevoir son droit desdites coustumes, ès maisons du roy, à Petit-Pont, au treilliz de Chastellet et ès halles de Paris, esquelles est receu le droit du roy. Et touchant le péage et coustume qui est accoustumé estre payé audit treilliz de Chastellet, et baillé à ferme, nous audict évesque en avons baillé la joissance durant ses semaines, ensemble des brauches d'icelle ferme du treilliz, pour en joyr par luy, ses gens, fermiers et officiers, ainsi et par la forme et manière que icelluy évesque et ses prédécesseurs évesques en joissoient avant l'empeschement a luy mis et donné par lesdits fermiers du roy; et, se aucun débat est sur icelle joissance, en ensuivant l'ordonnance de la court contenue oudict arrest, disons que informacion sera faicte, *vocatis vocandis*, par nous et ung des autres conseillers de ladicte court, sur la forme et manière de ladicte joissance de ladicte ferme de treilliz, et sur les faiz et articles que chacune desdites parties pourront bailler touchant ce que dit est,

et par ung brief *intendit*, pour au surplus, icelle informacion faite, rapportée devers ladite court, en estre par elle ordonné ainsi qu'il appartiendra par raison. Et au regard de la coustume du poisson de mer de cette ville de Paris, dont mention est faite audit arrest, en procédant à l'exécution d'icelluy comme dessus, nous en avons baillé et délivré, baillons et délivrons la joissance, possession et saisine, en ensuivant le contenu oudict arrest, audict évesque, pour en joyr par luy, ses gens, fermiers et officiers, d'icelle coustume, en sadicte sepmaine, en la manière qui s'ensuit, c'est assavoir : que sur chacune somme de poisson venant ès halles de Paris, en sadite sepmaine, il prendra pour son droit de venute deux deniers parisis seullement, et en la charrettée deux deniers du millier, et des moruez et maquereaulx sallez, de venute, à l'équipolent, et de tout ce qui se vendra de marée pour revendre esdites halles; et en ce qui va à la porte Baudouer et à Petit-Pont, icelluy évesque aura de chacun panier maille de revenute; et au regard de ce qui va dehors de la ville, il n'aura riens de revenute; et du surplus de ladicte coustume des poissons de mer, et des autres coustumes déclairées audit arrest, desquelles ledict évesque faisoit demande, nous appoinctasmes, en ensuivant la teneur dudict arrest, que informacion sera faicte, *hinc inde* appellé ceulx qui seront à appeller, par nous et ung des autres conseillers de ladicte court, c'est assavoir, par monseigneur maistre Jehan de Caulers, dedans ung moys prouchain venant, sur les faiz et articles que chacune desdittes parties vouldront extraire de leurs plaidoyés, contreditz et salvacions, et bailleront par un brief *intendit*, pour, icelle faicte et rapportée devers ladite court, en estre par elle ordonné ainsi que de raison; et tout nonobstant les empeschemens donnez au contraire, tant par les dessusdits comparans et défaillans que par icelluy procureur général du roy et autres, lesquels empeschemens ladicte court, par ledit arrest, a levez et ostez, lève et oste au prouffit dudict évesque, pour par luy, ses gens, fermiers et officiers en joyr, par la forme et manière dessus déclairée, en faisant deffense audict procureur du roy, fermiers et tous autres, que doresnavant ne donnent audit évesque aucun empeschement en ladite joissance, ainsi à lui adjugée. Et nous, en procédant à ladicte exécution, avons de rechief baillié et délivré, baillons et délivrons audit

évesque la joissance desdites fermes, pour en joyr par luy, ses gens, fermiers et officiers, par la manière dessus déclairée, et que contenu est oudit arrest, nonobstant lesdits empeschemens à eux donnés au contraire, tant par les dessusdicts comparants et défaillants que par ledit procureur du roy et autres; et lesquelz empeschemens, en procédant comme dessus, nous avons levez et ostez au prouffit dudict évesque, pour en joyr par luy, par la forme et manière dessusdicte. Et feismes défense de par le roy et ladicte court audict procureur du roy, et aux dessusdicts comparans et défaillans, et à chacun d'eulx, en leur absence, comme se présens y estoient, et par vertu dudict deffault, et à tous autres en général, sur peine de cent marcs d'argent et autres amendes arbitraires, à applicquer moitié audict seigneur et moitié audict évesque, que dores en avant ilz ne donnent aucun empeschement audit évesque en sadicte joissance, ainsi à lui adjugée par ledict arrest. Et touchant le seurplus de l'exécution dudict arrest, donnasmes et assignasmes jour ausdites parties à estre et comparoir par-devant nous, au moys, en ladicte salle du palais, à l'yssue de la chambre de parlement, pour veoir par nous procéder au parachèvement de ladicte exécution, ainsi que de raison; et ordonnasmes et ordonnons, par ce présent nostre procès-verbal, ce que dit est dessus, et que par nous a esté advisé, fait et exécuté, sera signifié et notifié par le premier huissier de ladite court de parlement, ou autre sergent royal sur ce requis, ausdits défaillans et à chacun d'eulx, et à tous autres dont de la partie dudict évesque il sera requis, en leur réitérant lesdites défenses, et sur les peines telles que dessus; auquel nous mandons et commettons, se mestier est, par vertu du povoir à nous donné et commis en ceste partie, ainsi le faire, et à tous les justiciers, officiers et subjectz du roy, à luy, en ce faisant, estre obey. En tesmoing de ce, nous avons signé et scellé ce présent nostre procès-verbal de nostre seing et seel. Ce fut fait l'an et jour dessusdicts. Ainsi signé : G. Allegrin. Et scellé de son seel en cire rouge et laz de chanvre.

XLVI.

Jun. 1227. Littera super solutione procurationis Beate Marie Corbolicusis.

Universis presentes litteras inspecturis, capitulum Beate Marie Corbo-

liensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, cum causa verteretur, auctoritate domini pape, coram reverendo patre Philippo [1], Dei gratia episcopo, et archidiacono, et magistro scolarum, Aurelianensibus, inter venerabilem patrem nostrum B.[2], Dei gratia Parisiensem episcopum, ex parte una, et nos, ex altera, super procuratione quam a nobis sibi petebat exhiberi, quando nostram ecclesiam visitaret; tandem, inter ipsum et nos amicabilis intervenit compositio, in hunc modum : Quod nos eidem domino episcopo et successoribus ejus, Parisiensibus episcopis, tenebimur solvere semel quolibet anno, quando visitationem personaliter in eadem ecclesia exercebunt, quinquaginta solidos Parisienses, de quibus sibi procurationem parabunt; ita quod nec ipse nec successores sui, Parisienses episcopi, a nobis plus poterunt exigere, nomine procurationis. Datum anno Domini MCC vicesimo septimo, mense junio.

XLVII.

Compositio inter Nicholaum, Sancti Martini Pontisarensis abbatem, et Bartholomæum, Parisiensem episcopum, qua cavetur ut semel in anno, cum Parisiensis episcopus in Taberniaci prioratum, visitationis causa, diverterit, ei solvantur quinquaginta solidi Parisienses, nomine procurationis. Aug. 1226.

.... Actum anno Domini MCC° vicesimo sexto, mense augusto.

XLVIII.

Littera super solutione procurationis de Gaigniaco. 1220.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officiales Johannis, Petri et Gaufridi, archidiaconorum ecclesie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presentia constituti, Johannes dictus Patronart, Adam de Grigiaco, Hugo dictus Trebuchet, Guiardus Moyssi, de Soysiaco, Petrus Moyssi et Avelina, ejus uxor, recognoverunt in jure, coram nobis, quod reverendus pater Reginaldus, Dei gratia Parisiensis episcopus, ipsos Johannem, Adam de Grigiaco, Guiardum, Petrum et eorum uxores, Hugonem Trebuchet et duas sorores ipsius, scilicet Philippam et Emenjardim, necnon et omnes liberos eorum, in instrumento manumissionis contentos, manumiserat sub modis et condicionibus sub quibus sunt homines de Villa Cereris manumissi. Pro qua manumissione tenentur predicte persone, et promiserunt, fide in manu nostra prestita corporali, se soluturos domino Parisiensi episcopo vel ejus mandato summas pecunie infrascriptas, videlicet : quilibet pro rata sua medietatem ad instans festum sancti Remigii, et aliam medietatem ex tunc in annum; videlicet Johannes centum solidos Parisienses, Adam de Grigiaco centum solidos Parisienses, Hugo Trebuchet, pro se et sororibus suis predictis, decem libras Turonenses; Guiardus Moissi, de Soisiaco, ac Petrus Moissi et Avelina, pro se et uxore dicti Guiardi, sorore dicti Petri, triginta libras Parisienses. Et pro denariis sic solvendis, predicti Guiardus dictus Surillon, de Gerciaco, Johannes, ejus filius, de eadem parrochia, et Symon, de Choisiaco, dictus de Braya, pro dictis Guiardo, Petro et Avelina, de predictis triginta libris; item, Symon Carpentarius, Andreas Major, de Moissiaco, et Johannes Tartarin, de dictis decem libris Turonensibus, pro dicto Hugone; item, Nicolaus Patronart, Abricus et Johannes dicti Tartarin, pro dicto Johanne Patronart, de predictis centum solidis Parisiensibus, et Nicolaus Patronart, Johannes, ejus frater, et Johannes dictus Tartarin, pro dicto Adam, de prefatis centum solidis Parisiensibus, quilibet in solidum se

constituerunt, fide data, principales debitores et responsales coram nobis erga dominum episcopum. Insuper tam ipsi quam predicti Johannes, Adam, Hugo, Guiardus, Petrus et Avelina eidem domino episcopo omnia bona sua, mobilia et immobilia, presentia et futura, in contraplegium obligarunt; renunciantes expresse, sub prestita fide, exceptioni onerande libertatis causa, beneficio divisionis, beneficio legis qua cavetur principalem reum prius conveniendum esse quam intercessorem, petitioni libelli et presentis copie instrumenti, induciis deliberationis, omnibus aliis exceptionibus et defensionibus, ac aliis que sibi possent prodesse et domino episcopo obesse, et que contra presens possent obici instrumentum, juridictioni nostre et cujuslibet nostrum se supponendo. Datum anno Domini MCCL.° octavo, die lune post festum beati Martini estivalis.

LXVII.

Littera recognitionis feodi, castri et castellanie de Braya Roberti Comitis, Parisiensis diocesis, et facti et recepti homagii, cum juramento fidelitatis et ceteris solemnitatibus consuetis, de castro et castellania predictis; quarum litterarum altera, scilicet recognitionis, est sigillata sigillo magno, cum cauda duplici in cera alba, excellentissime domine, domine Johanne de Ebroycis, regine Francie et Navarre, ac domine dictorum castri et castellanie de Braya Roberti Comitis, que est apud Sanctum Victorem. Alia vero littera facti et recepti homagii, sigillata sigillo reverendi in Christo patris ac domini, domini Guillelmi, episcopi Parisiensis, est penes dictam dominam reginam. Cujus transcriptum hic inferius est insertum. 25 apr.? 1333

Jehanne, par la grâce de Dieu, royne de France et de Navarre, à tous ceulx qui ces lettres verront, salut. Comme question ou débat feust meuz entre nous, d'une part, et révérent père en Dieu nostre amé l'évesque de Paris, d'autre part, seur ce que ycelui évesque requéroit, ou non et pour cause de l'église de Paris, avoir hommaige de nous, pour raison de nostre chastel et chastellenie de Braye-Conte-Robert, et que nous li feissiens ledit hommaige en nostre propre personne, si comme nostre très-chier seigneur et père, que Diex absoille, et nostre chier et amé frère le roy de Navarre et conte d'Évreux et nos prédécesseurs l'avoient fait, au temps qu'il estoient seigneurs du chastel et chastellenie dessusdiz; nous, disans et opposans que, pour cause de la dignité et majesté royal, nous n'estiens tenue à faire ledit hommaige en nostre propre personne, mès à bailler homme seulement, lequel nous lui aviens

offert piéça, et offrons encores à bailler; sachent tuit que, pour bien et pais, et pour eschever plais et contens, avons sur ce traitié et accordé ensemble, en la fourme et manière qui s'ensuit, c'est assavoir: Que nous désorendroit, par la teneur de ces présentes lettres, confessons et cognoissons que nostredit chastel et chastellenie de Braye sont tenuz en foy et hommage dudit évesque de Paris, pour raison dudit éveschié; et que nos hoirs et successeurs, qui auront doresnavant, ou temps à venir, la seigneurie desdits chastel et chastellenie, seront tenuz à faire ledit hommaige audit évesque et à ses successeurs, évesques de Paris. Et parmi cest accort, ledit évesque pour soy, ou nom et pour cause de ladicte église de Paris, comme dit est, a volu, accordé et se consent que nous en nostre personne ne faisiens hommaige, pour la cause dessusdicte; ainçois li avons baillé homme, ou nom de nous et pour nous, pour faire ledit hommaige et autres devoirs ès quiex le seigneurs de Braye seroient tenuz à faire de rayson; lequel homme ledit évesque a receu pour bien de pais, sans ce que ce présent accort porte préjudice audit évesque, ne à sadicte église, ne à nous aussi, ou temps à venir, en autre cas. Lequel accort nous voulons et octroyons, et promettons loyalment et en bonne foy à non venir encontre, ne faire venir taisiblement ou en appert, par quelconque cause que ce soit, d'ores en avant ou temps à venir. En tesmoing de ce, nous avons fait mettre nostre seel en ces présentes lettres. Donné à Braye-Conte-Robert, le xxve jour du moys[1], l'an de grâce mil ccc trente et trois.

Tenor littere homagii facti et recepti talis est :

27 apr. 1334. Guillaumes, par la misération divine, évesques de Paris, à touz ceulx qui ces présentes lettres verront, salut en Nostre-Seigneur. Comme question ou débat feust meu, *etc.*[2].... Et à ce nous consentons que nostredicte dame ne nous fera mie en sa personne ledict hommaige, pour la cause dessusdicte; ainçois nous a baillié homme, en non de luy et pour lui, c'est assavoir monseigneur Jehan de Soysy, chevalier, seigneur de Brunoy, pour faire ledit hommaige et autres devoirs auxquiex les seigneurs de Braye seroient tenuz à faire de raison; lequel

[1] Le nom du mois est resté en blanc, mais c'est probablement *avril* qu'il faut lire.

[2] Comme dans la charte qui précède.

chevalier nous, pour bien de paix avons reçu, ou non et en la manière dessusdicte, en nostre foy et hommaige, sans ce que ce présent accort, *etc.* Donné à Paris, le XXVIIe jour d'avril, l'an de grâce Nostre-Seigneur mil troys cenz trente et quatre.

LXVIII.

Universis presentes litteras inspecturis, decanus et capitulum ecclesie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, licet nos opposuissemus nos gentibus reverendi in Christo patris et domini, domini Parisiensis episcopi, facientibus amoveri quendam acervum terre retro domum claustralem, quam tenet a nobis reverendus pater dominus Guillelmus de Auxona, concanonicus noster Parisiensis et electus Cameracensis, asserendo dictum acervum terre esse in jurisdictione nostra; nolumus tamen, nec est nostre intentionis, quod, per oppositionem hujusmodi, jus novum aliquod nobis, nisi quod antea habebamus, aliqualiter inibi acquiratur, nec quod per hoc dicto domino Parisiensi episcopo prejudicium aliquod generetur. Datum Parisius, in nostro capitulo et sub nostro sigillo, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto, die veneris post festum beatorum Ægidii et Lupi. 6 sept. 1336.

LXIX.

Ce sont les rentes de la chapelle Saint-Rigobert, en l'église Nostre-Dame de Paris.

Premièrement, en la Cherronnerie, sur II maisons entretenanz, CXV sols.

Item, sur la maison qui fu Martin Double, à la porte de la contesse d'Artois, VII livres et demie.

Item, sur la maison qui fu Nicolas de Chèle, delez la Lymace, X livres.

Item, sur la maison de la Lymace, XLII sols.

Item, la maison Jehan de Lille, en la rue aus Bourdonnois, X ou XII sols, à II termes.

Item, sur la maison des estuves, en la rue Saint-Germain-l'Aucerroys, XXXIIII sols.

Item, sur une grânche en Collebaston, qui fu Estienne de la Fontainne, x ou XII sols, à II termes.

Hic liber est scriptus, qui scripsit sit benedictus.

R. Galli fecit librum, quo multa rejecit;
Libro finito, diguus adest merito.
Anno milleno centeno ter quoque deno,
Tempore G. Bauffet, scriptus fuit, *onc ne fu mauffait*.

ECCLESIÆ PARISIENSIS CHARTULARIUM

APPENDIX

APPENDIX.

EXCERPTA EX LIBRO NIGRO.

I.

Sequuntur nomina villarum ecclesie Parisiensis, quas decanus Parisiensis potest et debet visitare. Et in qualibet ab habitantibus earum percipit decem libras Parisienses, pro procuratione sua, semel, quamdiu est decanus. Quas ego Petrus de Pacyaco, decanus Parisiensis, visitavi, et a qualibet villarum recepi decem libras, anno Domini MCCC° octogesimo sexto et septimo. 1386-87.

Orliacus, x lib. — Civiliacus, Layacus, x lib. — Balneoli, Castanetum, x lib. — Suciacus et Chrystolium, x lib. — Rosaius in Bria, x lib. Paris. — Vernotus, cum villis adjacentibus, x lib. — Liricantus, x lib. — Ytevilla, x lib. — Corberosa, x lib. — Spedona, cum Maresiis, x lib. — Andresiacus, cum villis adjacentibus, x lib. — Viriacus in Viromandia, x lib.

Et est sciendum quod illi de Moriaco et Mintriaco, de Mesnilio Domine Rancie, de Espiers, de Compans, de Soilliaco et de Trambleyo non debent dictas decem libras, quia S.', decanus Parisiensis, de consensu capituli, composuit cum habitantibus earum ad summam XXV librarum Parisiensium, convertendam in redditus emendos pro decanatu, anno Domini MCCXVIII, mense junio. Sed qui redditus de dicta summa fuerint empti, michi P. de Paciaco, decano, non constat neque constitit. Jun. 1218.

II.

Isti sunt libri theologie quos cancellarius Parisiensis custodit, per manum suam accommodandos pauperibus scolaribus, Parisius, in facultate theologie studentibus; quos libros magister Petrus de Sancto Audomaro, cancellarius Parisiensis, recepit a capitulo per manus magistrorum G. Chaucon et Stephani de Cuibervilla, canonicorum Parisiensium, anno Domini MCC nonagesimo sexto, die jovis in crastino festi decollationis beati Johannis Baptiste. 30 aug. 1296.

Nomina librorum sunt hec:

Biblia sine glosa, completa. — Item, Genesis, Exodus, glosati, in uno volumine. — Item, libri Salomonis glosati, in uno volumine. — Item,

' Stephanus I.

Exodus glosatus per se. — Ezechiel glosatus per se. — Psalterium glosatum et completum[1]. — Liber Numerorum, Josue, Judicum, Ruth, Deutronomii, cum glosis, in uno volumine. — Item, quatuor libri Regum et duo libri Paralipomenum, glosati; Esdras, Machabeorum primus et secundus, glosati, in uno volumine. — Item, duodecim Prophete, glosati, in uno volumine. — Item, Job glosatus per se. — Item, alius Job, glosatus per se. — Item, duo libri Machabeorum usque ad decimum capitulum, glosati in uno volumine. — Evangelia glosata, in uno volumine. — Item, un[er] Evangelia glosata, in uno volumine. — Evangelium Marci glosatum, in uno volumine. — Epistole Pauli glosate. — Item, Epistole Pauli glosate. — Item, Epistole Pauli cum minori glosa. — Quatuor libri Sententiarum. — Item, originale Sententiarum magistri Petri Lombardi, in quodam libro cooperto corio vitulino, jam quasi depilato, cum clavis rotundis de cupro. — Biblia postillata, in duobus voluminibus. — Item, summa de Viciis et Virtutibus. — Item, Historie scolastice.

III.

Sept. 1297. Isti sunt libri quos legavit magister Petrus de Joingniaco pauperibus scolaribus studentibus in theologia, tradendi eisdem per manum cancellarii qui eos custodiet; quos recepit predictus magister Petrus cancellarius a capitulo, anno Domini millesimo cc° nonagesimo septimo, mense septembri.

I. Euvangelia Luce et Johannis, glosata. — II. Epistole Pauli, glosate. — III. Actus apostolorum, Epistole canonice et Apocalipsis, glosati. — IIII. Psalterium, cum parvis glosis. — V. Liber Ysaie, cum parvis glosis. — VI. Euvangelium Johannis, glosatum. — VII. Augustinus de Doctrina Christiana, cum viginti tribus libris originalibus ejusdem. — VIII. Augustinus super Geneses, ad litteram, et Hugo de Sacramentis. — IX. Augustinus de Oratione Dominica, et liber Scintillarum Bede, et quidam Sermones, et Pastoralis Gregorii. — X. Augustinus de sancta Viduitate et Moribus Ecclesie, et Postille super Johannem. — XI. Augustinus de Fide ad Petrum, et Seneca de Institutione morum. Ysodorus de Differentiis, de Spiritu et Anima. Augustinus contra Donatistas, cum quibusdam aliis libris ejusdem, et quibusdam libris Boecii, scilicet de Trinitate et Unitate et Uno, et de Disciplina scolarium. — XII. Liber qui dicitur Itine-

[1] Hec mentio, *psalterium glossatum et completum*, quater in codice continuo iteratur.

rarium Clementis. Liber Jeronimi contra Jovinianum. Liber Augustini super Geneses ad litteram. Sermo Johannis Crisostomi. Liber Anselmi de Veritate, cum quindecim aliis libris ejusdem. — XIII. Ricardus de Trinitate, de Statu interioris hominis, de Exterminatione mali et promotione boni, de Potestate ligandi, de Spiritu blasphemie, de Potestate judiciaria et super Apoclalipsim sex libri. — XIIII. Omelie Gregorii super prophetas, et Euvangelia, cum Pastorali et Dialogo. — XV. Regule sancti Benedicti, Augustini et fratrum domus Dei Parisiensis. — XVI. Ysodorus super Vetus Testamentum. — XVII. Disputatio Petri christiani cum Moyse christiano de Fide christiana. — XVIII. Tractatus Hugonis de Fructibus corporis et anime, cum quibusdam aliis Hugonis et Richardi. — XIX. Flores ex Dictis sanctorum. — XX. Liber contra hereses Catharorum. — XXI. Quedam regula que incipit *Hec precepta.* — XXII. Postille super Matheum. — XXIII. Postille super Geneses et sequentes libros plures Veteris Testamenti. — XXIIII. Postille super quinque libros Salomonis. — XXV. Postille Hugonis super Lucam. — XXVI. Postille super parvos prophetas. — XXVII. Expositiones super Lucam. — XXVIII. Quidam sermones et quedam postille super Euvangelium Johannis. — XXIX. Postille super Job et librum Sapientie. — XXX. Questiones theologice que incipiunt *Queritur,* cum quibusdam principiis theologie. — XXXI. Questiones de quolibet Geraldi, que incipiunt *Quesitum est de rebus.* — XXXII. Scripta super primum sententiarum, que sic incipiunt, *Profunda fluviorum.* — XXXIII. Scripta super tercium sententiarum, que incipiunt, *Deus autem qui dives est.* — XXXIIII. Summa Raymundi, cum glosis. — XXXV. Summa de Viciis. — XXXVI. Summa sermonum magistri Johannis de Abbatis Villa. — XXXVII. Sermones Petri Abalardi, que incipiunt *Ascendat puteus.* — XXXVIII. Sermones de festis sanctorum et dominicis, qui incipiunt *Vidi turbam.* — XXXIX. Sermones qui incipiunt *Preparate.* — XL. Tractatus de testamento et de tribulacione, et liber de Doctrina cordis, qui incipit *Disposuit testamentum.* — XLI. Quidam parvus liber, qui incipit, *Sequitur de articulis fidei.* — XLII. Una tabula que incipit *Abstinentia.* — XLIII. Quedam Concordancie imperfecte. — XLIIII. Liber de anima, cum quibusdam aliis libris naturalibus antique translationis. — XLV. Liber Avicobron Fontis Vite, cum quibusdam aliis. — XLVI. Quidam libri

Heticorum. — XLVII. Flores philosophorum, excepti de libro Macrobii Saturnaliorum. — XLVIII. Compotus qui incipit *Licet modo*. — XLIX. Comentum super Boecium de Consolatione, imperfectum.

IV.

Circa a. 1067. De Verno furnoque.

Recordatio causę quę fuit inter Lisiernum, militem, de Vernoilo, et canonicos Sanctę Marię, tempore Milonis prepositi. Lisiernus acceperat tres denarios de lege, propter panem de furno, quem quidam rusticus non ita reddiderat ut debuit. Canonici dixerunt injuste accepisse Lisiernum supradictos denarios, quoniam conventio fuit, quando eorum homo devenit, et donum furni recepit, ut, si aliquando aliquis forisfaceret de furno, Lisiernus nullam emendationem legis reciperet, sed per justiciam Sanctę Marię suum catale rehaberet. Canonici hanc conventionem parati fuerunt approbare. Lisiernus legaliter non potuit denegare. Quapropter, denarios mox in presentia reddidit, et quicquid inde deliquerat ut sibi condonaretur exoravit : quod et factum est. Item, in eadem causa, de terra quam conjunxerat suo horreo judicatum est, quia, sicut ipse ostenderat Miloni prepposito adjuncturam, ita deberet horreum evellere, et terram Sanctę Marię quiete relinquere. Odo decanus [1] affuit. Lando precentor. Joscelinus et Ivo, archidiaconi. Viricus presbiter. Odo presbiter. Girardus levita. Ursio subdiaconus. Milo prepositus. Odo subdiaconus.

V.

1119. De concessione Ludovici regis, facta ecclesie Beate Marie Parisiensis, de Odone, majore de Undresiaco, et progenie sua.

In Christi nomine, ego Ludovicus, Dei dispensante misericordia, in regem Francorum sublimatus, notum fieri volo tam futuris quam et instantibus, quoniam nostram adiere presentiam domnus Bernerus, Parisiensis decanus, totusque ejusdem ecclesię communis conventus; rogantes ac obnixe deprecantes quatinus, ob remedium animę nostrę

[1] Idem qui subscripsit conventioni factæ cum Gascelino, advocato Viriaci; quam vide supra, t. 1, p. 308, cap. III.

predecessorumque nostrorum, servitutis calumpniam injustam quam Odonis, majori de Undresiaco, fratribus sororibusque suis, filiis etiam et filiabus imponebamus, ex toto dimitteremus. Quorum petitionem misericorditer amplexi, calumpniam injuste impositam dimisimus, et tam ipsum quam fratres et sorores, filios et filias ipsius ab omni nostra servitute in perpetuum liberavimus, et ecclesie Beate Marie Parisiensis, si quid in eis juris nostri fuerat, jure perpetuo possidendum contuli-mus. Quod, ne valeat oblivione deleri, scripto commendavimus; et ne possit a posteris infringi, sigilli nostri auctoritate et nominis nostri karactere presentem cartam subterfirmavimus. Actum Parisius, anno incarnati Verbi MCXVIII, regni nostri XII°, Adelaidis regine VI, astan-tibus in palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt et signa. S. Guillelmi dapiferi. S. Hugonis constabularii. S. Gisleberti buticu-larii. S. Guidonis camerarii (*monogr.*). Data per manum Stephani cancellarii.

VI.

De donatione trium arpentorum vinearum facta capitulo Parisiensi. Circa a. 1130.

Noverint omnes, tam futuri quam presentes, quoniam dominus Hen-ricus, accusante conscientia, ante oculos reducens tremenda eterni judicis examina, ob remedium anime sue, pro patris et matris salute, quedam de patrimonio suo dare disposuit et dedit, ecclesiis videlicet Beate Marie et Beati Victoris. Ipse Henricus, Laudunum iturus, dedit ecclesie Beate Marie tres arpennos, sub testimonio concanonicorum suorum, succentoris videlicet, magistri Guillelmi, et domni Guillelmi de Stampis et domni Hervei; eo siquidem tenore, ut, singulis annis, usque in quadragesimam vinum servaretur, et canonicis tunc precipue in vinea Dei fatigatis ad refectionem tribueretur. Sunt autem arpenni illi, unus in latere Sancti Stephani, alius inter vineam regis et vineam Odonis, et alius ex alia parte vie, juxta vineam domni Stephani archi-diaconi. Ecclesie vero Beati Victoris dedit quandam granchiam et novem quartarios vinee, apud Ablonium, juxta Sequanam, et quoddam alodium, apud Villam Novam situm, quod continet VI arpennos terre arabilis. Factum est autem donum istud apud Sanctum Victorem, sub testimonio domni Guillelmi de Stampis et domni Hervei et domni

Girardi. Ne vero in futurum alicui justa occasio relinquatur calumpniandi, neptis domni Henrici, assensu mariti sui, videlicet Simonis Ternelli, prenominatis ecclesiis prefatam elemosinam et concessit et dedit, sub testimonio plurimorum, tam clericorum quam laicorum, quorum nomina subscripta sunt. Decanus Beate Marie. Tebaldus[1], Ovidius, archidiaconi. Decanus Sancti Marcelli. Guineranus. Guido de Chelis. Robertus archipresbiter. Laici : Leonius camerarius. Gislebertus buticularius. Lisiardus, famulus buticularii. Teboldus cellerarius. Teodericus, Ensbertus, filii Teboldi cellerarii. Petrus panetarius. Alricus granetarius. Girardus mercator. Constabilis et Hermerus, excubie Sancte Marie. Anschetinus, famulus Simonis de Pissiaco. Maingotus, famulus Sancte Marie. Olricus, famulus decani Sancte Marie.... Canonici Sancti Victoris : Gilduinus abbas, Thomas prior, Robertus succentor.

VII.

1067. De servis Viriaci insurgentibus contra canonicos Parisienses.

Venerabilis priorum patrum non minimum laudanda est vita, eorumque non minus glorificanda est intentio, quorum fide ac illustri devotione, rebus omnibus, juxta reverentiam, quibuscumque ad Dei honorem potuere, sacratissime sunt constitute ecclesie, primum in honore Salvatoris nostri, cujus justitia eorum fides benigna crevit intentione; postremo, in honore sanctissime genitricis ejus virginis Marie, apostolorum scilicet et martyrum, confessorum et virginum, ut rebus ipsis prius secularibus, modo ecclesiasticis, fraterna ordinatim congregatio construeretur, que religiose constructa et ecclesiastice sedi devota, canonica et sollerti ageretur cura. Quibus viventibus, quanta potuere cura exaltata est ecclesia; defunctis, rebus ipsis est expoliata, quoniam insurrexere filii, non tante intentionis quante patres erga eam, et, pejoribus adhuc supervenientibus, minorata est paternis rebus ecclesia. Quapropter, hec prenotavimus, quoniam sancta Dei genitrix virgo Maria, in cujus honore hec Parisiace sedis ecclesia est constructa, non patiens fideles suos tantis amplius affligere tribulationibus, hec pro sancta

[1] Theobaldus, archidiaconus, cujus nepotes priorem, occiderunt anno 1133 Vide supra, Thomam infra nominatum, Sancti Victoris t. I, p. 338, not. 4.

ecclesia sua operata est miracula, quę inferius manifestantur. Anno incarnationis Domini millesimo sexagesimo septimo, regnante Philippo, Francorum rege, vivente Goisfredo, Parisiorum episcopo, viventibus Odone decano et Radulfo preposito, vivente etiam Herberto, Vermandensium comite, et Vuacelino, Viriaci advocato, servi Viriaci, insurgentes erga prepositum et canonicos Sanctę Marię, denegaverunt non debere quod antecessoribus suis manifestum est persolvere, scilicet custodiam nocturnalem, preterea quod, sine licentia prepositi et canonicorum, quas vellent ducerent uxores. Quorum contradictio nos ad placitum quoddam excitavit, per quod dissererent se licentiam non debere expectare a preposito et canonicis. Hanc eis rem secundum rationem adnichilare putantibus, meritis sacratissimę Dei genitricis Marie ita eorum lingua confusa est, quod ea, quę putavere proferre ad adjutorium utilitatis eorum, conversa sunt ad ipsorum supplicium et ad nostrę utilitatis gaudium. Quibus ita confusis, judicantibus cabinis per legem, porrigentibus decano Odoni sinistram cirothegam, reddiderunt custodiam; per dextram vero alias reliquere feminas, ita ut sine licentia prepositi et canonicorum non amplius ducerent.

VIII.

De tribus quarteriis terre site apud Moncivriacum. Circa a. 1130.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod Bernerus decanus cuidam famulo suo Olrico[1], apud Moncivriacum, tres quartarios terrę ad plantandum vineam, ad censum novem denariorum, communi assensu capituli, dedit; quę videlicet terra ad stationem domus predicti Berneri decani pertinebat. Et ut hoc firmum esset, ipse Bernerus decanus et totum capitulum litteris et cyrographo corroborari preceperunt. Hoc autem factum est in presentia Berneri decani, Adę precentoris, Roberti succentoris.... Leberti, sacerdotis de Sancto Christoforo, Gosfredi capellani, Teobaldi archidiaconi, Odonis diaconi, Buget.

[1] Olricus, famulus decani Sanctæ Mariæ, nominatur inter testes donationis domini Henrici, supra, p. 354.

IX.

Circa a. 1151. De quodam servo Beate Marie, qui factus fuit canonicus Sancte Genovefe, canonicis nescientibus.

Ego Oddo[1], Sancte Virginis Genovefe minister, et ceteri fratres nostri, notum fieri volumus tam posteris quam presentibus, quod quondam ecclesie Parisiensis servum, Aszonem nomine, dominis suis inconsultis, in fratrem recepimus. Sed, predicte Parisiensis ecclesie canonicis indignantibus et moleste ferentibus, in presentia venerabilium dominorum nostrorum Johannis Paparonis, Romane ecclesie legati, et Teobaldi[2], Parisiorum episcopi, promisimus eis, et sigilli nostri impressione firmavimus, quod deinceps nullum servorum suorum, ipsis invitis, reciperemus.

X.

1152. De quadam muliere, cui dedit rex licentiam contrahendi cum quodam.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ludovicus, Dei gratia rex Francorum et dux Aquitanorum. Etsi divine benignitatis ordinatio omnes homines, ab eodem originem trahentes, in libertate quadam naturali creaverit, meritis tamen exigentibus, humana censura hac dignitate quosdam alienavit, et servili conditioni adjudicavit, quos in libertatem sublimare potest excellentia nostra. Notum sit igitur universis, et presentibus et futuris, quod uxorem Petri Borni de Villa Nova, Aguetem, ancillam nostram, amore Dei et assistentium nobis fidelium nostrorum precibus, et pro redemptione animarum tam nostre quam parentum nostrorum, interventu etiam Petri, majoris de Orliaco, et amicorum suorum, ejusdem majoris filio, Galtero, nupturam, ita absolute et integre liberavimus, ut neque nos neque successores nostri ipsius heredibus suis, quos deinceps susceperit, aliquam servitutis calumniam imponamus; sed heredes quos prius habuit ex Petro Borno nobis retinuimus. Quod ut ratum sit in posterum et stabiliter firmum, memorie commendari et sigilli nostri auctoritate muniri precepimus,

[1] Odo, antea prior Sancti Victoris, abbas Sancte Genovefe sacratus est, anno 1148, et curæ pastorali renunciavit, circa annum 1154.

[2] Electus inclinante jam anno 1143, defunctus anno 1157.

adjecto karactere nostri nominis. Actum Parisius, anno ab incarnatione Domini MCLII, regni nostri XVI, astantibus in palatio nostro quorum subtitulata sunt nomina et signa. S. Guidonis buticularii. S. Mathie constabularii. S. Mathie camerarii.

XI.

De Leduissa, filia Huberti Salientis in Bonum. 1153.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Amen. Ego Ludovicus, Dei gratia rex Francorum et dux Aquitanorum. Sciant universi, et presentes et futuri, quod Raginaudus, filius Roberti Comitis, constans de familia ecclesię Parisiensis, uxorem accepit Leduissam, filiam Huberti Salientis in Bonum et Adelaidis, ancillam nostram; quod dominis suis, prefate ecclesię canonicis, multum displicuit, ipsumque Raginaudum super inito conjugio inculpabant. Sed nos, ex regia benignitate, pro amore ecclesię Parisiensis, et prece Raginaudi et amicorum ejus, interventu etiam illorum qui de consilio nostro erant, prefatam Leduisam ecclesię Parisiensi habendam et dominandam, cum sua possessione, tam in vineis quam in aliis rebus, salvo censu et ceteris consuetudinibus nostris quas terra debet, donavimus; eo tenore, ut canonici ejusdem ecclesię de ancillis suis unam tribuant nobis, de quacumque familia sit, duabus tantum exceptis familiis, Petri videlicet, majoris de Orliaco, et Teduini, de Daiaco, majoris; quam similiter cum omni sua possessione, salvis consuetudinibus ecclesię secundum debitum terrę, nobis donandam canonici concesserunt. Quod ut ratum sit in posterum et indissolubile, scribi et sigillo nostro muniri, nostri etiam nominis karactere confirmari precepimus. Actum publice Parisius, anno ab incarnatione Domini MCLIII°, regni nostri XVII°, astantibus in palatio nostro quorum subtitulata sunt nomina et signa. Domus nostra sine dapifero tunc erat. S. Guidonis buticularii. S. Mathie constabularii. S. Mathie camerarii (*monogr.*). Data per manum Hugonis cancellarii.

XII.

Breve quo definitur quid ecclesia Parisiensis et quid presbyter de Liricanto in Liricanti ecclesia percipiant. Ante 1226. xiii.

XIII.

De majoria de Rungi et multis aliis.

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quoniam ego Barba Aurea, Dei gratia Parisiensis ecclesie decanus, et universum ejusdem ecclesie capitulum Balduino, filio Durandi, majoriam de Rungi, cum campipartagio et messagio et farragine ejusdem terre, et insuper duos arpennos terre arabilis, qui sunt sub Orli, que omnia ad hospitale Beate Marie pertinent, quamdiu ille vixerit, concessimus; ita quod, post ejus decessum, ad predictum hospitale majoria et alia predicta sine aliqua contradictione redeant. Quod ne a posteris infirmari possit, etc. Signum Barbe Auree decani. S. Alberti precentoris. S. Gurmundi archidiaconi. S. Simonis archidiaconi. S. Girardi archidiaconi. Data per manus Petri cancellarii.

XIV.

1217. Stephanus decanus totumque Parisiensis ecclesiæ capitulum concedunt Ebrardo presbytero, Parisiensis ecclesiæ matriculario, quamdiu vixerit, quamdam domum, sitam juxta Sanctum Christophorum, cum duobus arpennis et uno quarterio vinearum; eo tenore, ut dictus Ebrardus solvat, singulis annis, Parisiensi ecclesiæ quatuor libras censuales, in octavis Omnium Sanctorum, et stationem unam, mense julio, die anniversarii Petri Lombardi, Parisiensis episcopi.

.... Actum anno gratie MCCXVII.

XV.

1195. De terris Beate Marie, apud Rungiacum sitis.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Hugo Clementis, Parisiensis decanus, totumque capitulum, notum fieri volumus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos terras Beate Marie, apud Rungiacum sitas, quas Symon de Sancto Dyonisio, quondam frater et concanonicus noster, possedit, omnibus illis qui eas acceperint vel accipere voluerint concedimus in perpetuum possidendas; eo videlicet tenore, quod ipsi, de quolibet arpenno, sive culto sive inculto, octo denarios reddent et unum sextarium frumenti, ad minam regiam, minoris precii quam optimum frumentum sex denariis, addncendi Parisius, in granarium Beate Marie, singulis annis, in festo sancti Remigii. Illis autem qui hostisias ad censum acceperint et heredibus suis concedimus eas in per-

petuum tenendas; ita quidem quod denarios de censu earumdem hostisinrum et predictarum terrarum in crastino festivitatis Omnium Sanctorum persolvent. De quinque autem hostisiis, que sunt in appenditiis domus, quatuor sunt quarum quelibet est quinque solidorum, et quinta quatuor solidorum, et una alia in grangia decem solidorum, que continet duas trabatas. Quod ut ratum habeatur, *etc.*... Signum Hugonis Clementis decani. S. Petri precentoris. S. Mauricii archidiaconi. S. Hemerici archidiaconi. S. Odonis archidiaconi. S. Galonis presbiteri et succentoris.... Actum publice in capitulo nostro, anno incarnati Verbi mc° nonagesimo quinto. Data per manum magistri Petri Pictaviensis, cancellarii Parisiensis.

XVI.

Eustachius clericus dat in perpetuam elemosinam clericis matutinalibus ecclesiæ Parisiensis : 1° quatuor libras augmentati census, quarum præcipua pars exigebatur ex domo una sita Parisiis, in vico Marmosetorum, de quo censu unus denarius solvetur uniciuique dictorum clericorum matutinalium, qui interesit missis celebrandis alta voce, ad majus altare, diebus festis beate Mariæ, Crucis et Sanctorum Angelorum; 2° domum ipsius Eustachii, sitam in curte Ferrici de Parisiis, duo arpenta et dimidium vineæ, sitæ apud Meudun, in censiva Sancti Germani de Pratis, unumque arpentum vineæ sitæ in censiva Guidonis de Munellis militis, atque tria quarteria vineæ, sitæ apud Floriacum, in censiva Petri de Claugni militis; 3° triginta quinque solidos, percipiendos in vico Sancti Martini de Campis, super quatuor domibus contiguis vico Juglariorum, distribuendos dictis clericis, die anniversariorum Eustachii, patrisque et matris ejus. Sec. xiii

XVII.

Eustachius clericus, persona altaris Sancti Johannis Baptistæ in ecclesia Sancti Mederici Parisiensis, concedit dicto altari in perpetua elemosina : 1° quindecim libras quatuor solidos et duo denarios augmentati census, percipiendos Parisiis, ex quibusdam domibus sitis in vico Novo, in vico Sine Capite juxta vicum Novum, in vicis Symonis Franque et Gaufridi Audegavensis, qui omnes in censiva Sancti Mederici existunt, denique in magno vico Sancti Benedicti; 2° tria arpenta terræ supra Cortillam, in censiva Sancti Lazari; 3° tertiam partem decimæ Leudevillæ, domus et granchiæ; 4° omnia altaris ornamenta. Sec. xiii.

XVIII.

Hec sunt que pertinent ad majoriam de Monte Gillardi et de Tavers, scilicet : duo modii frumenti ad magnam mensuram de Monsterolio vel circiter, pro terragiis; item, tres sextarii ordei et sex solidi in crastino nativitatis Domini; item, quinque solidi in minuto censu; item, quarta

pars ventarum et laudationum, que valet per annum circiter novem libras; item, viginti arpenta terre, que estimantur per annum centum solidi; item, pro custodia vinearum de Charmant, x solidi.

XIX.

Statutum est et sollempniter ordinatum in capitulo Parisiensi, quod quando contigerit personam aliquam in ecclesia Parisiensi decedere, quod matriculatii laici habebunt lectum ita furnitum, prout corpus dicte persone in ecclesia fuerit deportatum.

De canonicis vero simplicibus ita est ordinatum et statutum, quod dicti matriculatii habebunt lectum cum duobus linteaminibus tantum.

De servientibus majori altari,... quod unum linteamen, sive duo, si inventa fuerint cum corpore defuncti, tantum habebunt.

De beneficiatis vero et aliis,... quod duodecim denarios habebunt solummodo.

Tenebuntur vero dicti matriculatii pulsare campanas, quando corpus apportabitur ad ecclesiam, et quando incipiet fieri commendatio, et quando corpus defuncti ad sepulchrum deportabitur. Et hanc ternam pulsationem campanarum facere tenebuntur pro beneficiato, in ecclesia Parisiensi et aliis, dicti matriculatii.

Pro personis vero et canonicis et majori altari deservientibus fieut depulsationes campanarum, prout est ab antiquo ordinatum ac statutum.

XX.

Ce sont les rues et lieux à Paris, esquieulx messeigneurs doyen et chapitre de Nostre-Dame de Paris ont toute haulte justice, moyenne et basse.

Oultre la porte Saint-Jaques, du costé devers Saint-Marcel, depuis ladite porte jusques à l'ostel qui fut Jehan Saine, assis oultre ladicte porte.

Item, depuis ladicte porte, en venant à Petit-Pont, du costé Sainte-Geneviefve, jusques à l'ostel monseigneur d'Évreux.

Item, en la rue de la Mortèlerie, devers Saine, où l'eu fait les mortiers, l'ostel de la Nef, et une autre près d'illeuc.

Item, en ladicte rue Saint-Jaques, devers les Jacobins, l'ostel du Panier, faisant le coing de la rue aus Escoliers de Cligny.

Item, en ladicte rue Saint-Jaques, du costé devers la rue de la Harpe, depuis l'ostel du Saumont, en ycelle rue, jusques à l'ansigne du Dalphin, près du carrefour Saint-Séverin.

Item, en ycelle rue, du costé devers la place Maubert, depuis le Plat-d'Estain, en ladicte rue, jusques au coing du carrefour Saint-Séverin.

Item, depuis ledit carrefour, en dévalant par la rue de Galande, jusques au coing de la rue des Angloys, qui abotist en ladicte rue de Galande, près de la place Maubert, du costé devers Saint-Yves.

Item, ladicte rue des Angloys tout du long, du costé devers la rue Saint-Jaques.

Item, la rue du Plastre tout du long, aboutissant d'un bout en ladite rue aux Angloys, et de l'autre bout à la rue Saint-Jaques.

Item, la rue Saint-Yves, du costé devers Saint-Yves, depuis le coing de la rue aux Angloys, jusques deux maisons oultre et au-dessoubs de l'ostel du Coq.

Item, au carrefour Saint-Séverin, la taverne de l'Image Nostre-Dame, jusques en la rue de Saillenbien, aboutissant en la rue Saint-Séverin.

Item, ladicte rue Saillenbien, d'un costé et d'autre, jusques à l'ostel Mainet Galie par-derrière.

Item, près de la porte Saint-Victor, la rue des Murs, d'un costé et d'autre.

Item, la rue de Versailles tout du long, du costé devers Saint-Victor.

Item, la rue Traversaine, d'un costé et d'autre, jusques au bout desdictes rues des Murs et de Versailles.

Item, la rue Saint-Victor, depuis le coing de la rue de Versailles jusques à la porte Saint-Victor, du costé devers Saincte-Geneviefve.

Item, tout le pourpris de l'Ostel-Dieu jusques au port l'évesque de Paris, excepté 11 maisons assises audit port, appartenant à monseigneur de Paris.

Item, l'ostel du Petit-Chauderon jusques à Saint-Christofle, devant le Parvis.

Item, devers Saint-Christofle, l'ostel de la Cope-d'Argent, tant comme il se comporte, ouquel demore le bocher du Parvis.

Item, l'ostel du Cheval-Blanc, tant comme il se comporte, devers les maisons de Saint-Victor qui sont devant Saint-Christofle, en la Cité.

Item, en la rue du Colon, aboutissant en rue Neufve-Nostre-Dame, l'ostel qui est de chapitre, ouquel demeurent messires Jehan Bienvenu et Jean de Villeneufve.

Item, l'ostel de l'Ors et du Lion, tant comme il se comporte, d'un costé et d'autre.

Item, la rue Saint-Père-aux-Beufs, l'ostel de chapitre, où jadix furent les prisons, si comme il se comporte, et la rue du costé dudit hostel jusques à l'église Saincte-Marine.

Item, la rue Saincte-Marine, d'un costé et d'autre, jusques à la porte du cloistre.

Item, depuis ladicte porte jusques à la taverne de l'Asne-Rayé.

Item, l'ostel maistre Alart de Villiers, en la rue des Marmozés, près de la porte du cloystre.

Item, depuis ladicte porte, en alant à la rivière devers le cloystre, jusques au port Nostre-Dame.

Item, ledit port, avecques le port Saint-Landry, d'un costé et d'autre.

Item, au-dessoubs de Saint-Landry, près de la Rose, une maison, si comme elle se comporte, en laquelle a pluseurs louages.

Item, en Glatigny, troys maisons, soubs les pilliers.

Item, troys maisons devant Saint-Denis de la Chartre, en l'une desquelles pent l'enseigne de la Coppe, en l'autre demeure ung folon d'aumusses, etc.

Item, tous les molins de Grant-Pont, d'un costé et d'autre.

Item, en la rue Jehan-Pain-Molet et de Saint-Bon, pluseurs maisons.

Item, en la rue de Marivaulx, du costé devers Saint-Merry.

Item, en la rue des Arcys, derrière Saint-Jaques de la Bocherie, l'ostel des Gans, et deux maisons tenant à ycelluy hostel.

Item, ung hostel en l'Escorcherie de Paris.

Item, la rue aux Ménétrés, du costé devers Saint-Julien.

Item, en la rue Saint-Martin, depuis le coing de la rue aus Ménétrés, troys maisons, en alant vers Saint-Julien.

Item, au Ponceau Saint-Denis, du costé des Filles-Dieu, pluseurs maisons jusques à la Bastide.

Item, en la rue Jehan-Jehancien, pluseurs maisons, d'un costé et d'autre.

Item, à la Barre-du-Bec, pluseurs maisons, du costé de Saint-Merry.

XXI.

Noverit tam futurorum posteritas secutura, quam modernorum presencia, quod gloriosissimus rex Ludovicus, gloriosissimi Ludovici Grossi regis filius, vacante episcopatu, dum universa ad episcopalem fiscum pertinencia in ipsius essent potestate, rogatu et ammonitione canonicorum sancte matris ecclesie Parisiensis, luminaria amplificavit, atque, sicut in presenti scripto continetur, absque ulla imminutione, ad decorem domus Dei, in perpetuum observari precepit. Nos itaque, tam honestam illustris regis cereorum amplificationem, propter honorem perpetue Virginis, debita tam sollempnibus diebus quam ceteris, per totius anni circulum, luminaria memorie commendare curavimus; et, ne in perpetuum imminui vel quoquo modo subtrahi possint, presenti pagine inseruimus. Igitur quot cerei esse et accendi debeant in ecclesia Beate Marie Parisiensis, ex ordine, cum ceteris omnibus luminaribus conscripsimus : unus videlicet ante altare Sancte Trinitatis accendetur, *etc.* Sæc. XIII.

XXII.

Instrumentum quo varia statuuntur de missarum celebrandarum ordine, de luminare ecclesiæ, et de candelis capituli personis et servientibus distribuendis. Sæc. XIII.

XXIII.

Ordinatio pro deffectibus et negligentiis in ecclesia Parisiensi factis vel faciendis. Sæc. XIII.

Finita pulsatione ad matutinas, ebdomadarius statim sine intervallo debet incipere matutinas, aut alius pro eo. Si autem defectum fecerit, in solempnibus duplis et semiduplis, pro defectu solvet quinque solidos; in festis novem vel quasi novem lectionum, si defecerit, persolvet majorem stationem pro defectu; aliis autem diebus simplicibus quibus defecerit, pro defectu solvet minorem stationem. Item, corarii debent esse in choro, quando debent incipere invitatorium; et, si defectum fecerint, in festis sollempnibus aut duplis, dexter chorarius persolvet pro defectu x solidos, et sinister v. In semiduplis vero et festis novem lectionum vel quasi novem, uterque chorarius persolvet majorem sta-

cionem, et in simplicibus, minorem stationem.... Item, si matricularii presbiteri capas ad horam non ministraverint chorariis vel illis qui tractus, alleluia, responsoria vel aliquid aliud facere aut dicere debuerint, punientur, sicut ipsi punirentur quibus ministrare deberent capas, si defficerent. Item, si non jaceant in ecclesia de nocte, in septimanis suis, majorem stationem persolvent, *etc*....

XXIV.

27 oct. 1335. De ordinatione servicii.

Universis presentes litteras inspecturis, decanus et capitulum ecclesie Parisiensis, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus quod nos, in die sabbati ante festum beatorum Symonis et Jude apostolorum, in cujus festi vigilia semper consuevimus habere capitulum generale, congregati ad capitulandum, ad sonum campane, more solito,.... ex unanimi consensu ordinavimus et statuimus: Quod de cetero vicarii canonici Sancti Dyonisii de Passu et Sancti Johannis Rotundi, macicoti, clerici matutinales, et alii, tam clerici quam presbiteri, in ipsa nostra ecclesia deservientes, a choro dicte ecclesie nostre non recedant, dum celebrabitur officium matutinarum, quousque fuerit completum officium supradictum, nec causa dicendi secrete, ad partem, matutinas vel aliud; immo in choro usque ad completionem dicti officii remanebunt, nisi, urgente causa necessitatis, eos vel aliquem eorumdem exire oporteat, qua cessante, redire ad dictum officium tenebuntur; et, si aliquis eorum contrarium fecerit, eo ipso admittet suas matutinas[1]. Et illud idem de vesperis et aliis horis statuimus et ordinamus observari, ac etiam de magnis missis et de anniversariis, quando pecunia in ipsis distribui debebit. Item, ordinamus et statuimus quod ille qui defectum fecerit de celebratione magne misse, tenebitur solvere, pro deffectu suo in hoc, xx^ti^ solidos Parisienses. Et, si celebrans magnam missam non habuerit in ipsa celebratione competentem rasuram, tenebitur solvere viginti solidos pro deffectu; et qui deficiet de cetero in rasuris consuetis, solvet quinque solidos pro defectu. Et ille qui deffectum fecerit de euvangelio magne misse legendo, tenebitur

[1] Legendum est *amittet suas matutinas*, id est partem suam in distributionibus quæ, occasione matutinarum, fiebant canonicis.

solvere decem solidos Parisienses, et tantumdem illi qui defficient de epistola dicte misse. Item, statuimus et ordinamus, quod ille qui deffecerit de celebratione misse de deffunctis, tenebitur solvere decem solidos Parisienses; et qui defficiet de euvangelio vel de epistola ejusdem misse, tres solidos et sex denarios Parisienses; et sic antiquitus erat observatum.... Datum et actum in dicto nostro capitulo generali, anno Domini millesimo ccc° tricesimo quinto, die sabbati predicta.

XXV.

Sententia a judicibus ecclesiasticis, ut videtur, lata, qua statuitur canonicos, clericos et personas ecclesie Sancti Benedicti nec esse nec facere posse vel debere capitulum sive collegium, neque habere vel habuisse sigillum capitulare aut arcam, nullum denique pactum inire posse sine licentia et auctoritate capituli Parisiensis, cui ecclesia Sancti Benedicti est subjecta. Sæc. xv.

XXVI.

Statutum in capitulo, anno Domini MCCLX^mo^ nono. 1269.

Compotus vini erit de cetero in crastino nativitatis beati Johannis, nisi crastinum evenerit die dominica, et tunc dictus compotus differetur ad diem lune sequentem.

Compotus panis erit in vigilia beati Bartholomei, nisi sit dominica, et tunc erit sabbato precedenti.

Compotus horarum fiet in vigilia apostolorum Symonis et Jude, nisi sit dominica, et tunc fiet sabbato precedenti.

Compotus matutinarum et anniversariorum erit in crastino beati Martini hyemalis, nisi sit dominica, et tunc differetur ad diem lune sequentem.

Compotus camere fiet in vigilia beati Thome apostoli, nisi sit dominica; et tunc fiet sabbato precedenti.

Compotus anniversariorum foraneorum erit in die proxima ante dictum compotum camere, nisi sit similiter dominica, et tunc fiet die sabbati precedenti.

Item, sabbato ante *Oculi mei* compotus denariorum capituli.

XXVII.

Hec sunt ville capituli Parisiensis in quibus canonici prebendantur.

Andresiacum et Joiacum. — Spedona. — Civiliacum et Laiacum. —

Castenetum et Balneolum. — Corborosa. — Ytevilla. — Liricantus. — Orliacum. — Vernotum et Transvers. — Rosetum in Bria. — Moriacum et Mitriacum. — Succiacum et Christolium. — Viriacum in Viromandia.

XXVIII.

Mai. 1389. Anno Domini MCCC octogesimo nono, mense mayo, domini Robertus Charronis, Jacobus Parvi, canonici Sancti Mederici Parisiensis, Stephanus de Orliaco, curatus de Autolio, Parisiensis diocesis, Philipotus[1].... executores deffuncti magistri Petri de Burgo, quondam capicerii et canonici Sancti Mederici, composuerunt mecum Petro de Pacyaco, decano Parisiensi, pro funeralibus dicti capicerii defuncti, ad me, ratione dicti decanatus, spectantibus, ad summam octo francorum auri; et illos mihi solverunt per manus dicti magistri Roberti. Et est sciendum quod nomine funeralium continentur lectus furnitus, pulvinare, auriculare, culcitra, culcitra puncta. Nomine lecti furniti, cum hiis que scripta sunt supra, in primo folio hujus libri, debet habere decanus duo paria linteaminum de lino, duo pepla, almuciam capicerii deffuncti et duo suppellicia. Et pro istis, anno predicto, executores composuerunt domino Petro de Pacyaco, decano Parisiensi, ad octo francos, ut est dictum[2].

XXIX.

5 oct. 1456. Sequitur copia clausule testamenti domini Guillelmi de Chenaco, quondam Parisiensis episcopi, postea patriarche Alexandrini, sumpta ab originali, die mercurii post [Sanctum] Remigium, videlicet v[a] die octobris, presentibus magistris Reginaldo de Buxia et Bernardo de Chenac, anno LVI[to]. Sequitur dicta clausula in hunc modum :

Item, volumus et statuimus et ordinamus, quod centum libre Parisienses annui et perpetui redditus assignentur, pro salute nostra, parentum et benefactorum nostrorum, de bonis nostris, quemadmodum alias voluimus ordinari, videlicet : XXX libre, pro una capellania perpetua, in ecclesia Parisiensi per nos fundata, capellano servienti ejusdem anno quolibet exolvende; et triginta libre, pro anniversario nostro, in dicta ecclesia perpetuo celebrando, distribuende inter canonicos et ceteros qui ut canonici recipiunt, scilicet viginti quinque

[1] Deest vox una vel duæ.

[2] Sequuntur quatuor alia ejusdem argumenti instrumenta, annorum 1398 et 1437, quæ hic non referenda duximus.

libre de dicta summa, et centum solidi pro communitate ecclesie supradicte, ac viginti quinque libre pro antiphona beate Marie *Inviolata* nuncupata, in dicta ecclesia cantanda post Pasca et continue, postmodum, durante dicta summa pecunie, prout est in dicta ecclesia fieri consuetum; necnon xv libre restantes, pro uno duplo, in vigilia et festo gloriosi appostoli beati Marcialis, in dicta ecclesia, anno quolibet faciendo. Quas quidem centum libras Parisienses renduales volumus et jubemus assignari super sigillo curie Parisiensis, et de emolumentis dicti sigilli, anno quolibet, sine difficultate persolvi, pro quibus episcopo de bonis vestris recompensacionem condignam fieri volumus et jubemus in loco nostro et manerio de Conbisvilla et ejus pertinentiis et alias condecenter.

XXX.

Certe constitutiones Simonis legati. Ante a. 1281.

Simon, miseratione divina tituli Sancte Cecilie presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, etc.[1] concedimus quod, de redditibus et proventibus leprosariarum, domorum Dei et hospitalium pauperum, qui in usus infirmorum et pauperum convertuntur, decima non solvetur.

Moniales etiam alieque regulares persone, quarum redditus et proventus ecclesiastici adeo sunt tenues et exiles, quod de illis sustentari non possunt, sed pro habenda vite sue sustentatione necesse habent publice mendicare et elemosinas publice petere, dictam decimam non persolvent.

Seculares quoque clerici, quorum ecclesiastici redditus et proventus annui sumam duodecim librarum Parisiensium non excedunt, eandem decimam non prestabunt.

Si vero una persona plura habeat beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam duodecim librarum Parisiensium annuatim attingat, simul tamen collecta in annuis proventibus summam memoratam excedant, quoquot vel quantumcumque modica fuerit, de om-

[1] Simon dictus Bria, natione Gallicus, legati officio diu in Gallia functus, electus est in papam die 22 februarii 1281, Martinusque papa IV dictus est. In hoc instrumento agitur sine dubio de quadam decima reddituum ecclesiasticorum, regi per tres annos a summo pontifice concessa.

nibus et singulis decima persolvetur. Sed non solvetur de pictanciis monacorum.

Similiter de biis que a Christi fidelibus relinquuntur ecclesiis, ut ex eis perpetui emantur redditus, et exemniis[1] prelatis et aliis personis ecclesiasticis liberaliter factis decima non solvetur.

Solventium decimam electioni seu arbitrio duximus committendum, utrum ipsam velint solvere per totum triannium quo durabit decima, pro rata proventuum quos singulis annis dicti triannii ipsos percipere contingerit, an per totum ipsum triannium, pro rata communis extimationis proventuum eorumdem; sed, una via electa, non licebit alicui variare ad aliam recurrendo.

Et fiat et redigatur per collectores in scriptis electio hujusmodi expresse in prima solucionis decime supradicte, alioquin juxta extimationem communem per totum triannium solvere tenebuntur.

Declaramus autem quod, si hii qui elegerint solvere decimam pro rata qua percipient annuatim, vendent proventus beneficiorum suorum que personalem residenciam non requirunt, solvent decimam de solo precio quod recipient de eisdem, dum tamen circa hoc in fraudem decime nichil omnino agatur.

Sed ecclesiastica persona, que in ecclesia sua vel beneficio, quod residenciam personalem requirit, non resederit, sed faciet in eodem per firmarium vel vicarium deserviri, deputando ipsi vicario vel firmario certam suorum proventuum porcionem, non deducet partem vicarii seu firmarii, sed de universis ipsius ecclesie vel beneficiis proventibus decimam exhibebit.

Declaramus autem quod, de silvis seu nemoribus que non consueverunt vendi nichil solvetur, nisi forte aliquid de illis venditum fuerit, durante decima; et tunc extimabitur quantum valere debeat annui redditus pars vendita, secundum asisiam que consuevit fieri de nemoribus in partibus illis, in quibus nemus venditum situm erit, et de sola extimatione decima persolvetur. Et nisi de eo quod perciperetur de dictis silvis seu nemoribus, que vendi non consueverunt nec forte vendentur, durante decima, ex venditione pasnagii seu herbagii aut alterius consi-

[1] Pro *xeniis*.

milis proventus eorumdem nemorum et silvarum, et si non vendantur hujusmodi pasnagia, herbagia et similia, non solvetur decima de hiis; ita tamen quod in fraudem decime nichil circa hoc attemptetur; idemque in pasnagiis et herbagiis et consimilibus obventionibus silvarum ceduarum dicimus contineri.

De stagnis et piscariis, si vendantur, de precio decima sic solvetur, videlicet : ut fiat collatio de numero annorum quibus ante vendicionem ultimam vendita non fuerint, ad quantitatem precii ex ipsa ultima vendicione recepti, ut, precio diviso in partes secundum annorum numerum, durante decima, solvetur decima ipsa de tot partibus precii ex ipsa vendicione recepti, quot fuerint anni predicti; ut, si forte sint quinque anni elapsi ex quo fuerat stagnum venditum, et nunc vendatur pro centum libris, fient de pretio quinque partes, vel pro tribus annis quibus durabit decima, solvetur ipsa decima de tribus partibus precii tantum, videlicet de LX libris, et sic multiplicabuntur et minuientur[1] partes precii, prout plures vel pauciores fuerint dicti anni.

De venationibus autem et piscariis fluminum, si vendantur, et silvis ceduis, idem quod de stagnis fiet.

De piscibus stagnorum, vel bestiis garenarum, quos, pro usu vel esu suo, capi et sic consumi vel sine fraude donari contigerit, decima non solvetur.

Et quia nonnulli obtinent a monasteriis et ecclesiis prioratus grangias, domos, redditus, pensiones et census, in solvenda de hiis decima credimus distinguendum, videlicet, an talia in beneficium habeantur, an ex contractu, an ex mera gratia, et an pro mercede laboris vel obsequii. Et quidem obtinentes talia in beneficium et eciam ex mera gratia, sive hoc sit per papam sive per ipsorum monasteriorum et ecclesiarum personas, de illorum proventibus solvent decimam. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed uterque contrahentium studuit in hoc condicionem suam facere meliorem, perceptores pensionis vel firme de ipsa pensione vel firma decimam exhibebunt.

Si autem quis, ante vel post concessionem hujusmodi decime, ad

[1] Sic, sed legend. *minuentur*.

vitam propriam emerit proventus prioratus vel aliorum predictorum, pro aliqua pecunie quantitate, ita quod hoc ei scienter gratia non est facta, considerabitur quantum extimacione communi valeant annui proventus prioratus, granchie, domus, terrarum seu reddituum hujusmodi; et, secundum hoc, ab illis quorum est horum proprietas [propter?] que inde precium pro futuro tempore receperunt, decima per triannium exigetur.

Si autem in hiis gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori quam valeant sunt eis talia vendita vel locata, ipsi obtinentes, et non monasterium, de illo in quo gratia facta est ipsis, et de reliquo illi quorum est proprietas, decimam exhibebunt. Si autem personis aliquibus, pro justa mercede seu remuneracione laboris vel obsequii prestiti vel prestandi, talia concessa sunt, hii quorum est illorum proprietas in decimacione proventuum suorum, eciam horum proventus, merito numerabunt, et de illis, sicut de aliis quos pro ceteris suis utilitatibus expendunt, decimam exhibebunt....

Prelati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non persolvent; sed hii qui eis prestant hujusmodi victualia in decimatione suorum proventuum et reddituum numerabunt et solvent decimam de eisdem. De illis autem procurationibus, quas prelati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo, et quas perciperent etiam si non visitarent, decimam prestare tenentur.

Prelatus autem qui procurationem, quam sine visitatione potuit de jure recipere, in pecunia numerata, alicui ecclesie remittit, quia remittit quod sibi debetur, et de quo solvisset decimam, si recepisset illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si vero procurationem, quam tantum in victualibus licet percipi, fortasse remittit, persona ecclesiastica cui remissio facta est hujusmodi victualia cum aliis suis proventibus, cum solvet decimam, extimabit, cum etiam, si non esset remissa, hoc facere teneretur.

In solvendo decimam supradictam sole expense necessarie que fiunt in re ex qua fructus percipiuntur, arendo et colendo ac colligendo fructus, sine quibus non possunt ipsi fructus percipi, deducentur....

De hiis quorum que consistunt in juridictione, mero imperio, regalibus atque similibus, solvetur decima, deductis moderatis salariis, que ante concessionem decime consueverunt persolvi judicibus, officialibus

consimilibusque personis, sine quibus juridictio et cetera similia nequeunt exerceri; ita tamen quod in fraudem decime nichil circa hoc attemptetur. Sed expense officialium, judicum vel consimilium personarum facte in vestibus seu victualibus minime deducentur, sicut nec alie expense similes facte circa aliam familiam prelatorum.

Racione autem eris alieni, quo persona solvens decimam obligata consistit, nichil de decima minuetur, eciam si cetere res ecclesiastice, propter hoc, a quocumque specialiter fuerint obligate.

Item, de furnis et molendinis decima prestabitur.

Solvetur autem decima de oblacionibus, sive fient pro benedictione nubentium, sive pro exsequiis mortuorum, necnon de proventibus sigillorum prelatorum et de emendis quas ab excommunicatis recipiunt.

De legatis quoque sibi et aliis personis ecclesiasticis, non personarum, sed ecclesiarum vel officiorum racione relictis, decima persolvetur.

Pro decima supradicta non exigetur pecunia, nisi illa que communiter curret de mandato domini terre cujus est moneta, in locis in quibus consistent fructus et redditus unde decima persolvetur; nec aliqui pecuniam cambire cogentur eandem.

Si ex probabilibus seu verisimilibus presumptionibus apparuerit aliquem, pensatis ejus proventibus, minus debito notabiliter decimam persolvisse, ita quod super hoc merito suspectus debeat reputari, ex officio nostro, per viros ydoneos deputandos a nobis, faciemus inquiri ab illis qui super hoc scire valeant veritatem, videlicet, de consilio diocesani episcopi, vel aliquo deputando ab ipso, si sit ejus subditus, et non aliter, si episcopus ipse vel deputatus ab eo commode possit haberi; et tunc demum, et non prius, ille cujus proventus fuerunt taliter extimati, pro eo quod minus solverat, etiam nominatim excommunicabitur, si ejus contumacia exegerit et visum fuerit expedire.

Episcopos autem, abbates ceterasque personas ecclesiasticas, honorabiles, non suspectas, proprie conscientie relinquimus, contenti excommunicationis sententia, quam in nullo modo vel scienter minus solventes, et adhibentes fraudem vel maliciam circa ipsius decime solutionem, generaliter proferemus.

Super hiis autem fiet compulsio per censuram ecclesiasticam, prout

nobis et aliis quibus hec committendum duxerimus, visum fuerit expedire.

Proferetur autem, si expedire viderimus, excommunicatio generaliter vel specialiter in eos qui, circa solucionem decime vel suorum extimacionem proventuum, cum fuerit facienda, fraudem vel maliciam scienter duxerint adhibendam.

Nullus autem non solvencium compelletur per secularis violenciam potestatis, nisi ipsius non solventis contumacia vel rebellio talis aut tanta fuerit, quod merito contra ipsum, sicut fieret in aliis casibus seu negociis, propter ecclesiastice censure contemptum, invocari debeat auxilium brachii secularis.

Fiet autem solucio decime, non in ipsis rebus que percipiuntur de proventibus, sed in pecunia numerata.

Solvetur autem decima illis personis quas ad hoc duximus deputandas, cum ad hoc ydoneas intendamus, requisito prelatorum consilio, deputare.

Rector parrochialis ecclesie, qui, urgente necessitate cure ecclesie sue, puta quia ipse, residendo personaliter in eadem, per se non sufficit ipsi cure, propter multitudinem parrochianorum vel diffusionem parrochie sue, sed necesse habet unum vel duos seu plures capellanos conducere, et eis, preter victum, salarium constituere, salarium hujusmodi poterit in decime solucione deducere, sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet.

Quod, si in diversis civitatibus aut dyocesibus diversa beneficia obtineat quis, de unoquoque beneficio, in civitate vel dyocesi in qua illud fuerit, decima persolvetur.

Si autem circa premissa dubitationem aliquam contigerit exoriri, retinemus nobis interpretandi ac declarandi plenariam potestatem. Datum, etc.

XXXI.

10 jul. 1275. Anno Domini millesimo CCLXX^mo^ quinto, die mercurii post octabas apostolorum Petri et Pauli, computavit, in presencia venerabilium virorum Gaufridi decani, Garneri archidiaconi, et magistri Roberti de Bertendi Curia, canonicorum Parisiensium, Petrus de Kala, clericus et

prepositus matutinarum, de receptione et expensis per annum, pro clericis matutinalibus.

Recepta pro domibus sive redditibus civitatis Parisiensis, xxxiiii l. et xvii s.

Pro domibus et redditibus ultra Parvum Pontem, lxviii l. xiiii s. vi d.

Pro domibus et redditibus ultra Magnum Pontem, xxxii l. vi s. iii d. obol.

Item, pro termino octabarum beati Dionisii, x l. iiii s. ii d.

Item, vi l. xv s. obol.

Item, xiii l. vi s.

Item, ix l. x s. ad implicandum.

Item, pro blado de Lodovile et pro aliis bladis et avena, lxiii l. x s. i d.

Summa tocius recepte : ccxix l. iii s. i d.[1]. Et de ista summa debent implicari ix l. x s.

Expensa :

Pro distribucione dextre partis, iiii^{xx} l. xxxii s. viii d.

Pro sinistra parte, lxxvi l. xiiii s. vii d.

Summa pro utraque parte chori : vii^{xx} xviii l. vii s. iii d.

Expense pro censibus, lxi s. iii d. Par. i Tur.

— Pro pensionibus, xv l. xvi s. vii d.

— Pro minutis expensis, xvi l. vii s. iii d.

— Pro missis, cxviii s. ix d. obol.

— Pro domo magna reparanda, xviii l. xv d.

Redditus missarum statutarum pro domino Hugone capicerio et magistro Johanne de Lachi valent circiter undecim libras et dimidiam, ut dicit idem Petrus.

Summa tocius expense : ccxvii l. xii s. v d.

Facta collatione recepte ad expensas, debuit dictus Petrus xxx s. vii d.[2]. Set sciendum est quod, composto facto, idem P. mihi, archidiacono Garnero, dixit quod, preter predicta, idem P. tradiderat eisdem cle-

[1] Summa vera, 239 l. 3 s. 1 d.

[2] Non bene quadrat rationum summa. Ex ipsis codicis numeris, ratio accepti rationem expensi superat, non solidis xxx denariisque vii, sed solidis xxx ac denariis viii. Nostra autem supputatione supra scripta, reliquum ad libras xxi, solidos x, denariosque octo annumerandum esset.

ricis matutinalibus sexaginta decem solidos, distributos inter eos, preter distributionem aliam supradictam, receptos de arreragiis alterius anni.

Et sciendum quod, in anno preterito, fuit facta eisdem clericis distributio per quadraginta sex septimanas, hoc modo : quod, de centum et triginta septem diebus, que sunt inter festum beati Johannis Baptiste[1] et festum Quatuor Coronatorum[2], sunt sexaginta dies in dupplis, semiduplis et diebus dominicis, in quibus qualibet die habuerunt sex denarios; et in septuaginta septem diebus residuis, inter dictum festum sancti Johannis et festum Quatuor Coronatorum, qualibet die quatuor denarios.

Item, a dicto festo Quatuor Coronatorum usque ad diem dominicam in vigilia beati Johannis ante Portam Latinam[3]; scilicet per centum et quater viginti dies, qualibet die VI denarii; et hec preter centum decem et octo solidos, novem denarios et obolum in missis distributos, et preter sexaginta decem solidos de arreragiis, receptos et inter eos distributos, ut dictum est.

Item, sciendum est quod quadraginta novem dies tantummodo, computando a festo beati Johannis ante Portam Latinam usque ad nativitatem beati Johannis Baptiste, non fuit facta distributio; que bene poterat fieri per totum annum, si super hoc provideatur, maxime quia nuper augmentati sunt redditus eorum de sexaginta solidis Parisiensibus, de legato bone memorie Petri, quondam thesaurarii et electi Senonensis; et preterea habebunt, post mortem Bernardi, nunc presbiteri Sancti Nicholai de Cardineto, viginti libras annui redditus super dicta ecclesia.

Hec sunt arreragia anni presentis.

Apud Olliacum, ab Avelina Quadrata, XX s.

Item, apud Olliacum, a Gaufrido decano, XIIII s. VIII d.

Item, apud Castanetum, a Symone, II s.

Item, apud Villam Justam, a Guiardo armigero, XXV s.

Item, apud Villam Sancti Dyonisii, a Radulfo de Curia, VIII s. IX d. obol.

Item, apud Mosterolium, a Petro dicto Denier, XI s....

[1] 24 jun.
[2] 8 nov.
[3] 5 mai.

XXXII.

Sequuntur rationes accepti et expensi redditæ anno 1276, ab Ivone de Castro Forti, præposito clericorum matutinalium. Summa receptarum : IIc XVI lib. XIII s. X d. obol. Summa expensarum : XIm X lib. VIII s. IIII d. Paris.

Item, anno 1277, die mercurii post festum beati Johannis Baptistæ (30 jun.), ab Ivone clerico, præposito clericorum matutinalium. Summa receptarum : XIm lib. XVIII s. V d. obol. Summa expensarum : XIm X lib. XVI s. I d.

Sequitur etiam ratio accepti et expensi, pro camera Parisiensi, reddita a magistris Theobaldo de Corbolio et Stephano de Limogiis, anno 1288, in vigilia beati Thomæ apostoli (20 dec.).

XXXIII.

L'an de grâce mil CCC IIIIxx et XVII, le XIIIe jour de janvier, très-hault 13 jan. 1397.
et très-puissant seigneur et de très-noble mémoire, messire Jehan, duc de Berry et d'Aulvergne, et conte de Poetiers, se transporta en l'abbaye de Saint-Denis en France, pour veoir et viseter les saintes reliques qui estoient en ladicte église; et, entre les autres reliques, vit et viseta le chief de monseigneur Saint-Denis, et le palepa et mania à grant dévocion, présens messire Phiilippe de Savoisy, souverain maistre d'ostel de la reine, messire Asselin Rayne, trésorier de Saint-Hilaire de Poitiers; et trouva que en icellui chief falloit l'os couronnel de ladicte teste, lequel on dist estre en l'église Nostre-Dame de Paris, et est enchâssillié et mis et exposé chacun jour en la fenestre du cœur de ladicte église, joignant à la châsse Nostre-Dame, et laquelle est à l'endroit de la chapelle Saint-Michiel. Et affin de vérité des choses dessusdictes et de perpétuelle mémoire en ladicte église, ledit prince nous a fait assavoir pour vérité les choses dessusdictes.

Hec sunt reliquie capse Sancte Marie.

Magna pars capitis sancti Dionisii martiris. De geniculare sancti Dio- Circ. a. 1400.
nisii. De vestitu sancti Dionisii. De cilicio sancti Dionisii. De barba sancti Germani. De cilicio sancti Germani. De cilicio sancti Eligii. Cocleare sancte Genovefe. Reliquie sancti Amande. De cereo sancte Genovefe. De sepulchro Domini. Reliquie sancti Martini, donni Amani, sancti Aneti, sancti Britonis, sancti Prisci, sancti Cocti, sancti Amatoris, sancti Annaarii, sancti Desiderii. Cilicium integrum sancti Dio-

nisii. Lapis unde lapidatus est prothomartir Stephanus. Manicha sancti Germani Autisiodorensis, quam sancte Genovefe misit. Cilicium sancti Germani integrum et genicula ejus. Capilli et cineres cujusdam sancti. Balsamum sancti Marcelli. Reliquie sancti Eutropii et sancti Florenti. Vestitum sancti Germani episcopi. In Christi nomine, noticia de vestimentis domni Germani que accepit Immeraudus diaconus in tesauro, anno XLII regnante domino Chlotario, hoc est : casula fuscana, casula revelena, I cagia fusca, I caliga abbas (*sic*), un sagia de laira, I caleias filtrinas paria, et calcias revelenas paria, I supercilio velono, I capsella cum reliquiis de ipso domino Germano. Reliquie incognite, quas nullus audet videre; unde quidam volens eas videre amisit lumen oculorum.

XXXIV.

8 jul. 1273. 1. Tempore Stephani Bibentis Aquam, prepositi Parisiensis, quidam captus fuit per eundem prepositum in molendino, subtus Magnum Pontem, quod vocatur molendinum Agnetis la Rouarde, qui abciderat menticani cujusdam transeuntis per Magnum Pontem. Mota autem controversia super possessione jurisdictionis dictorum molendinorum inter dominum regem, ex una parte, decanum et capitulum Parisiense, ex altera, possessio jurisdictionis dictorum molendinorum liberata fuit et reddita dictis decano et capitulo, per apprisiam factam per gentes domini regis in pleno pallamento, die sabbati post festum beati Martini estivalis, anno Domini MCC° septuagesimo tercio, per hec verba:.... Locus autem predictus, ubi captus fuit predictus homo, resasitus fuit de mandato Reginaldi dicti Barbot, prepositi Parisiensis, anno Do-
25 sept. 1273. mini MCCLXX° tercio, die lune post festum beati Mathei apostoli, per Johannem de Latigniaco, Alerinum de Potiss., servientes domini regis, de una tunica plena stramine, presentibus Gaufrido de Barro, decano Parisiensi.... Decanus autem predictus fecit deportari predictam tunicam in carcerem capituli, et facta fuit justicia de ipsa, sicut de latrone.

3 aug. 1273. 2. Item, tempore dicti Stephani, captus fuit quidam potus cupreus per servientes ipsius prepositi, in terra Gallandie dictorum decani et capituli, in domo Terrici Frisiomis, pro eo quod dictus Terricus non

comparuerat coram dicto preposito, ad citationem ipsius prepositi, ut dicebat idem prepositus, et quia inventum fuit per magistros curie[1],.... deputatos a domino rege ad sedandas discordias que inter ipsum dominum regem, ex una parte, decanum et capitulum Parisiense, ex altera, vertebantur, dictos decanum et capitulum habere omnimodam justiciam in terra ipsorum de Gallandia; tandem, auditis rationibus dictorum decani et capituli, et viso instrumento confecto super hoc, dictus Philippus, episcopus Ebroicensis, et magister Henricus de Vezeleiaco, archidiaconus Baiocensis, tractatores inter dictum dominum regem et decanum et capitulum, presente Reginaldo Barbou, preposito Parisiensi, precepernnt, ex parte domini regis, quod dictus locus resasiretur de dicto poto cupreo. Qui locus resasitus fuit anno Domini MCC° septuagesimo tercio, die mercurii ante festum assumpcionis beate Marie virginis, per Johannem de Dinant, servientem prepositi, de ipsius precepto, de dicto poto cupreo, presentibus Johanne de Attrabato, Galtero lou Gaignier,.... Godechello scissore,.... Vincentio ligatore, Richardo pastillario.

3. Item, predictus prepositus Parisiensis, Stephanus dictus Bibens Aquam, in terra decani et capituli Parisiensis de Sancto Laurentio, cepit quendam equum et quemdam hominem furiosum. Que terra resasita fuit anno Domini MCCLXX° tercio, die dominica ante festum beati Johannis Baptiste, per Evrardum de Fontibus, servientem domini regis, de precepto Reginaldi Barbou, tunc prepositi Parisiensis, de quodam capucio et de quodam cutello, loco predictorum equi et hominis furiosi, presentibus, *etc.* 18 jun. 1273.

4. Item, tempore Reginaldi Barbou, prepositi Parisiensis, captus fuit quidam homo, in medio vie Gallandie, in latere terre capituli, in qua via capitulum habet omnem justiciam, per servientes domini regis. Que via resasita fuit, de precepto dicti R. prepositi, anno Domini MCCLXX° tercio, die jovis ante festum beati Michaelis archangeli, per Guillelmum dictum Seguin et Cercetum, servientes domini regis, presentibus Vincentio dicto le Lion,... Manfrido dicto le Tailleur,... Dyonisio dicto de Accelle,... Guillelmo le Lavandier.... Que ressasina facta fuit de quodam capucio, loco predicti hominis. 28 sept. 1273.

[1] Nomina magistrorum referuntur inferius.

Jul. 1273. 5. Item, magister Philippus, episcopus Ebroicensis, et magister Henricus de Veleiaco, auditis rationibus capituli Parisiensis, ex parte domini regis, preceperunt Reginaldo, preposito Parisiensi, quod ipse liberaret canonicis Parisiensibus, tenentibus terram Gallandie, domum quamdam que fuit Judeorum, que concessa fuit a dictis canonicis communitati Judeorum, sub condicione que sequitur, videlicet : quod, si dicta communitas dictam domum, cum cimiterio et pertineneiis eorumdem, casu aliquo possidere desineret, vel possessionem predictorum amitteret, ipsa domus et ipsum cimiterium cum pertineneiis eorum ad dictos canonicos ipso facto libere reverterentur[1]. Qui casus acciderat. Deliberata autem fuit predicta domus, cum cimiterio et pertinentiis, a dicto preposito, dictis canonicis, anno Domini MCCLXX tercio, circa festum beate Marie Magdalene, per Philippum et Bartholomeum, fratres conversos, de mandato domini regis, presentibus Gazone succentore, domino Petro de Albigniaco, canonico Sancti Dyonisii de Passu,.... Guillelmo dicto la Gueite claustri Parisiensis,.... Johanna, uxore Radulphi Frisionis et nutrice sua, et sociis predicti succentoris....

XXXV.

30 jul. 1273. Quidam latro captus per dominum Johannem capicerium, juxta columpnam ante vestiarium ecclesie nostre Parisiensis, ductus fuit ad domum domni episcopi Parisiensis et positus in prisione. Quem petebat capitulum, dicens quod jurisdictio chori et tocius ecclesie, excepto presbiterio, pertinet ad capitulum, domino episcopo contrarium asserente. Tandem placuit domino episcopo et capitulo, quod magistri Robertus de Bereecuria et Phillippus de Britigniaco, canonici Parisienses, inquirerent de jure utriusque. Qui, facta inquisicione diligenti, protulerunt suum dictum in hunc modum : dicentes quod juridictio sive justicia presbiterii pertinet ad dominum episcopum; juridictio vero chori et tocius ecclesie pertinet ad capitulum. Unde preceperunt quod dictus locus ressasiretur. Qui locus ressasitus fuit de una tunica de burello, quam Gaufridus de Barro, decanus Parisiensis, deportari fecit ad domum suam. Actum anno Domini MCCLXX tercio, die dominica

[1] Vide hanc cessionem supra, t. II, p. 447, cap. LXII.

ante festum beati Petri ad Vincula; presentibus.... J. cancellario Parisiensi, Symone de Sepera,.... J. de Axieto, Andrea de Sancto Laurentio, canonicis Parisiensibus,.... fratre Petro et Nicholao, hospitalariis; item, presentibus, ex parte domini episcopi, Petro de Kala, ballivo episcopi,.... Gaufrido serviente, custode carcerum domini episcopi.

XXXVI.

Gaufridus et Laurentius, servientes reverendi patris Stephani, Dei gratia episcopi Parisiensis, venerunt in vicum qui, a Sancto Landerico, protenditur usque ad portam claustri, versus batellos, in domo in qua morabatur Romana, retro domum domni Odonis de Corbolio, canonici Parisiensis, ex parte claustri; et invenerunt ibi Adan le Deschargeour, cum predicta Romana balneantem, vel suspecto modo se habentem, ut dicebant; et voluerunt ipsos ducere ad officialem Parisiensem. Qui, timentes scandalum, tradiderunt predictis servientibus unum ciphum argenteum, quem tradiderunt officiali Parisiensi. Mota autem super hoc questione inter dominum episcopum et capitulum, quia dicebant quod in illa parte dicti vici habebat capitulum omnem justiciam et juridictionem, sicut in claustro, predictus officialis restituit predicte Romane ciphum, quem servientes ipsius officialis de domo sua asportaverant; et, de voluntate et precepto ipsius officialis, predicti servientes sui G. et L. resasierunt locum predictum de una mofla, loco predicti ciphi jam restituti, anno Domini MCC° septuagesimo tercio, die lune ante nativitatem Domini, presentibus Garnero, archidiacono Brie;.... Richardo Oyselet, Radulpho de Cuneo, batellariis; Guillelmo Mostardario, *etc.* 18 dec. 1273.

XXXVII.

In electione que fit per inspirationem :

Sermone finito et lectis litteris canonicorum absentium et constitutione concilii *Quia propter, etc.*, invocata Spiritus Sancti gratia per hymnum *Veni Creator Spiritus, etc.*, ante aliquem tractatum, decanus vel aliquis alius, qui habeat primam vocem in electione, dicat verba sequentia vel similia : « Karissimi, hic in nomine Domini nostri Jhesu Christi, ad electionem episcopi faciendam convenimus. Videtur mihi

quod N., concanonicus noster, merito sit in episcopum eligendus. » Si omnes statim consenserint una voce, tunc decanus vel alius, qui primam vocem habeat, statim dicat sine alio tractatu : « In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego N., nomine meo et omnium illorum ad quos spectat presens electio, N., concanonicum nostrum, nobis eligo in episcopum Parisiensem. » Electione vero sollempniter celebrata, debet electus rogari ut consentiat. Ipso autem consentiente, statim sollempniter incipiatur *Te Deum laudamus*. Electus vero interim ducatur ad majus altare, coram quo, aliis cantantibus, prosternatur. Hiis factis, electio coram omnibus, tam laïcis quam clericis, presentibus publicetur. Si autem ille qui eligitur non est presens, statim nichilominus post electionem cantetur *Te Deum laudamus*, et electio coram omnibus publicetur, et consensus electi, quam citius commode requiri poterit, requiratur.

In electione que fit per formam compromissi :

Compromissarii hanc legem silencii indicant, sub anathematis vinculo, ut, si aliquid dictum fuerit in hoc negocio de persona alicujus, quod ipsum offendere possit, vel famam ipsius diminuere videatur, quid per quem dictum fuerit nullatenus reveletur. Cum autem omnes compromissarii consenserint in certam personam eligendam, formam electionis faciende diligenter conscribant; et tunc, convocatis omnibus canonicis, injungant ipsi compromissarii alicui de sociis suis, quod electionem in scriptis faciat, vice omnium, per hec verba : « In nomine Patris, *etc.* Cum nos N. de tali loco, N. de tali loco, N. de tali loco, canonici Parisienses, a decano et capitulo Parisiensi speciale mandatum habeamus, per electionem vel postulationem de gremio Parisiensis ecclesie, providendi viduate ecclesie Parisiensi de pastore, ego, magister N. de tali loco, vice dictorum decani et capituli et nostra, eligo magistrum N. de tali loco, concanonicum nostrum, in pastorem et episcopum Parisiensem. » Quo facto requiratur consensus electi, etc., ut supra.

In electione que fit per scrutinium :

Tres canonici de collegio, fide digni, assumantur, qui secreto et sigillatim vota cunctorum diligenter inquirant, et in scriptis redigant, et mox publicent in communi. Postea fiat collatio, et tunc demum communis electio subsequatur. Diligenter autem notandum est, quod in

quolibet scrutinio ubi plures nominantur, sunt sex adeo necessaria; quod, si aliquod illorum pretermittatur, nulla est electio ipso jure. Primum est quod vota singulorum secreto exquirantur; secundum est quod sigillatim; tertium quod redigantur in scriptis; quartum est quod mox fiat publicatio in communi; quintum est quod fiat collatio triplex, scilicet numeri ad numerum, meriti ad meritum, zeli ad zelum; sextum est quod sequatur electio generalis. Isti tres inquisitores seu scrutatores votorum, in aliquo loco secreto stantes vel sedentes, primo examinent vota sua propria, et redigant in scripturam. Hoc dico, quia, si primo examinarent alios, postmodum semetipsos, nominatio aliorum posset movere ad aliquem nominandum; et, si omnino non requirerent vota sua, non exquirerent vota cunctorum, quod esset contra formam predicti concilii manifeste. Curia autem Romana non reprobat si scrutatores post alios exprimunt vota sua. Volunt tamen aliqui subtiles quod in principio singuli scrutatorum per se sigillatim scribant in singulis cedulis vota sua, et postea aliorum vota requirant, vocando quemlibet secundum suum gradum, et ita singulos advocando : « Frater, solum Deum pre oculis habeas, et pro Jhesu Christo, remoto omni odio et amore carnali et humana gratia, considera meliorem et utiliorem pro ecclesia nostra, secundum conscientiam tuam, et dic nobis in quem consentias. » Et ipse respondebit : « Ego consentio in magistrum N., concanonicum nostrum, et ipsum nomino et eligo in episcopum Parisiensem. » Inquisitores vero statim nominantem et nominatum scribant in aliquo rotulo; et sic de aliis. Examinatione autem taliter facta, statim conveniant omnes canonici, tam scrutatores quam alii, in unum locum, et mox fiat examinationis publicatio in communi. Et, si inveniatur unus solus nominatus, quod raro accidit, tunc incontinenti, ille cui injunctum fuerit electionem communem faciat per hec verba : « In nomine Patris, *etc.* Ego N., vice mea et omnium concanonicorum meorum, ad quos spectat presens electio, de mandato etiam omnium canonicorum nostrorum presentium, magistrum N., concanonicum nostrum, eligo in episcopum Parisiensem. » Si vero vota canonicorum post publicationem varia sunt inventa; ita quod quidam istum, quidam illum inventi fuerint nominasse, tunc diligens fiat collatio per eos scrutatores, in presencia omnium, scilicet collatio numeri ad numerum, zeli ad

zelum, meriti ad meritum. Et nota quod collatio numeri ad numerum, item zeli ad zelum attenduntur circa nominatores, quia computare debent et videre quot illum nominant et quot illum; item, quo zelo moti sunt nominatores istius, et quo zelo nominatores illius. Tercia vero collatio, que est meriti ad meritum, attenditur circa nominatas personas, scilicet cujus meriti sit iste nominatus, cujus meriti sit ille. Et si major pars et sanior omnium canonicorum presentium, per se vel per procuratores, major dico quantum ad numerum, sanior quantum ad zelum, inveniatur in persona idonea consensisse, injungant singuli illorum alicui de se ipsis quod nominatim eligat per hec verba : « Ego N., vice mea et vice et mandato omnium illorum qui in magistrum N. de tali loco consenserunt, et ipsum in scrutinio nominaverunt, eundem magistrum N. eligo in episcopum Parisiensem. » Quo facto, requiratur consensus electi, etc., ut supra.

XXXVIII.

1273. Comme contens fut autre le roi d'une part, et le chapitre de Paris d'autre part, sur la jostise de la terre laquelle le chapitre devantdit a à Paris lez Sain-Bou, et don gueit et de la taille des hostes d'icelui leu, nous Renauz Barbou, prévost de Paris, par le comendement du consoil le roi et par l'enqueste que nous en feismes de la volunté au procureour doudit chapitre, disons que le chapitre desusdit a an ladite terre et ès hostes de celle terre le brulier, la jostise de l'oroille coper et du sanc, et la jostice par-desouz et le cep pour lesdites jostices que nous avons lessié audit chapitre. Et li rois i a tote l'autre jostice par-desus, et le gneit et la taille. Et à ce le procureour desusdit pour le chapitre et ou non du chapitre s'otrea, loa et agréa. Hoc publicum fuit in Castalleto et registratum anno Domini m° cc° septuagesimo tertio [1].

XXXIX.

23 mai. 1275. Anno Domini millesimo cc septuagesimo quarto, dominica qua cantatur [2].... Jacobus de Attrabato, famulus Stephani de Aurelianis, servien-

[1] Suit une sentence sans date, du même prévôt, par laquelle, contrairement aux prétentions du chapitre de Paris, il attribue au roi le guet et la taille sur les hôtes du chapitre habitant, dans la rue des Arcis, les maisons qui avaient appartenu à Philippe Bocel.

[2] Lacuna.

tis domni regis ad macam, in claustro Parisiensi verberavit cum uno baculo servientem Ludovici dicti Chauçon, ita quod coegit ipsum cum equo suo intrare ecclesiam nostram; et, cum ipse esset super magnum equm dicti Stephani domni sui, fugit nec fuit retentus in claustro. Postea Gaufridus de Barro decanus et alii canonici Parisienses ostenderunt istud factum domino abbati Sancti Dyonisii et aliis magistris curie domni regis; qui preceperunt Reginaldo dicto Barbou, preposito Parisiensi, quod caperet ipsum et traderet nobis justiciandum juxta formam privilegii nostri; quod et ipse fecit. Unde tradidit ipsum nobis in vigilia Annonciationis dominice sequentis, et fuit in prisione nostra per XL^a^ dies et amplius. Et tandem, quia pauper erat, nec habebat unde posset solvere centum libras Parisienses juxta formam privilegü nostri, liberatus fuit sub hac forma : quod juravit quod de cetero non faceret melleyam in claustro nostro, nec in ecclesia nostra, et quod super isto facto staret mandato capituli; et dedit fidejussorem Johannem dictum Salemant, matricularium ecclesie nostre. Decanus vero predictus, nomine suo et capituli sui, injunxit sibi, sub prestito juramento quod ipse, in die ascensionis Domini sequenti, in camisia et bracis faceret processionem in ecclesia nostra. Injunxit etiam sibi quod ipse transfretaret, si dominum regem Philippum contingeret transfretare. Idem vero Jacobus processionem sibi injunctam humiliter fecit, die predicta, anno Domini millesimo cc septuagesimo quinto.

XL.

Charte par laquelle les gens du roi reconnaissent, après une enquête faite, que le chapitre de Paris a la justice des voleurs à Ville-Arceaus, près de Braie. Aug. 1275.

.... Ce fut fait l'an de grâce mil CCLXXV, ou mois d'aoust.

XLI.

Homines Noselli confitentur se debere Garnero, præposito Succiaci, archidiacono ecclesiæ Parisiensis, gallinas et pullos, haud secus ac homines Succiaci. 11 jan. 1276.

.... Anno LXX^mo^ quinto, die sabbati post epiphaniam Domini.

XLII.

3 aug. 1275. Johannes de Limolio, armiger, quum diceretur ipse operam, consilium sive auxilium præstitisse Guillelmo de Bonolio, armigero, in abscidendis et disrumpendis quibusdam nassis in aqua capituli, inter Christolium et Bonolium, consentit ut capitulum Parisiense de hoc facto inquirat, promittitque, si reus inveniatur, se muletam soluturum ad voluntatem dicti capituli.

.... Anno LXX quinto, die sabbati in festo inventionis sancti Stephani.

XLIII.

De viaria Andresiaci[1].

Ego Herveus, Parisiensis decanus, universumque Parisiensis ecclesie capitulum, notum fieri volumus, tam presentibus quam futuris, quod Drogo de Ronel et Garnerus de Marinis, milites, medietatem tocius viarie, que est in valle Undesiaci et Joiaci et in villulis infra sitis et in territorio circumjacenti, excepta viaria Stephani de Pice, et omnem justiciam, quam ibidem habebant, nobis vendiderunt, pro CL libris Parisiensis monete; eo tenore, quod predictam viarie medietatem et justiciam, nomine vendicionis et elemosine, possidebimus. De tensamento autem, quod ab hominibus terre ipsis debetur, hoc statutum est : quod milites predicti nec homines submovere, nec aliqua justiciaria potestate poterunt eos, propter hoc, distringere, suo vel dominorum feodi nomine. Si vero usque ad festum sancti Martini de eo ab hominibus, qui illud debent, non fuerit satisfactum, servientem prepositi nostri terre prescripte requirent, qui tensamentum ab hominibus cum emendacione reddet, vel manu propria eos jurare faciet, quod ipsi ita tensamentum reddiderunt, quod inde in pace debent remanere. Hanc venditionem concesserunt Hugo de Calvo Monte et Theobaldus de Maldestor, de quorum feodo predicta erat viaria, in perpetuum a nobis tenendam, et ipsum feodum in manu Hervei decani resignaverunt. Concesserunt etiam tam ipsi quam prefati milites, Drogo scilicet et Garnerus, fide interposita, quod, si forte aliqui alii feodum illud ad se, non ad predictos scilicet Hugonem de Calvo Monte et Theobaldum de Maldestor pertinere dicerent, et obtinerent erga illos qui feodum adquire-

[1] Ex Magno Pastorale deprompta est hæc charta, cujus argumentum, parum diligenter elaboratum, videsis supra, t. II, p. 156.

rent, vendicionem istam in perpetuum garantirent, et a nobis in pace possideri facerent. Convencionis hujus fidejussor fuit dominus Matheus de Marli; et ejusdem fidejussores, fide interposita, fuerunt ipse Drogo pro Garnero, et Garnerus pro Drogone, Theobaldus de Maldestor, Hugo de Maldestor, Galterus de Marinis, Petrus de Marinis, Philippus de Perchcio, Philippus Aper, Raginaldus Musaveine. Convencio ista primo facta est apud Confluencium; cujus testes sunt Ricardus, prior ejusdem loci,.... Balduinus, presbiter Undesiaci, Petrus de Gonessa, Odo de Monte Morenciaco, Amauricus cocus, decanus Undesiaci, Hugo Imperator, Renoldus portitor, Herbertus de Moncello,.... Drogo carnifex, Alermus viarius, Johannes de Ripa, Galo carnifex, Odo de Monasterio, Grimoldus de Monasterio, Cristianus sutor,.... Radulfus de Heudecoc, Henricus Giroldi de Heri Curia.... Postmodum recitata est apud Sanctum Petrum de Pontisara, ubi eam concesserunt uxores ipsorum, videlicet Drogonis de Ronel et Garini de Marinis; et, fide interposita in manu Remigii, prioris loci illius, se tenere promiserunt. Cujus rei testes sunt predictus Remigius prior,.... magister Benedictus, capellanus Joiaci, Balduinus, presbiter Undesiaci, prepositus Montis Morenciaci, major Montis Morenciaci, Johannes Credo, Villelmus camerarius, Hugo Gadel, Hugo de Petra Lata, Petrus de Gonessa, Drogo decanus, Hugo de Ripa,.... Odo de Monasterio, Henricus decanus, Alermus viarius,.... Johannes de Heri Curia,.... Lambertus de Glatengni,.... Adam carpentarius, Galterus de Crovilla. Tercio rememorata est in capitulo nostro, ubi concessit eam Hugo de Calvo Monte; et, fide interposita, se tenere promisit, et ipsum feodum in manu nostra ibidem resignavit. Cujus rei testes sunt Radulfus, Odo de Monte Morenciaco, Odo de Sancto Martino, Amauricus, famuli decani; Galterus, Rogerus, Robertus, famuli H. cancellarii; Terricus et Rohardus, vigiles nostri; Girardus de Taverni,.... Robertus de Bieria, Robertus de Coflent. Quarto eciam ante domini regis presenciam parum est recitata; ubi et dominus rex eidem vendicioni assensum prebuit, et, utriusque partis precibus et consensu, pro utraque parte fidejussit, tum pro militibus predictis, silicet Drogone de Ronel et Garnero de Marinis, erga nos, quod ipsi vendicionem istam ratam haberent, et a nobis in pace teneri facerent, et Hugo de Calvo Monte et Theobaldus de Maldes-

tor et eorum successores eandem nobis in perpetuum garantirent, tum pro nobis, erga ipsos milites, quod paeciones suas illis inviolabiliter observari faceremus. Cujus rei testes sunt.... Galterus camerarius, Adam camerarius,.... Reginaldus de Melloto, Henricus de Belvaco, Johannes Pincons, Bernerius de Gravia. Quod ut ratum et inviolabile robur obtineret, sigilli nostri impressione et testium subscriptione roboravimus. Signum Hervei decani. S. Petri precentoris. S. Mauricii archidiaconi. S. Osmundi archidiaconi. S. Girardi archidiaconi.... S. Galonis succentoris, sacerdotis. S. Radulfi de Peissi, sacerdotis.... Actum publice in capitulo nostro, anno ab incarnatione Domini M° C° LXXX° VI°. Datum per manum Hilduini cancellarii.

EXCERPTA EX CHARTULARIO OFFICII MANDETI ECCLESIÆ PARISIENSIS[1].

XLIV.

Sæc. XIII. I. Hic sunt possessiones et redditus pertinentes ad mandetum ecclesie Parisiensis; et primo extra Parisius :

Apud Christolium, super domo quam habent ibi decanus et capitulum Parisiense, XX solidi.

Apud Castanetum, duo arpenta et tria quarteria pratorum.

Apud Alneium juxta Spedonam, quedam decima, que valet circiter L solidos Parisienses.

Item, magister Radulphus de Caritate, quondam canonicus Parisiensis, dedit dicto mandeto terciam partem quarumdam domorum, cum appendiciis et pertinenciis earum. Que domus cum pertinenciis continent circiter XVIII arpenta. Que omnia sita sunt apud Marnam, ultra Sanctum Clodoaldum. Que omnia tradita fuerunt ad firmam, pro L solidis, in festo Omnium Sanctorum et sancti J. Baptiste.

Item, in territorio de Dives, septem arpenta vinearum. Et ibidem habet dictum mandetum pressorium, quod est situm juxta pressorium domini Parisiensis episcopi; in quo pressorio sunt viginti et novem cuve pertinentes ad dictum mandetum.

[1] Vide institutionem mandeti supra, t. I, p. 439, cap. XXXII.

Item, officium horarum ecclesie Parisiensis tenetur dicto mandeto in centum solidis Parisiensibus, solvendis annuatim, in festo Purificacionis, pro prepositura de Andresiaco.

2. Item, redditus pertinentes ad dictum mandetum, in civitate Parisiensi; et primo, ultra Parvum-Pontem :

Guillelmus scutellarius, XXXV solidos, quatuor terminis, super quibusdam scolis, sitis in capite vici Plastariorum, juxta quandam domum, que est domus Dei Parisiensis, ab oppositis cujusdam domus magne, ubi sunt boves lapidei super hostium. Item, Radulphus barberius, super quibusdam scolis et quadam domo, que sunt in eodem vico Plastrariorum juxta plastrariam, et extenduntur usque ad vicum Nucum, XIII solidos Parisienses, duobus terminis, scilicet ad Pascha, III sol. et VI den., et ad festum sancti Remigii, IX solid. VI den.

In Gallandia :

Frisona debet IX libras Parisienses, duobus terminis, scilicet medietatem in Natali, et aliam medietatem in festo Sancti Johannis Baptiste, super duabus domibus quas habet in Gallandia, ab oppositis vici Straminum.

Alexander cotonnarius, VII libras, quatuor terminis, pro domo in qua moratur, que fuit Cervisiarie, et est quasi in fine Gallandie, versus Sanctam Genovefam; in quibus VII libris computantur V solidi, quos legavit Thierricus Friso mandeto, super eadem domo.

Item, super tribus domibus, sitis in vico Murorum, versus Sanctum Victorem, in capite vici superius, versus domum domini Reginaldi de Barro, quas dedit Radulphus de Caritate, quondam canonicus Parisiensis, habet dictum mandetum terciam partem locacionis dictarum domorum, et consueverunt locari XXIX libr. Paris.

3. Item, redditus pertinentes ad dictum mandetum, ultra Magnum Pontem :

Super domo Guiardi Ate, que est in vico dou Perron Gacelin; et est contigua domui dicti Guiardi, que est in cuneo vici de la Hanterie, C solidi Parisienses, quatuor terminis.

In vico ad Furnum Templi, ab oppositis domus de Becco Helloyn, Symon de Cheverniis, presbiter, pro domo sua quam habet ibidem, III denarios de fundo terre, in octabis sancti Dyonisii.

Ibidem, super domo Richardi le Sieur, XLV solidi, quatuor terminis.

Ibidem, super domo Margarete mercatricis, XXXV solidi, quatuor terminis.

Ibidem, super domo Roberti Arundiau, qui habet sororem dicte Margarete, XX solidi, quatuor terminis.

In vico Balle Hoe, juxta Sanctum Medericum, super domo Johannis Picardi, XX solidi, quatuor terminis. Ibidem, super domo Johannis, pectinarii, IX solidi, tribus terminis, scilicet sancti Remigii, natalis Domini et sancti Johannis Baptiste.

Item, dictum mandetum habet quamdam domum de novo edificatam, in vico Sancti Boniti, quam dedit sibi capitulum Parisiense; quam domum tenet Arnulfus de Tonerre, clericus, pro VII libris, quatuor terminis Parisius consuetis

Item, dictum mandetum habet circa quatuor libras et quinque solidos de fundo terre, tam in domibus, Parisius, quam in vineis et aliis possessionibus, in octabis sancti Dyonisii; qui census appellatur census gravie.

Item, camera ecclesie Parisiensis debet solvere totum vinum, ad opus dicti mandeti, in Adventu et Septuagesima.

XLV.

27 jan. 1266. Officialis curiæ Parisiensis declarat se vidisse et transcripsisse instrumentum mandeti, in ecclesia Parisiensi instituti, datum ab Hugone decano totoque capitulo Parisiensis ecclesiæ, anno millesimo ducentesimo octavo[1].

.... Anno Domini MCCLX° quinto, die mercurii post conversionem beati Pauli.

XLVI.

Oct. 1242. Littera de quarta anguilla de omnibus anguillis captis et piscatis, in gurgite molendini, quod dicitur de Fleafossa.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Belvacensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia constituti, Guillelmus de Trye, civis Belvacensis, et Matildis, uxor sua, asse-

[1] Instrumentum illud vide supra, t. I, p. 430, cap. XXXII.

ruerunt quod habebant et percipiebant duos denarios Parisienses de redditu, de qualibet nave onerata, ascendente et descendente per foramen de Andresiaco in Secana; item, quartam anguillam de omnibus anguillis captis seu piscatis in gurgite molendini, quod dicitur molendinum de Fleafossa. Item, asseruerunt quod habebant et possidebant quandam aream, ad opus molendini unius in Asya, apud Choisyacum; que area dicitur area media. Super quam aream, dicunt idem Guillelmus et uxor sua predicta priorem de Confluentio habere decem sextarios bladi, annui redditus, quando in dicta area est molendinum; aliter, non. Item, asseruerunt quod habebant et possidebant quinque coustumas et quartum unius coustume, in territorio vallis de Joyaco, quas debent, ut dicunt, homines quorum nomina hic sequntur, videlicet : Symon dictus Aguyllon, dimidiam coustumam; Robertus, frater dicti Symonis, dimidiam coustumam; Robertus dictus Lestarnel, et Robertus dictus Patriel, et Symon dictus Aguyllon, dimidiam coustumam; Bordetus, dimidiam coustumam; Droco de Quarreria, dimidiam coustumam; Baldoynus de Quarreria, quartum unius coustume; has tres coustumas et quartum unius coustume asseruerunt predicti Guillelmus et uxor sua deberi ab hominibus predictis, pro vineis de Laridis. Item, Gilebertus Suquet et ejus frater, unam coustumam, racione masure sue de Glatigni, in qua manent; Galterus Dorion et frater ejus, dimidiam coustumam, racione masure sue de Glatigni; Adam de Fossa, unam coustumam, racione masure sue de Glatigni; Guillelmus clericus et ejus socii, duodecim solidos annui census, racione prati sui de Bejignicort. Eas vero res superius nominatas et expressas asseruerunt idem Guillelmus et uxor sua predicta suas esse proprias, et moverc de hereditate sua, et eas non esse obligatas alicui, nec aliquam earum, nec eciam esse in aliquo oneratas. Supradicta igitur omnia et singula, cum predicta libertate et quicquid juris habebant vel habere poterant in eisdem rebus, quoquo modo, et quicquid eciam habebant, tam in aqua, quam in terra, apud dictas villas et in territoriis dictarum villarum, preterquam unum arpentum terre arabilis, quod habent, ut dicunt, juxta domum de Mortuo Mari, tria quarteria vinee, que dicitur vinea molendini, et unum arpentum vinee site juxta masuram Ade de Fossa, recognoverunt idem Guillelmus et uxor

sua predicta, coram nobis, se vendidisse ecclesie Beate Marie Parisiensis, ad opus mandeti ejusdem ecclesie, pro centum libris Parisiensibus, eidem Guillelmo et uxori ejus jam solutis, per manum cancellarii Parisiensis, in pecunia numerata, prout confessi sunt coram nobis. Renunciantes, *etc.* Actum anno Domini M° CC° XL° secundo, mense octobri[1].

XLVII.

Mart. 1254-55. Hugo de Materna, Radulphi de Karitate, canonici Parisiensis, defuncti, nepos, Johannaque, ejus uxor, capitulo Beatæ Mariæ tradunt quamdam domum et arpenta XVIII quarteriaque III terræ cum dimidio, ab avunculo suo dicto capitulo legata; eademque bona statim recipiunt, ad annuum censum quinquaginta solidorum Parisiensium, tres in partes dividendorum. Quarum partium prima succentori, officii mandeti provisori, altera magistro puerorum chori, tertiaque sacerdoti, pro anima defuncti missas celebranti, distribuentur.

.... Actum anno Domini M° CC° L° quarto, mense marcio[2].

XLVIII.

Jan. 1250. Charta, coram Medontensi, et iterum coram Pissiacensi decano edita, qua Thomas, Neaflæ Veteris presbyter, profitetur se succentori Parisiensi, pretio quinque et triginta librarum Parisiensium, ad opus mandeti, vendidisse omnia jura in decima de Aunel sibi pertinentia; quod ratum habent, Radulphus de Aunel, miles, venditoris frater, Johannes de Civilliaco ejusque uxor, soror venditoris, et Robertus de Calceia, ejusdem nepos.

.... Actum anno Domini M° CC° XL° nono, mense januario.

XLIX.

Jan. 1250. Johannes de Civilliaco Aalisque, uxor ejus, declarant se vendidisse, ad opus mandeti, succentori Parisiensi, pro centum solidis Parisiensibus, octavam partem decimæ de Aunel.

.... Actum anno Domini M° CC° XL° nono, mense januario.

[1] Sequitur ejusdem venditionis alterum exemplar, a Guillelmo de Trye, nomine proprio datum, mense novembri 1242. Anno sequente, mense junio, capitulum Parisiense, assentiente Nevelone Silvanectensi, tunc Andresiaci præposito, bona superius enuntiata, pro centum solidis Parisiensibus, annuatim, ad opus mandeti, solvendis, redditibus præposituræ Andresiaci adjunxit.

[2] Hanc chartam Reginaldus, Parisiensis episcopus, ratam habuit, mense aprili proxime sequente (1255).

L.

Johannes Bereut Columbaque, ejus uxor, de Laisco, Henrico succentori, pretio octo librarum Parisiensium, ad opus mandeti, vendunt quarterium unum et dimidium prati, subtus Castanetum, situm in territorio nuncupato Mortran. Oct. 1254.

.... Datum anno Domini M° CC° L° tercio, mense octobri.

LI.

Reginaldus de Laisco, dictus Decanus, Mariaque, ejus uxor, succentori Parisiensi, pretio viginti librarum Parisiensium, ad opus mandeti, vendunt unum arpentum prati, situm in loco qui dicitur Truteli. 2 dec. 1259.

.... Datum anno Domini M° CC° L° nono, die martis post festum beati Andree apostoli.

LII.

Henricus Patu, de Orliaco, Sebiliaque, uxor ejus, vendunt Ansello de Menilio, canonico Parisiensi, pretio librarum Parisiensium decem et dimidie, ad opus officii mandeti, quarterium unum et dimidium prati, siti subtus Castanetum, in territorio dicto Mortiaux. 9 jan. 1269.

.... Datum anno Domini M° CC° LX° octavo, die mercurii post epyphaniam Domini.

LIII.

Charte de Pierre de Dici, garde de la prévôté de Paris, dans laquelle Renaud, dit Doucereux, et Marguerite, sa femme, reconnaissent avoir vendu au chapitre de Paris, pour l'œuvre du mandé, et moyennant deux cent vingt livres parisis, cinq quartiers de terre, sis à Vitry, ès Noes-Saint-Eloy, et un demi-quartier sis en Praillon, mouvant en fief de Jehan de Gragis, écuyer. 24 mai. 1305.

.... Ce fu fet l'an de grâce mil CCC et cinc, le lundi prochain devant l'Ascencion.

LIV.

Arnulphus dictus Boissel et Genovefa, ejus uxor, vendunt Adæ de Autissiodoro, civi Parisiensi, pretio sexaginta solidorum Parisiensium, augmentatum censum sex solidorum, e quadam domo, sita Parisiis, in vico dicto Baille Hoe, in censiva Sancti Mederici, annuatim percipiendum. Mart. 1238.

.... Datum anno Domini M° CC° tricesimo septimo, mense marcio.

LV.

Mai. 1247. Stephanus Hermaudi Johannaque, ejus uxor, capitulo Parisiensi, ad opus mandeti, vendunt, pretio tredecim librarum Parisiensium, viginti solidos Parisienses incrementi census, annuatim habendos e quadam domo, in vico Deaurato sita.

.... Datum anno Domini M° CC° XL° septimo, mense mayo.

LVI.

Jul. 1247. Petrus de Lupiceuis Jacquelinaque, ejus uxor, Henrico de Momengnia, succentori Parisiensi, ad opus mandeti, vendunt, pretio sex librarum Parisiensium, quamdam domum, sitam Parisiis, ultra Magnum Pontem, in vico per quem itur ad Templum, in censiva dicta Cramoel.

.... Actum anno Domini M° CC° XL° septimo, mense julio.

LVII.

Mart. 1263. Thomas dictus Mercator, Margaritaque, ejus uxor, quamdam domum, ultra Magnum Pontem, in vico Templi sitam, a capitulo Parisiensi recipiunt, ad annuum censum triginta et quinque solidorum Parisiensium, succentori, ad opus mandeti, solvendorum.

.... Datum anno Domini M° CC° LX° secundo, mense marcio.

LVIII.

12 jul. 1267. Guillelmus dictus le Passeur Hilariaque, ejus uxor, Gaufridus, aurifaber, gener, et Aalipdis, filia eorum, magistro Ansello de Mesnilio, canonico Parisiensi et procuratori mandeti, vendunt, pretio sexdecim librarum Parisiensium, viginti solidos Parisienses incrementi census, annuatim habendos e quadam domo, sita in vico Baille Hoe.

.... Datum anno Domini M° CC° LX° septimo, die martis post octabas beati Martini estivalis.

LIX.

Sept. 1268. Adam Popin, filius Johannis Popin, et Agnes, ipsius uxor, capitulo Parisiensi, ad opus mandeti, vendunt, pretio octoginta librarum Parisiensium, centum solidos Parisienses incrementi census, annuatim habendos e quadam domo, sita Parisiis, in Perrino Gacelini, ubi fiunt parvi clavi.

.... Datum anno Domini M° CC° LX° octavo, mense septembri.

LX.

Littera de empcione cujusdam domus, in vico Templi, vendite Roberto de Haya. 23 aug. 1270.

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia constituta, Margareta dicta Burgensis, uxor Johannis dicti Villani, crucesignati, peregre proficiscens in partibus transmarinis, ut dicebat, asseruit in jure, coram nobis, nomine suo et nomine procuratorio dicti Johannis, mariti sui, quod ipsa habebat et possidebat, ex propria hereditaria sua, quandam domum, sitam Parisius, in vico Templi, contiguam domui dicte la Marchaande, ex una parte, et domui Johannis cerarii, ex altera, in censiva capituli Beate Marie Parisiensis, oneratam in duodecim denariis Parisiensibus capitalis census tantummodo, ut dicebat. Super qua domo, prout ante et retro, inferius et superius se comportat, dicta Margareta, propter hoc, coram nobis constituta, recognovit in jure, coram nobis, se, nomine suo et dicti Johannis procuratorio nomine, vendidisse et in perpetuum, nomine vendicionis, quitavisse Roberto dicto de Haya, alutario domini regis Francie, et Agneti, ejus uxori, ac eorum heredibus, viginti solidos Parisienses annui census, habendos et percipiendos a dictis emptoribus et eorum heredibus, immediate post dictos duodecim denarios capitalis census, super dicta domo, quatuor terminis Parisius consuetis, pro tresdecim libris Parisiensibus, jam eidem Margarete solutis et traditis in pecunia numerata, prout ipsa confessa est coram nobis; renuncians, *etc.*[1]. Datum anno Domini M° CC° LXX°, mense augusto, die sabbati post octabas assumpcionis beate Marie.

LXI.

Gaufridus[2] decanus et capitulum Parisiense derelinquunt ecclesiæ Beatæ Mariæ, ad opus mandeti, quamdam domum, in vico Sancti Boniti sitam, quondam a Johanne Teutonico possessam. Mart. 1275.

.... Datum anno Domini M° CC° LXX° quarto, mense marcio.

[1] Hos viginti solidos incrementi census, dictus Robertus et Agnes, ejus uxor, magistro Anselio de Mesnilio, canonico Parisiensi et procuratori capituli, ad opus mandeti, vendiderunt, pretio quindecim librarum Parisiensium, die lune in crastino nativitatis beati Johannis Baptiste (jun. 25) 1274.

[2] Gaufridus II, dictus de Barbo seu de Barro.

LXII.

Mart. 1274. Jacobus et Petrus de Sancto Landerico, clerici, Agnesque Tincturaria, dicti Petri uxor, capitulo Parisiensi, ad opus mandeti, vendunt, pretio sex et triginta librarum Parisiensium, quadraginta quinque solidos Parisienses incrementi census, e quadam domo, sita Parisiis, in vico Furni Templi, in censiva mandeti, annuatim habendos.

.... Datum anno Domini M° CC° LXX° tercio, mense marcio.

LXIII.

Oct. et nov. 1244. Duplex exemplar cujusdam chartæ, qua Theobaldus de Meleduno et Aalipdis, ejus uxor, vendunt Henrico de Momengnia, canonico Parisiensi, ad opus mandeti, pretio quadraginta quinque librarum Parisiensium, quartam partem domus, sitæ Parisiis, in Gallandia.

.... Datum anno Domini M° CC° XL° quarto, mense octobri, mense novembri.

LXIV.

Febr. 1247. Isabellis de Sancta Cruce vendit Henrico succentori, ad opus mandeti, pretio librarum Parisiensium septem et dimidiæ, tredecim solidos incrementi census, e duabus scholis contiguis, in vico Nucium, annuatim habendos.

.... Datum anno Domini M° CC° XL° sexto, mense februario.

LXV.

Febr. 1248. Henricus de Momengnia, succentor ecclesiæ Beatæ Mariæ, capituli vices agens et nomine officii mandeti, Guillelmus de Moreto Ysabellisque, ejus uxor, nomine suo, Girardo de Hollanda, domum de qua in penultima charta agitur, ad firmam concedunt, stipulato duodecim librarum Parisiensium annuo censu; cujus domus tres partes dictis conjugibus, et quarta pars ecclesiæ Parisiensi pertinebant.

.... Datum anno Domini M° CC° XL° septimo, mense februario.

LXVI.

Mai. 1248. Guillelmus de Moreto, coquus regis, et Ysabellis, ejus uxor, ecclesiæ Beatæ Mariæ, ad opus mandeti, concedunt novem libras Parisienses, e quadam domo, in Gallandia, annuatim habendas.

.... Datum anno Domini M° CC° XL° octavo, mense mayo.

LXVII.

Charta Lucæ de Lauduno, decani, et capituli Parisiensis, qua, quum Henricus succentor, nomine ecclesiæ Beatæ Mariæ, ad opus mandeti, emisset duodecim libras et tredecim solidos annui incrementi census, scilicet, duodecim libras, e domo Droconis Panetarii, sex solidos, e quadam domo, in vico Plastrariorum, septemque solidos, ex alia domo, in vico de Nucibus, habendos, quæ tres domus in terra Gallandiæ, in præbendis dicti Henrici et Nicholai de Senonis conjacent; idem capitulum pronuntiat ut tres dicti annui census partes ab officio mandeti, quartaque pars a duobus canonicis præbendariis in manu mortua possideantur. Febr. 1251.

.... Actum anno Domini M° CC° L°, mense februario.

LXVIII.

Littera super quadam parte domus, quam magister Radulphus de Caritate donavit mandeto. Aug. 1251.

Universis presentes litteras inspecturis, Th.[1], abbas Sancte Genovefe Parisiensis, totusque ejusdem ecclesie conventus humilis, eternam in Domino salutem. Notum facimus quod, cum magister Radulphus de Caritate, quondam canonicus Parisiensis, dedisset et concessisset in elemosinam ecclesie Beate Marie Parisiensis, ad opus mandeti officii ecclesie, sive clericorum matutinalium et puerorum chori ecclesie prefate, quandam partem domus, site in censiva nostra, ex parte domus que fuit magistri Petri Lombardi, oneratam de decem et octo denariis capitalis census, nobis in festo sancti Remigii debitis annuatim; que dicta pars domus protenditur a domo dicti magistri, juxta viam communem, usque ad pilarium lapideum, medium inter censivam nostram et censivam ecclesie Parisiensis, et iterum, a pilario usque ad murum regis, retro domum, directe protenditur; et quandam ruellam, sitam inter duas domos, ex opposito vici, in censiva nostra, oneratam in duobus denariis capitalis census, annis singulis, nobis debitis, termino pretaxato; nosque compellere vellemus procuratores dictorum mandeti officii ecclesie, sive clericorum matutinalium et puerorum chori, ad ponendum extra manum suam res predictas; tandem nos, utilitate nostra et ecclesie nostre pensata, volumus et conce-

[1] Theobaldus.

dimus, ac expresse unanimiter consentimus, quod ecclesia Parisiensis, ad opus mandeti officii ecclesie, seu clericorum matutinalium et puerorum chori, dictas partem domus, prout se comportat, ut dictum est, et ruellam cum pertinenciis et porprisio adjacenti dicte domui, teneant, habeant et possideant perpetuo, pacifice et quiete, in manu mortua, sine coactione vendendi, seu extra manum suam ponendi; ita quod, pro hujusmodi concessione, dicti procuratores mandeti officii ecclesie, sive clericorum matutinalium et puerorum chori, nobis et ecclesie nostre, octo solidos et quatuor denarios Parisienses incrementi census, una cum dictis viginti denariis capitalis census, prefato termino in posterum reddere tenebuntur: hoc pacto adjecto, quod, si in solucione dictorum census capitalis et census augmentati cessatum fuerit, nos vel mandatum nostrum ad dictam partem domus et ruellam et porprisium poterimus, sine contradictione aliqua, assignare, quousque super defectu nobis fuerit satisfactum; salvis eciam et retentis nobis alio jure quod habebamus antea in dictis parte domus, ruella et porprisio, et jure parrochiali, cum dicte res site sint in parrochia nostra Sancte Genovefe, et quod non possint ibidem construere capellam, ecclesiam vel oratorium, sine assensu nostro; necnon, *etc.* Actum publice, in capitulo nostro, anno Domini M° CC° L° primo, mense augusto.

LXIX.

Aug. 1252. Arnulphus de Sancto Victore et Rohesia, ejus uxor, vendunt Henrico de Momengnia, succentori Parisiensi, ad opus mandeti, pretio octoginta librarum Parisiensium, dimidiam partem cujusdam domus, in Gallandia sitæ.

.... Datum anno Domini M° CC° L° secundo, mense augusto.

LXX.

6 febr. 1256. Thomas dictus Estenart, Emelinaque, ejus uxor, vendunt Henrico succentori, ad opus mandeti et pretio triginta quinque librarum Parisiensium, quinquaginta solidos Parisienses incrementi census, habendos e domo Rohesiæ cervisiariæ, in Gallandia sita, annuatim.

.... Datum anno Domini M° CC° L° quinto, die sabbati post purificationem beate Marie virginis[1].

[1] Tres filiæ Thomæ Estenart suprascripti hanc venditionem laudaverunt, die lunæ ante cathedram beati Petri, anno 1255 (15 febr. 1256).

LXXI.

Christianus dictus Absolu, de Bris, Odelinaque, ejus uxor, vendunt Henrico succentori, ad opus mandeti, pretio sexdecim librarum Parisiensium, triginta solidos Parisienses annui ceusus, percipiendos e quadam domo ultra Parvum Pontem, in vico Plastrariorum sita. Mai. 1259.

.... Datum anno Domini M° CC° L° nono, mense mayo.

LXXII.

Radulphus li Cordiers Ligardisque, uxor ejus, Neveloni, clericq matutinali, pretio quadraginta solidorum Parisiensium, vendunt quatuor solidos annui augmentati census, percipiendos, tres scilicet solidos e quadam domo, in vico Baille Hoe, et duodecim denarios, ex altera domo, in vico Novo, ante portam Guillelmi Blondel sitis. Apr. 1236.

.... Datum anno Domini M° CC XXX° sexto, mense aprili.

LXXIII.

Thomas Renart de Pallaciolo et Amelina, ejus uxor, cum a Guillelmo de Bertignole, serviente cancellarii Parisiensis, triginta libras Parisienses in mutuum accepissent, centum solidos Parisienses incrementi census, e quadam domo, in Gallandia, percipiendos, eidem Guillelmo, usque ad integram mutui persolutionem, derelinquunt. Apr. 1265.

.... Datum anno Domini M° CC° L° quinto, mense aprili.

LXXIV.

Simon Trivel et Meneudis, ejus uxor, hæredes Petri Trivel defuncti, profitentur se capitulo Parisiensi et Anselio de Mesnilio, mandeti procuratori, decem libras Parisienses debere, de novemdecim libris, quas quondam dictus Petrus solvere debuerat ad restaurandum torcular de Divis; cujus torcularis tertia pars ad officium mandeti, reliqua ad dictum Petrum Trivel pertinebat; dictique conjuges partem suam in fructibus torcularis, tanquam debiti pignus, capitulo derelinquunt. 24 oct. 1271.

.... Datum anno Domini M° CC° LXX° primo, die sabbati ante festum apostolorum Symonis et Jude.

LXXV.

31 jan. 1260. Tyerricus Exonerator, clericus, procurator generalis clericorum matutinalium ecclesiæ Beatæ Mariæ, eorum nomine, Guillelmo dicto Passatori, talemelario, vendit, precio quadraginta sex librarum Parisiensium, quatuor solidos Parisienses incrementi census, habendos e duabus domibus, quarum una in vico Baille Hoe, altera in vico Novo sita est.

.... Datum anno Domini M° CC° L° nono, mense januario, die sabbati ante purificationem beate Marie virginis.

LXXVI.

10 dec. 1274. Gaufridus de Pratis Sediliaque, ejus uxor, profitentur se ab Anselio de Mesnilio, mandeti provisore, in pecunia numerata accepisse centum solidos Parisienses, sibi debitos, ratione census quem e quadam domo, in vico Sancti Boniti sita, percipiebant.

.... Datum anno Domini M° CC° LXX° quarto, die dominica post nativitatem Domini.

LXXVII.

15 febr. 1282. Guillelmus Goncelini, Parisiensis episcopi clausarius, declarat se a capitulo Parisiensi, ad annuum censum quatuor librarum Parisiensium, quamdiu vivet tenenda, recepisse septem arpenta vinearum, juxta Templum, in territorio de Divis sita, tertiamque partem torcularis de Divis, ad capitulum pertinentem[1].

.... Datum anno Domini M° CC° octogesimo primo, die dominica qua cantatur *Invocavit me*.

LXXVIII.

14 febr. 1282. Radulphus Flamingus, serviens ecclesiæ Parisiensis, Mariaque de Mapis, ejus uxor, a capitulo Parisiensi, ad censum septem librarum Parisiensium annuatim solvendarum, accipiunt quemdam domum, in Judæaria, ultra Magnum Pontem sitam, et ad opus officii mandeti pertinentem[2].

.... Datum anno Domini M° CC° octogesimo primo, die sabbati ante Brandones.

[1] Sequitur in codice ejusdem chartæ alterum exemplar, a capitulo datum, die martis ante Cineres a. 1281 (10 febr. 1282).

[2] Item sequitur hujus chartæ alterum exemplar, a capitulo datum, die martis ante Cineres a. 1281 (10 febr. 1282).

LXXIX.

Littera, quomodo Albericus de Laiaco renunciavit ad duas partes pressorii. 20 aug. 1282.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia constitutus, Albericus dictus de Layaco asseruit, quod ipse, ex hereditate propria, habebat duas partes in pressorio, quod vulgariter appellatur pressorium capituli, situm Parisius, prope Templum, in territorio de Dives, juxta pressorium episcopi Parisiensis, tam in edificio quam in emolumento ejusdem pressorii, et decanus et capitulum Parisiense, terciam, ad mandetum Parisiensis ecclesie pertinentem. Asseruit etiam, quod in omnibus coustamentis, sumptibus et expensis, que vel quas fieri oportebat circa dictum pressorium, tam in corpore ipsius, quam in instrumentis pressorio necessariis, coopertura, muris, portis, ostiis, firmaturis, necnon in reparatione cuvarum et cuvellorum ac religacione, duas partes, et dicti decanus et capitulum, terciam ponere et solvere tenebatur. Item, asseruit quod ipse sex arpenta vel circiter vinearum habebat in eodem territorio de Dives, quarum vindemiam ad dictum pressorium poterat adducere libere et premere, sine debito vel servitute pressure. Asseruit insuper, quod ipse et predecessores ipsius multo plus posueraut et expenderant, temporibus retroactis, in sustentacione dicti pressorii et cuvarum, pro porcione eos contingente, quam receperant de proventibus et emolumento eorum; unde idem Albericus, indempnitati sue consulens, ut dicebat, ex certa sciencia, spontaneus, non coactus, nec vi vel dolo inductus, quittavit penitus memoratis decano et capitulo Parisiensi, ad opus mandeti ecclesie Parisiensis, dictas duas partes pressorii et emolumenti ipsius, nichil juris, proprietatis vel possessionis sibi vel suis retinens in eisdem. Actum est autem in quittacione hujusmodi inter dictos decanum et capitulum et Albericum predictum, sicut ipse asseruit coram nobis, quod vinee sue predicte, quamdiu sue erunt, libere remanebunt a debito seu servitute pressure; ita quod earum vindemiam poterit adducere ad dictum pressorium libere et premere, sicut ante quittacionem hujusmodi faciebat. Sed, si eas simul vel per partes venderet, vel distraheret, seu extra manum suam alienando poneret quoquo

modo, statim perderent hujusmodi libertatem, et conditionem aliarum vinearum ejusdem territorii, que sunt bannerie dicti pressorii, sequerentur.... Datum anno Domini M° CC° octogesimo secundo, die jovis post festum assumpcionis beate Marie.

LXXX.

16 oct. 1286. Johannes dictus Meresse, de Civilliaco, incolens Parisiis, et Isabellis, ejus uxor, a capitulo Parisiensi, ad annuum censum centum solidorum Parisiensium, accipiunt, quamdiu vivent tenenda, septem arpenta vinearum et pressorium capituli, prope Templum, in territorio de Divis sita[1].

.... Datum anno Domini M° CC° octogesimo sexto, die mercurii in octabis beati Dyonisii.

LXXXI.

Circ. 1280. Radulphus Flamingus et Maria de Mapis, uxor ejus, regis Francie lautrix, vendunt Arnulpho de Tornodoro, clerico, pretio viginti librarum Parisiensium, quamdam domum, sitam in vico dicto defuncti Johannis Pain Molet.

LXXXII.

Jan. 1255. Littera de quadam pecia vinee in territorio de Dives.

Universis presentes litteras inspecturis, officialis curie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, in nostra presencia constitutus, Petrus Fromondi recognovit se habere et possidere quandam peciam vinee, sitam versus patibulum Parisiense, in territorio de Dives, in censiva communi Parisiensis ecclesie et Bouchardi de Breteiguiaco, militis. Recognovit eciam quod, cum ipse vendidisset quarreriam plastri, subtus vineam predictam, precio centum librarum Parisiensium, inhibitum fuit ei, ex parte Parisiensis ecclesie et Bouchardi, predicti militis, ne ibi plastrum traheret vel trahi faceret, sine eorum licencia et consensu; ipso e contrario asserente sibi hoc ab eisdem dominis non posse de jure aliquatenus prohiberi. Asseruit eciam, quod super dicta contencione fuit inter ipsum et dictos dominos compromissum, in magistros Luccam et Guillelmum de Valle Grignosa, cano-

[1] Cf. cum precedente charta et cum charta qua Guillelmus Goncelini easdem vineas et tertiam partem ejusdem torcularis, ad censum quatuor librarum, acceperat, supra, p. 398, cap. LXXVII.

nicos Parisienses, fide ab eodem Petro prestita corporali, et a capitulo Parisiensi pactione legittima interjecta, quod inviolabiliter observarent partes predicte quicquid a dictis arbitris esset super hoc, pace vel judicio, diffinitum sive dictum. Asseruit eciam, quod dicti arbitri arbitrium suum, justicia et judicio mediantibus, protulerunt in hunc modum, quod idem Petrus trahere vel trahi facere non poterat dictum plastrum de vinea predicta, dictis dominis contradicentibus et invitis, super hoc sibi silencium imponendo. Asseruit eciam idem Petrus, quod postea ita fuit inter ipsum et dictos dominos, arbitris predictis mediantibus, amicabiliter ordinatum, quod dicti domini promiserunt ei et expresse licenciam concesserunt sibi trahere et trahi facere dictum plastrum in vinea predicta, usque ad quadriennium integraliter adimpletum, ita tamen quod ventas dicte venditionis, videlicet octo librarum et sex solidorum Parisiensium, solvat dominis antedictis; dicens quod postea dicti domini, de dictis ventis, sibi quadraginta sex solidos remiserunt. Asseruit eciam idem Petrus, quod, mediante ordinacione predicta, ipse tenetur, post dictum quadriennium adimpletum, dictam vineam plantare, propagare et ad eque bonum statum eam redigere, in quo nunc est, sive eciam meliorem, et ad hoc faciendum, *etc.* Actum anno Domini M° CC° quinquagesimo quarto, mense januario.

LXXXIII.

Gilo apothecarius et Heloysis, ejus uxor, vendunt Henrico succentori, ad opus mandeti, pretio quinquaginta librarum Parisiensium, vinearum arpenta tria et dimidium, in territorio de Divis sita. Febr. 1250.

.... Datum anno Domini M° CC° quadragesimo nono, mense februario.

LXXXIV.

Littera de empcione quinquaginta et octo solidorum et octo denariorum census. Jan. 1262.

Universis presentes litteras inspecturis, G.[1] decanus totumque capitulum Parisiense, salutem in Domino. Notum facimus quod, coram nobis, in capitulo nostro, constitutus, Guillelmus de Lupicenis, canonicus Sancti Mederici Parisiensis, promisit se redditurum venerabili

[1] Gaufridus II de Barro.

viro Henrico, succentori Parisiensi, viginti libras Parisienses, nomine pene, pro Leonardo Lombardo, si dictus Leonardus contradiceret eidem Henrico reddere quinquaginta libras Parisienses, quas ei tradidit, pro quinquaginta octo solidis et octo denariis Parisiensibus minuti census, quos emit, ad opus mandeti, ab eodem Leonardo, pro precio predicto, quos ei reddere tenetur, si convenire non possit cum domino Almarrico de Meullento, tercio domino fundi terre, super qua percipiuntur quinquaginta octo solidi et octo denarii predicti, sub precio racionabili, secundum estimacionem finationis, quam fecit dictus succentor cum primo domino dicti fundi, quod ipse cum primo domino et secundo dicti fundi concederet, quod idem H. dictos quinquaginta octo solidos et octo denarios in manu mortua teneret vel eciam possideret. In cujus rei *etc.* Datum anno Domini M° CC° sexagesimo primo, mense januario.

LXXXV.

Jan. 1263. Bertaudus de Mintriaco Mariaque, ejus uxor, vendunt Henrico succentori, ad opus mandeti, pretio undecim librarum Parisiensium, arpentum unum vineæ, juxta torcular de Divis.

.... Datum anno Domini M° CC° LX° secundo, mense januario.

LXXXVI.

20 jun. 1264. Johanna, Adæ Flamingi vidua, promittit coram capitulo se Henrico succentori octo libras Parisienses esse soluturam, ob jura venditionum gypsi extracti vel extrahendi ex fodina, quam in territorio de Divis, in censiva mandeti, tenet; insuperque, se dictam fodinam, post gypsum extractum, in vineam esse conversuram.

.... Datum anno Domini M° CC° sexagesimo quarto, die veneris post Trinitatem.

LXXXVII.

Jul. 1264. Leonardus de Placentia, civis Parisiensis, et Alina, ejus uxor, profitentur se, mense januario 1262, Henrico succentori, ad opus mandeti, vendidisse, pretio quinquaginta librarum Parisiensium, quinquaginta et octo solidos octoque denarios Parisienses capitalis census, e quibusdam domibus, in Gravia, in Carnificeria et juxta furnum Templi sitis, nonnullisque terris et vineis, annuatim habendos.

.... Datum anno Domini M° CC° LX° quarto, mense julio.


image
not
available

runt se ad defensionem, et insurrexerunt contra dictum servientem, ipsum verberantes. Quod cum ad noticiam dicti Johannis, qui prope erat, pervenisset, manu forti adjutus, ipsos in presenti forisfacto cepit, et adduxit Parisius, ad prisionem capituli. Dicti vero malefactores factum hujusmodi recognoverunt, in presencia domini Richardi de Sancto Dyonisio, canonici Parisiensis, presbiteri, qui tunc intromittebat se de dicta terra, pro capitulo, et dicti Johannis de Civilli et plurium familiarium dicti canonici, in domo dicti canonici, sponte sua, non coacti, non vinculati, non questionibus suppositi, et emendaverunt. Et fuit dictus Nicholaus plegius pro serviente suo.

LIBER SACRAMENTORUM ECCLESIÆ PARISIENSIS.

XCI.

Sequuntur igitur forme juramentorum prestandorum per dominos Parisienseu episcopum et abbates ac abbatissas, Parisiensis diocesis, qui matrici ecclesie Parisiensi tenentur juramentum prestare, nec non dominos decanum, cantorem, archidiaconos, cancellarium, penitencierium, succentorem, canonicos et beneficiatos in dicta ecclesia Parisiensi et aliis ecclesiis eidem subditis.

Et primo sequitur forma juramenti domini Parisiensis episcopi.

« Ego N., episcopus Parisiensis, juro, ad hec sancta Dei evangelia, me servaturum jura, libertates, immunitates, privilegia, exemptiones et consuetudines ecclesie Parisiensis, et compositiones alias habitas inter predecessores meos et capitulum ecclesie Parisiensis predicte. »

Forma juramenti abbatis.

« Ego N., abbas talis loci, promitto reverentiam, subjectionem et obedienciam, a sanctis patribus constitutas, sancte matri mee ecclesie Parisiensi et tibi N. episcopo successoribusque tuis canonice intrantibus. In cujus rei testimonium, presentem cartam manu propria signavi. »

Juramentum abbatissarum.

« Ego N., abbatissa de tali loco, Parisiensis diocesis, ordinis Sancti

Benedicti, in[1] subjectionem, obedienciam, reverentiam et honorem reverendo in Christo patri, domino Parisiensi episcopo et ejus successoribus canonice intrantibus et huic sancte matri ecclesie. »

Decanus, cantor et cancellarius legunt ordinacionem Bonifacii super residencia ipsorum facienda et habenda, et jurant contenta in ipsa, et, una cum hoc, obedienciam et honorem capitulo exhibere ac ecclesie, franchisias et libertates ecclesie, et specialiter immunitatem claustri et secreta capituli conservare, et cetera contenta in juramento canonicorum, et, una cum hoc, decanus jurat fidelitatem ecclesie et capitulo; et, cum ab episcopo requiritur, facit ei homagium, salva fidelitate capituli.

Cancellarius, una cum predictis, jurat fidelitatem capituli, super illis que pertinent ad sigillum; et etiam, presente episcopo vel ab eo deputato, et rectore Universitatis aut aliquibus magistris cum eo deputatis, bullam Gregorii, in Pastorali scriptam, que incipit, *Parens scientiarum*, legit et jurat.

Archidiaconi, si sint canonici, prestant juramentum canonicorum; et, ratione archidiaconatuum suorum, prestant episcopo homagium fidelitatis.

Forma juramenti canonicorum ecclesie Parisiensis.

« Ego N., canonicus hujus honorabilis ecclesie Parisiensis, juro ad hec sancta Dei euvangelia, et promitto vobis reverendis dominis meis, dominis decano et capitulo Parisiensi, obedienciam, reverenciam et honorem exibere, jura, libertates, franchisias, exemptiones, privilegia, statuta, consuetudines et observaciones ipsius ecclesie, et specialiter immunitatem claustri servare, secreta capituli tenere, et quod sum de legitimo matrimonio procreatus, liber et immunis ab omni jugo servitutis.

« Juro eciam quod ego solvam quindecim florenos de Florencia, seu eorum valorem, infra annum, pro cappa per me debita fabrice hujus venerabilis ecclesie, vel faciam eam fieri meis expensis, infra annum, de panno sericeo, michi tradendo per provisores dicte fabrice; et ecce, propter hoc, do tales fidejussores. »

[1] Verbum omissum est; nisi fortasse pro *in* legendum sit *pro*.

XCII.

Forma juramenti canonicorum et vicariorum Sancti Aniani in ecclesia Parisiensi.

« Ego N., canonicus Sancti Aniani, in hac venerabili ecclesia Parisiensi, juro ad hec sancta Dei euvangelia, quod, ab hac die in antea, dominis meis, dominis decano et capitulo dicte ecclesie, fidelis ero, eorum secreta et maxime capituli, in quibus me vocari contigerit, nemini revelabo, ipsorum et ecclesie predictorum utilitatem servabo pro posse, et etiam exhibebo eisdem obedientiam, reverentiam et honorem; jura, libertates, franchisias, exemptiones, privilegia, statuta, consuetudines et observaciones ipsius ecclesie, et specialiter immunitatem claustri servabo, juraque mei beneficii et capelle Sancti Aniani, pro viribus, protegam et deffendam; et, si que scivero alienata, ea, prout erit michi possibile, revocabo, nec aliqua ex eis alienabo. In Parisiensi ecclesia et in capella Sancti Aniani predicta deserviam, secundum quod mei beneficii natura requirit, ac in Parisiensi ecclesia interero omnibus horis, diurnis et nocturnis, bona fide. In hac Parisiensi ecclesia faciam continuam residenciam personalem; ad sacrum presbiteratus ordinem, quam citius potero, me faciam promoveri (hoc habet locum, si non est presbiter); et quod comparebo, singulis annis, in sancta synodo dictorum dominorum, nisi racionabilis excusacio me impediat, quam significabo ipsis dominis infra quindenam post synodum, sub pena contra defficientes statuta; nec privilegium ad hoc contrarium quoquo modo impetrabo, aut michi vel cuicumque ecclesie, universitati seu persone ecclesiastice aut seculari concesso, aut in posterum concedendo, utar publice vel occulte; et sic me Deus adjuvet et hec sancta Dei euvangelia. »

XCIII.

Forma juramenti vicariorum in presentacione existencium.

« Ego N., hujus venerabilis ecclesie Parisiensis vicarius, juro ad hec sancta Dei evangelia, quod, ab hac die in antea, vobis, dominis meis, decano et capitulo hujus ecclesie, fidelis ero, et quod vestra secreta, in quibus me vocari contigerit, nemini revelabo, vestram et vestre ecclesie predicte utilitatem, pro posse, servabo, et vobis exhibebo obedientiam,

reverenciam et honorem; in hac ecclesia faciam residenciam continuam personalem; et juro eciam assiduitatem servicii hujus ecclesie, bona fide, et quod jura mei beneficii, pro viribus, protegam et deffendam, et nulla ex eis alienabo; sed, si qua ex eis alienata noverim seu illicite distracta, illa ad jus et proprietatem dicti beneficii, pro viribus, revocabo, et, si illa non potero revocare, hoc vobis dominis meis, decano et capitulo, revelabo; quam cicius potero ad sacerdocium me faciam promovere (hoc habet locum, si non est presbiter); et quod comparebo, singulis annis, in sancta sinodo vestra, nisi racionabilis excusacio me impediat, quam excusacionem significabo vobis, dominis meis, infra quindenam post synodum, sub pena contra defficientes statuta; et sic Deus me adjuvet et hec sancta Dei evangelia. »

XCIV.

Forma juramenti quod prestant in eorum receptione capellani ecclesie Parisiensis.

« Ego N., capellanus in ecclesia Parisiensi, juro ad hec sancta Dei evangelia, et in verbo sacerdotis, fidelitatem, reverenciam, obedienciam et honorem vobis, dominis meis, decano et capitulo hujus venerabilis ecclesie Parisiensis, impendere et exhibere, residenciamque personalem in dicta ecclesia facere et deservire capellanie mee debite in divinis, prout requirit fundatio ejusdem, ac jura ipsius conservare et non alienare, ymo ea que scivero alienata de ipsis, posse tenus, recuperare; necnon, singulis annis, comparere in sancta synodo vestra, nisi racionabilis excusacio me impediat, quam vobis significabo infra quindenam post sinodum, sub pena contra defficientes et contumaces ordinata per vos; (et si non sit sacerdos) et quod, cicius quam potero, ad sacerdocium me faciam promoveri. »

XCV.

Ad infra scripta tenentur matriculariі clerici ecclesie Parisiensis.

Prout continetur in autenticis registris, libris et statutis ecclesie Parisiensis, quatuor matriculariі clerici ecclesie Parisiensis debent esse sacerdotes in receptione ipsorum et cujuslibet eorumdem; et debent duo

ex ipsis in una septimana, et alii duo in alia, singuli singulis diebus septimane sue, pro animabus fundatorum et benefactorum suorum, missam deffunctorum, bona fide, in eadem ecclesia et in altari vel in altaribus ad hoc sibi deputato vel deputatis celebrare, et tam commendationis quam trium lectionum vigilias dicere, exceptis diebus dominicis et festivitatibus Nativitatis, Circumcisionis, Epyphanie, Passionis, Resurrectionis, ascensionis Domini et Penthecostes, inventionis et exaltationis Sancte Crucis, sollennitatibus beate Marie, nataliciis apostolorum, nativitate beati Johannis Baptiste, festivitate beate Magdalene et beati Michaelis, natali beati Dyonisii, deposicione beati Marcelli, festivitate etiam Omnium Sanctorum excepta et natali beati Stephani. Illi duo vero, qui in septimana non erunt, vigilias trium lectionum cum vesperis, in septimana non sua, ter dicere tenebuntur. Qui vero, propter infirmitatem vel aliam necessitatem, non poterit agere predicta officia, providebit bona fide qui suppleat deffectum suum; quod si neglexerit, illius sumptibus capitulum providebit. Si vero aliquod istorum beneficiorum dari non sacerdoti contigerit, porcio beneficii que ipsi competeret, si sacerdos esset, debet dari, pro rata temporis, illi sacerdoti qui loco ejus deserviet; et insuper, nisi infra annum in sacerdotem fuerit ordinatus, tunc dominus episcopus Parisiensis habebit potestatem conferendi beneficium uni sacerdoti. Prefati vero quatuor sacerdotes, cum fuerint instituti, se predicta bona fide servaturos jurare tenebuntur. Quod si, infra decem dies post institutionem suam, jurare noluerint, ex tunc se noverint anathemati subjacere, si aliquid de predicto beneficio perceperint, antequam predictum prestiterint juramentum. Sub eodem etiam juramento quatuor sacerdotum comprehendetur, quod ita diligenter ecclesie custodiam observabunt, ut omni tempore, tam de die quam de nocte, bona fide, unus eorum quatuor ad minus in ecclesia valeat inveniri; et quod duo illorum in ecclesia de nocte jacebunt. Cum autem prefati matriculariі fuerint instituti in capitulo ecclesie Parisiensis, fidelitatem jurare debent capitulo ipsius ecclesie, sicut matriculariі layci ab antiquo facere consueverunt. Ibidem etiam eisdem matriculariis altare, in quo sic ordinatum est celebrari per eosdem, decanus et capitulum eis assignabunt, eosque investient

de altari eciam debent jurare dicti matriculatii sacerdotes, in eorum recepcione, et eciam matriculatii laici in ecclesia Parisiensi ministrare et deservire, sicut in carta eorum continetur, et ecclesiam, tam de die quam de nocte, in personis propriis custodire, ut prefertur, ac eciam se servaturos consilia canonicorum, honorem, vitam et membra, ac eciam reverenciam, obedienciam et honorem dominis decano et capitulo ecclesie predicte exhibere, necnon jura et bona beneficiorum suorum hujusmodi, secundum et juxta posse suum, observare et non aliquid ex eis alienare, sed pocius que sciverint alienata recuperare, et comparere in synodo, etc.

XCVI.

Forma juramenti canonicorum Sancti Johannis Rotundi, presbiterorum.

« Ego N., canonicus Sancti Johannis Rotundi, juro fidelitatem, reverenciam et obedienciam vobis, dominis meis, decano et capitulo ecclesie Parisiensis, exhibere et impendere, ac residenciam in majori ecclesia me facturum; et quod, bona fide, quotidianis horis interero, et nichilominus in capella Sancti Johannis in propria persona deserviam, ac ad sacros ordines presbiteratus, quam cicius potero, me faciam promoveri (hoc habet locum, si non est presbiter); et quod comparebo singulis annis in sancta synodo dictorum dominorum, nisi racionabilis excusatio impediat; quam excusationem significabo vobis, dominis meis, infra quindenam post synodum, sub pena contra deficientes stabilita. Et sic Deus me adjuvet et hec sancta Dei evangelia. »

Simile juramentum prestant canonici Sancti Johannis Rotundi, diaconi et subdiaconi, excepto quod jurant se facere promoveri ad ordines subdiaconatus et diaconatus, prout beneficium eorum requirit.

XCVII.

Forma juramenti canonicorum presbiterorum Sancti Dyonisii de Passu.

« Ego N., canonicus Sancti Dyonisii de Passu, juro fidelitatem, reverenciam et obedienciam vobis, dominis meis, decano et capitulo Parisiensi, exhibere et impendere, ac residenciam, assiduitatem servicii in majori ecclesia me facturum bona fide, et in capella Sancti Dyonisii celebrare

et ministrare in ordine meo, alternis ebdomadis, ac ad sacros ordines presbiteratus, quam citius potero, promoveri me faciam (hoc habet locum, si non est sacerdos); et quod comparebo singulis annis in sancta synodo vestra, nisi racionabilis excusatio impediat; quam excusationem significabo vobis, dominis meis, infra quindenam post synodum, sub pena contra deficientes stabilita. Et sic me Deus adjuvet et hec sancta Dei evangelia. »

Simile juramentum prestant canonici subdiaconi et diaconi, excepto quod jurant se facere promoveri ad ordines subdiaconatus et diaconatus, prout beneficium eorum requirit.

XCVIII.

Forma juramenti quod prestant duo presbiteri ecclesie parrochialis Sancti Christophori.

« Ego N., presbiter parrochialis Sancti Christofori, juro fidelitatem, reverenciam et obedientiam vobis, dominis meis, decano et capitulo Parisiensi, et deservire vicissim, in alternis septimanis, in ecclesia Sancti Christofori, et, cum non ero in septimana, in ecclesia Beate Marie cotidianis interesse officiis; et quod comparebo singulis annis in sancta sinodo vestra, nisi racionabilis excusacio impediat; quam excusacionem significabo vobis, infra quindenam post synodum, sub pena contra deficientes stabilita. Et sic me Deus adjuvet et hec sancta Dei evangelia. »

Juramentum curati Sancti Christofori[1].

« Ego Jo. Graveran, presbiter, rector parrochialis ecclesie Sancti Christofori, Parisius, in Civitate, vobis, dominis meis, immediate subjecte, juro ad hec sancta Dei euvangelia et in verbo sacerdotis, fidelitatem, reverentiam, obedienciam et honorem vobis et successoribus vestris impendere et exhibere, residenciam personalem in dicta ecclesia mea facere, et eidem in divinis debite deservire, jura ipsius conservare, nulla alienare, sed alienata que scivero, pro posse, recuperare, et quod singulis annis, etc. »

[1] Recentiore manu exaratum.

XCIX.

Forma juramenti canonicorum Sancti Benedicti, Sancti Mederici, Sancti Stephani de Gressibus.

« Ego N., canonicus Sancti Benedicti, vel Sancti Mederici, vel Sancti Stephani, juro fidelitatem, reverentiam et obedienciam dominis meis decano et capitulo ecclesie Parisiensis, et residenciam in ecclesia Sancti Benedicti, vel Sancti Mederici, vel Sancti Stephani me facturum, et promoveri, quam cicius potero, ad ordines quos beneficium meum requirit, jura beneficii mei et ecclesie predicte servare, nichil alienare, sed alienata, pro posse, recuperare; et quod comparebo singulis annis in sancta synodo, *etc.* »

C.

Forma juramenti canonicorum beneficiatorum in ecclesia Sepulchri Parisiensis.

« Ego N., canonicus vel capellanus in ecclesia Sepulchri Parisiensis, vobis, dominis meis, immediate subjecta, juro ad hec sancta Dei evangelia et in verbo sacerdotis, quod, amodo in antea, exhibebo vobis debitam reverenciam et obedienciam, juraque et honorem ecclesie vestre Parisiensis et predicte ecclesie Sepulchri servabo, pro posse, ac residenciam continuam faciam in dicta ecclesia Sepulcri, et eidem ecclesie meoque beneficio predicto continue deserviam, nisi fuero legitime impeditus, quo casu per aliam personam idoneam id faciam fieri, pro me; et quod contra ista vel aliquod eorumdem nullum privilegium seu graciam per me aut alios impetrabo, nec impetratis utar, sub pena privacionis dicti beneficii mei, prout fundacio requirit, et continet ordo in litteris presentandi et conferendi canonicatus et alia beneficia dicte ecclesie expressus; et quod comparebo singulis annis in sancta synodo vestra, nisi impediat justa excusatio; quam vobis significabo infra quindenam, sub pena per vos contra absentes et contumaces stabilita (et, si non sit presbiter, dicat ultra); et quod faciam me promoveri ad sacros presbiteratus ordines infra annum, cum requirat sacerdotium dictum meum beneficium; nec impetrabo dispensationem contra, nec impetrata me juvabo. »

Cappellani ecclesiarum Sanctorum Benedicti, Mederici, Stephani de

Gressibus et Sepulchri faciunt tale juramentum, sicut faciunt cappellani ecclesie Parisiensis, et etiam matricularii clerici Sancti Mederici.

CI.

Forma juramenti camerarii laici et francorum servientium, prepositorum, majorum, decanorum et servientium, extra villam Parisiensem commorantium, et custodum clausiri.

« Ego N. juro fidelitatem, reverenciam et obedienciam dominis meis decano et capitulo Parisiensi, consilia eorum celare, honorem, vitam et membra eorum bona fide servare, ac terras et redditus eorum fideliter servare, subditos eorum non gravare, seu ab eis excessivum salarium exigere. »

Et predicti commorantes extra Parisius jurant trahere moram in juridictione decani et capituli, cum predicto juramento.

Fratres et sorores domus Dei Parisiensis vovent obedienciam, castitatem et paupertatem, nec exire extra pro rege vel regina, sine decani et capituli Parisiensis licentia.

CII.

Forma juramenti beneficiatorum in capella regali, recipiendorum ad beneficium decano et capitulo Parisiensi subjectum.

Post juramentum a beneficiatis in ecclesia Parisiensi prestitum suprà-positum, jurant quod coram decano et capitulo respondebunt, ratione beneficii eisdem subjecti, in hiis que spectabunt vel tangent illud beneficium, ac privilegio impetrando vel impetrato in contrarium renunciabunt, nec utentur ipso.

Forma juramenti officiariorum ecclesie Parisiensis.

« Ego N., officiarius anniversarius, juro me fideliter in officio habere, commodum ecclesie procurare, et inutilia, pro posse, pretermittere, necnon secreta capituli, si ad me pervenerint, nemini revelare. »

Forma juramenti quod prestat notarius capituli.

« Ego N., publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, juro et promitto reverendis patribus et dominis meis metuendis, dominis de-

cano et capitulo ecclesie Parisiensis, obedientiam, reverentiam et honorem exhibere, in officio tabellionatus sui, quamdiu ero, fidelis esse; hospites et justiciabiles eorum in salariis exigendis non gravare, res et membra et familiares suos servare; suum et ecclesie Parisiensis commodum, pro posse, viis licitis procurare, secreta capituli nemini revelare. Sic me Deus adjuvet et hec ejus sancta euvangelia. »

CIII.

Forma juramenti promotoris causarum officii curie eorumdem decani et capituli Parisiensis.

« Ego N. per reverendos patres et dominos meos, dominos decanum et capitulum ecclesie Parisiensis, in promotorem causarum officii curie eorumdem, licet indignus, nominatus, juro obedienciam, reverentiam et honorem eisdem exhibere, et in officio promotionis, quamdiu fuero, fidelis esse; justiciabilesque eorumdem in salariis exigendis non gravare; res, membra et familiares suos conservare; neminem vocare, sub umbra officii, odio vel motu spontaneo seu illicco concepto aut alias quovis modo; et, si de eorum precepto vel consilio contingat me aliquem facere citari vel vocari quovis modo, quod non dissimulabo vel faciam aliquam financiam, absque ipsorum licencia, vel quousque per eorum consilium de meritis cause fuerit discussum, sed cum diligentia qua potero prosequar. Quod si in contrarium fecero, volo penam juris contra falsarios statutani incurrere ipso facto, et juxta ipsorum dominorum ordinacionem. Et sic me Deus velit adjuvare et hec ejus sancta euvangelia. »

CIV.

Juramentum capicerii et subcapicerii.

« Ego N., capicerius ecclesie Parisiensis, juro reverentiam, obedientiam et honorem vobis, dominis meis, decano et capitulo hujus ecclesie, impendere et exhibere, meum officium bene et fideliter exercere, et alia ad que teneor facere, tenere et observare, que mei predecessores fecerunt et facere consueverunt et tenentur. Et sic me Deus adjuvet et sancta Dei euvangelia. »

CV.

Le sèrement des marregliers lays.

« Vous jurez honneur, révérence et obéissance porter à messeigneurs doyen et chapitre de l'église de Paris, desservir à vostre office comme la fondacion le requiert; et par espécial pourveirés tellément avec vos compaignons marregliers lays, que l'un de vous de jour continuèlement, et les deux de nuyt, seront trouvez en l'église de Paris pour la seurté et garde d'icelle. Vous jurez aussi garder les drois de vostre office, non aliéner yceulx; mais ceulx que vous saurez aliénez, vous mettrez paine de recouvrer, et faire tout ce qui appartient à votre office bien et deuement, comme il est accoustumé de faire et comme on le doit faire, et ainsi vous le jurez[1]. »

CVI.

22 febr. 1264. Anno Domini millesimo ducentesimo LX° tercio, die veneris in festo cathedre sancti Petri, Adam, serviens Petri dicti Sernant, qui, dum moraretur in terra ecclesie Parisiensis, que vocatur Morinensis, melleyam fecerat in terra domini episcopi cum duobus filiis defuncti Simonis Bigue; in qua melleia, predicte partes fuerant vulnerate. Verumptamen non fuerat captus in presenti forefacto; et ideo prepositus domini episcopi, qui eum ceperat, ipsum nobis, capitulo Parisiensi, liberavit, eo quod hospitatus fuerat in terra predicta. Tandem, cum diu fuisset in carcere capituli, a nobis fuit liberatus, consenciente parte adversa, hoc modo : quod ipse exibit civitatem Parisius usque ad trienniuni, et, infra dictum terminum, limina Beati Jacobi visitabit. Item, partes predicte se assecuraverunt invicem. Item, idem Adam nobis decano, vice capituli, in pleno capitulo emendavit melleiam predictam, presentibus Enardo, canonico Sancti Johannis Rotundi, magistro Petro de Salmurio et pluribus aliis.

[1] Ici finissent les serments; mais le volume a 234 pages, remplies par des chartes de règlements de diverses dates et de diverses mains. Nous y remarquons, entre autres, une sorte d'organisation du chapitre datée de juin 1230, la manière dont l'évêque élu doit être reçu à Sainte-Geneviève et à Notre-Dame; des affranchissements, etc.

CVII.

Statutum factum in capitulo generali, anno Domini M° CCC° XX° V°, in crastino festi nativitatis beati Johannis Baptiste, quod aliquis de ecclesia Parisiensi non deferat sotulares consuticios seu ad laqueos, aut caligas, alterius coloris quam nigri, et quod non ludatur ad taxillos, et quod non fiant risus inhonesti et confabulaciones in ecclesia, dum celebrabuntur divina. 25 jun. 1325.

Universis presentes litteras inspecturis, A. decanus totumque capitulum Parisiensis ecclesie, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus quod nos, considerantes attencius quod presumptuosa temeritas aliquorum requirit, ut, dum hujus sancte ecclesie statuta salubria contempnere non verentur, propter quod dicte nostre ecclesie non modicum detrahitur honestati, non simus statutis predictis contenti, sed penam contra transgressores hujusmodi apponamus, per quam ipsorum insolencia reprimatur; ac volentes statum dicte ecclesie, quantum nobis est possibile, reformare, die martis in crastino festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, in nostro capitulo generali, ad sonum campane, more solito, congregato, statuimus et consensu et voluntate unanimi omnium ordinamus, ut nullus canonicus, vicarius, capellanus, seu quamvis alius servitor vel clericus nostri chori sotulares consuticios vel ad laqueos, seu caligas, alterius coloris quam nigri, de cetero patenter, et presertim in dicta nostra ecclesia, defferre presumat, nullusque comam nutriat sive barbam; sed, impedimento cessante, absque contradictione aut deffectu quocumque, se radi faciant, temporibus ordinatis, largas coronas defferant et competentes tonsuras. Si quis autem a tempore publicacionis statuti predicti contrarium fecerit, eo ipso, omnibus distribucionibus, diurnis et nocturnis, usque ad unum mensem continue computandum, noverit se privatum; decernentes quod, si quid de predictis bonis ecclesie, durante termino supradicto, quocumque modo perceperit, non faciat illud suum, sed id restituere teneatur, sicut injuste detinens alienum. Ceterum, cum ex nonnullorum fida relacione didiscerimus (quod nimis reputamus horrendum), quod quedam persone dicte nostre ecclesie, tanquam prodige sue fame, ad taxillos seu griestam, cum aliis personis dicte ecclesie et aliis extraneis et alterius professionis, publice et notorie ludunt, ac aliis nephan-

dis et prohibitis ludis et actibus adeo se immergunt, quod in multis locis civitatis et diocesis Parisiensis, penes bonos et graves, eorum infamia divulgatur, et in nostra predicta ecclesia scandalum generatur; nos, tam pestifero morbo medelam adhibere volentes, sub pena in statuto prelicto contenta, et sub excommunicacionis pena, districtius prohibemus, ne quis de dicta nostra ecclesia, de cetero, nativitatis dominice, sancti Nicholai et beate Katharine festis, in quibus homines, ex communi solacio et non ex ardore avaricie, frequenter ludere reputantur, dumtaxat exceptis, ludant de cetero ad taxillos; sciturí quod, si quis vel qui de personis prelictis ad talem ludum, per legittimas sanctiones prohibitum et dampnatum, ludens vel ludentes fuerint deprehensi, vel alias evidenter probatum extiterit contra ipsos, eosdem, tanquam infames et scandalizatores dicte ecclesie, preter penas predictas, vitabimus et faciemus vitari, nec ad officia dicte ecclesie de cetero assumentur. Volumus eciam et facimus, ut in dicta ecclesia risus inhonesti et omnes confabulaciones, dum celebrantur sacra solempnia, penitus conquiescant, sed nostra conversacio sit ita devota, humilis et quieta, ut Omnipotenti et omnibus, de multis partibus affluentibus ad eandem, placibilis sit et grata. Quod ut firmum et stabile perseveret, *etc.*

CVIII.

27 oct. 1325. Statutum capituli Parisiensis quo, quivis clericus, exiens e choro ante celebrata officia, portione sua in distributionibus faciendis privatur. Preterea decernitur ut clerici, quibus, maguam missam celebrantibus sive epistolam vel evangelium legentibus, satis larga corona defuerit, quique in cantandis officiis aliquo modo deliquerint, viginti solidorum mulcta puniantur.

.... Datum et actum in dicto nostro capitulo generali, anno Domini millesimo ccc° vicesimo quinto, die sabbati in vigilia festi beatorum Simonis et Jude apostolorum.

CIX.

25 jun. 1328. Statutum capituli Parisiensis, quo jubetur, ut quolibet anno, crastina die nativitatis beati Johannis Baptistæ, tres canonici Parisienses eligantur, in capitulo generali, provisores domus Dei.

.... Datum in nostro capitulo generali, die sabbati, in crastino festi

nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini millesimo ccc° vicesimo octavo.

CX.

Ordinacio super defectibus matriculariorum laicorum. 25 jun. 1328.

Universis presentes litteras inspecturis, decanus et capitulum ecclesie Parisiensis, salutem in Domino. Notum facimus quod, ex parte procuratoris nostri, fuit propositum coram nobis, quod matriculatii laici ecclesie nostre fecerunt et faciebant defectus, super contentis in articulis infrascriptis, ad que tenebantur et tenentur ex eorum fundacione, super quorum articulorum aliquibus, per venerabiles viros, magistrum Stephanum de Novilla, succentorem, dominos Odonem de Senonis et Johannem de Arpadello, concanonicos nostros, ad hoc a nobis, de consensu dictorum matriculariorum, deputatos, extitit ordinatum, prout inferius continetur. Deffectus quos committunt matriculatii laici, qualibet die, et commiserunt ab annis decem citra et amplius. Primo, debent duo ex ipsis in ecclesia de nocte jacere, qualibet nocte. Super isto primo articulo ordinatum est, quod, sub pena decem et octo denariorum, pro qualibet nocte, tam presbiteri quam laici matriculatii jaceant personaliter in ecclesia, nisi capitulum, de gracia concedat quod hoc faciant, usque forte ad tempus, per alium; et tunc oportebit quod ille substitutus ostendatur capitulo; et, si ydoneus sit, poterit transire, si placeat capitulo, de gracia et semper sub periculo illius qui eum subrogat; et, si amplius alium ponat, non faciendo primo hoc, solvat penam, etc. Item, diligenter debent insistere custodie ecclesie, ut omni tempore, tam de die quam de nocte, unus ipsorum quatuor ad minus, in ecclesia valeat reperiri; et hoc jurant adimplere, prout apparet in ordinacione ipsorum super hoc facta. Dicti vero matriculatii contrarium faciunt, veniendo contra juramenta propria; nam nullus ipsorum de nocte jacet, prout dictum est; et, si contingat aliquos jacere, hoc non est ter in anno. Item, nullus ipsorum in ecclesia invenitur ab hora meridiei usque ad vesperas; et, cantato complectorio, nullus ipsorum remanet, usque ad clausuram portarum ecclesie, circa noctem, quum tamen aliqui ipsorum deberent remanere, prout est dictum. Isti secundus et tercius articuli, in quantum loquntur de die, stant in suis ter-

minis, nisi capitulum faciat graciam quod per alium faciant; et tunc fiet ut supradictum est in primo articulo. Item, ter vel quater in anno, debent mundare ecclesiam per terram, et, a terra superius, quantum unus famulus poterit attingere de una magna pertica, tam parietes quam pillaria, hostia et treillias chori et capellarum ejusdem ecclesie; et in capellis dicte ecclesie similiter debent immundicias, in quantum potest dictus famulus cum dicta pertica attingere, facere removeri. Et de hoc nichil faciunt, sed sunt totaliter negligentes. Item, supra secundas votas et latera amborum, et hoc idem facere; quod tamen non faciunt. Isti quartus et quintus articuli stant, hoc excepto, quod matriculariі non tenentur mundare capellas intus, sed capellani; verumptamen matriculariі tenentur ad custodiam ipsarum. Item, qualibet septimana, chorum, sedes chori, revestiarium debent mundare; hoc pessime faciunt et multociens obmittunt. Iste sextus articulus stat. Item, in pulsacione tam matutinarum quam aliarum horarum, non faciunt debitum, nam minus longe, minus sollempniter pulsant aut faciunt pulsari. Iste septimus articulus servetur, prout scriptum est in martirologio. Item, in pulsacione defunctorum corporum presencium, volunt pulsare ad voluntatem, et nichil volunt facere, nisi cum magnis sumptibus defunctorum. De isto octavo articulo, sic fiet : matriculariі tenebuntur pulsare, pro defunctis, non obstante dissensione aliqua de salario; et postmodum, si non concordant, ordinabit de isto salario capitulum. Item, in accendendo luminare quamplures sunt deficientes et fuerunt, et potissime in assumptione beate Marie, in lampadibus accendendis, et aliis festivitatibus, loco et tempore declarandis. De isto nono articulo, matriculariі tenentur unde faciant, prout est fieri consuetum. Item, aquam in revestiario, ubi indicti ad magnam missam manus suas lavant, tenentur ponere, et similiter aquam benedictam, in bacinis de lapidibus, per ecclesiam ponere. Et promiserunt per fidem suam, michi, Petro de Fayello, quod, secundum ordinacionem meam, dictam aquam ponerent benedictam. Informatus per fide dignos, quod ad hec tenentur, precepi quod, ponerent de cetero. Ipsi, contra juramentum et fidem venientes, dictam aquam benedictam ponere obmiserunt, et adhuc obmittunt. Iste decimus articulus stat. Item, duo ad minus ipsorum debent stare, dum celebratur

aut fit servicium in ecclesia, unus in hostio chori, a parte inferiori, versus ymaginem, et alius, a parte superiori, versus altare. In hoc sunt negligentes, et male faciunt debitum suum. Iste undecimus articulus stat. Item, in magna turre ubi pulsantur magne campane, ibi sunt pessimi homines et inhonesti, scilicet hoillerii, hoquelatores, homicide, taxillorum lusores, vitam inhonestam ducentes, et, si fiat super hoc inquesta, alia quamplurima inhonesta invenientur. Iste duodecimus articulus est bonus; et precipitur matricularii, quod ipsi bonos pauperes ibi ponant, sub pena amissionis officiorum suorum. Item, bannitos et homicidas dicti matricularii, pecunia corrupti, recipiunt in cavernis suis, in ecclesia et alibi, et quamplures receptati sunt; et hec per plures fide dignos probabuntur, si inquirantur. De isto tredecimo articulo, idem sicut et de duodecimo. Item, est ordinatum, quod ille dictorum matriculariorum qui defecerit in aliquo contentorum, in quolibet dictorum articulorum, in quibus non est supra certa pena pecuniaria prefixa, solvet, pro quolibet deffectu, duodecim denarios Parisienses, nomine pene. Item, est ordinatum, quod matriculariis reddetur clavis trape turris; ita tamen quod ipsi, expensis suis, faciant reffiicere de plumbo, in modica coopertura gradnum, illud quod est modo reficiendum. Et illa clavis tradetur sub talibus condicionibus et modo, quod, si in futurum aliquid ibi defficiat, oh hoc quod aliqui ibi deliquerint, ipsi tenebuntur, propriis expensis suis, facere reffici. Pro tempore preterito, pro deffectibus suis, ipsi solvent fabrice quadraginta solidos; et pecunia arrestata eis deliberabitur. Unde premissa sic ordinata, *etc.*... Actum in capitulo nostro generali, anno Domini millesimo ccc° vicesimo octavo, die sabbati in crastino festi nativitatis beati Johannis Baptiste.

CXI.

Compositio inter capitulum Parisiense et matriculatios laicos, qua utrorumque jura in redditibus obsequiarum hoc modo constituuntur : 25 jun. 1329.

Matriculatii laici ecclesie Parisiensis habebunt, pro juribus que reclamant seu reclamare deinceps poterunt, de bonis illatis cum corporibus deffunctorum et asportatis in choro ecclesie Parisiensis, et que

bona penes ecclesiam remanebunt, ubique sepeliantur dicta corpora, modo et forma que sequuntur. In primis, habebunt iidem matricularii, de dictis bonis sic asportatis in ecclesia Parisiensi et ibidem remanentibus, lintheamina, unum vel plura, sargiam laneam vel fileam, culcitram cum coessino, macerotum, chaillitum et domum ligneam et capellam, si sint ibi, exceptis paramentis dicte domus lignee, tam decendalo quam aliis paramentis quibusque, extra ligna. Omnia autem alia habebit fabrica, eo modo et forma que sequntur, videlicet: quod erit in electione regentis fabricam, retinere marchipeta, et dare quatuor libras Parisienses, pro ipsis marchipetis, dictis matricularii. Item, poterit idem regens fabricam retinere auricalare, et, pro ipso, solvere dictis matricularii quattuor libras Parisienses, si hoc elegerit. Item, poterit pro fabrica retinere culcipitram, et dare, pro ea, tenebitur quatuor libras Parisienses predictis matricularii; alias, predicta videlicet marchipeta, auricalare et culcitra picta penes dictos matricularios remanebunt. Si vero corpus defferatur alias quam in lecto, videlicet, in huchia vel sarcofago, tunc matricularii laici habebunt capellam ligneam, sargiam, lintheamina, et residuum pertinebit ad fabricam, in forma et modo quibus supra, luminari excepto, quod pertinet ad presbiteros, prout est fieri consuetum. Si vero canonicus Parisiensis obierit, matricularii habebunt quadraginta solidos, pro pulsando. Si canonicus Sancti Dyonisii de Passu et canonicus Sancti Johannis Rotundi vel vicarius decesserit, pro pulsando bene et decenter habebunt viginti solidos Turonenses. Tenebuntur autem, pro aliis personis beneficiatis, sicut sunt capellani et clerici matutinarum, decedentibus, de ecclesia, pulsare, absque salario, nisi gratis eis detur. Item, dicti matricularii non different pulsare pro defectu solucionis, sed postmodum capitulum judicabit, et in illis defunctis, ubi hic non est certa summa taxata pro pulsacione, capitulum taxabit, si partes non sint concordes, si placet alteri parti quam matriculariis; ita tamen quod, si exequtores deffuncti, pro quo pecunia debet dari, maluerint facere pulsari per alios, licebit eis; et tunc dicti matricularii nichil habebunt pro pulsando. Hanc autem composicionem, *etc.*... Datum in capitulo nostro generali, anno Domini millesimo ccc° vicesimo octavo, die sabbato in crastino festi nativitatis beati Johannis Baptiste.

CXII.

Statutum factum in capitulo generali, anni Domini m° ccc° xx° viii°, die crastine festi beati Martini hyemalis, ne de cetero fiet taberna in claustro. Et sic hec est littera facta : 12 nov. 1328.

Ordinamus et statuimus, ne deinceps aliquis canonicus, in quacumque dignitate eciam constitutus, vicarius aut quicumque alius, cujuscumque status aut condicionis existat, infra claustrum nostrum, quomodolibet vinum vendat, nisi in grosso, in pleno scilicet dolio, vel in cauda. Si quis autem contrarium presumpserit attemptare, in dicto claustro faciendo tabernam, quod detestamur, presertim propter utilitatem personarum, que communiter ipsam vise sunt frequentare, volumus et observandum statuimus, quod, ultra alias penas transgressoribus statutorum debitas, vinum illum pro vendendo expositum ad tabernam pauperibus nostre domus Dei Parisiensis applicetur.

CXIII.

Apographum, sub sigillo officialis Parisiensis datum, cujusdam chartæ regiæ, qua inquisitio jubetur, precibus monachorum Sancti Mauri Fossatensis, querentium quod capitulum Parisiense salices injuste secuisset, in prato quodam insulæ Brisepain in Matrona, ad suam jurisdictionem pertinentis, quod quidem pratum Simon Biaudehors, pelliparius, possidebat. Inquisitione, die lunæ ante festum apostolorum Simonis et Judæ (26 octob.) peracta, jureque capituli Parisiensis comprobato, monachi Sancti Mauri petitis suis desistunt. 23 oct. 1332.

.... Anno m° ccc° xxx° ii°, die veneris post festum beati Luce evangeliste.

CXIV.

Charta Amisii decani totiusque capituli Parisiensis, qua, cum gubernatores et confratres hospitalis Sancti Sepulchri Hierosolymitani Parisiensis duas plateas contiguas, in magno vico Sancti Dyonisii, in censiva Sancti Mederici, a capicerüs Sancti Mederici, in manu mortua tenendas, emissent, et ibi ecclesiam, hospitale et cimiterium edificare jam cœpissent, novæ institutionis statuta et capituli confratrumque jura hoc modo promulgantur : 14 sept. 1329.

Videlicet, quod ipsi confratres et confratria, prout jam est inceptum, constituent, fundabunt et complebunt ecclesiam, hospitale cum campanis et cimiterio, quodque in dicta ecclesia fundabunt, instituent et dotabunt canonias, prebendas, capellanias et alia beneficia, quorum

collacio ad nos solum et in solidum pertinebit, et quorum presentacio fiet in modum qui sequitur, videlicet : quod de tribus prebendis quas jam in hospitali predicto asserunt se fundasse et de quadraginta libris Turonensibus annui et perpetui redditus dotasse, videlicet viginti libris Turonensibus, pro grossis fructibus, et aliis viginti, pro omnibus distribucionibus, diurnis et nocturnis, nos, de gracia speciali, volumus et concedimus, quod magistri et gubernatores hospitalis predicti, ad primam de predictis tribus prebendis, nobis personam ydoneam presentabunt; et nos eidem persone dictam primam prebendam canonice conferemus, ac nos secundam, pleno jure, persone, de qua expedire viderimus, conferemus; ad terciam vero dicti magistri et gubernatores nobis personam ydoneam nominabunt et eam presentabunt, cui dictam prebendam terciam conferemus; et sic deinceps vicissim fient collaciones et presentaciones dictorum beneficiorum, fundatorum et fundandorum in loco predicto. Et est sciendum, quod quicumque, nunc et in posterum, beneficiati fuerint in ecclesia et hospitali predictis, cujuscumque dignitatis, personatus aut condicionis existant, sunt et erunt perpetuo de choro nostre Parisiensis ecclesie, nobisque, in correctione, punicione et in omnibus aliis, sine aliquo medio, subditi nobis erunt; et in receptione ipsorum, presentibus dictis gubernatoribus, et confratribus, aut mandato ipsorum, si voluerint interesse, presentibus, nobis prestabunt et facient juramentum, quod nobis debitam reverenciam et obedienciam exhibebunt, jura et honorem nostre ecclesie, pro posse, servabunt, residenciamque continuam in dicto loco facient, racione beneficiorum, que in dicta ecclesia obtinebunt, quodque, infra annum, legittimo impedimento cessante, ad presbiteratus ordines se facient promoveri; ac, die qualibet, missam ac divinum servicium debite celebrabunt, nisi legittime fuerint impediti; quo casu per aliam personam ydoneam id facere tenebuntur.... Et, si futuro tempore, per confratres seu gubernatores hospitalis predicti, recipi contigerit aliquas personas, quecumque fuerint, in hospitali predicto, pro servicio pauperum vel alia justa de causa, sive clerici vel laici viri, vel mulieres, aliquod signum vel religionis aliquem habitum defferentes, ille persone erunt nobis subjecte in omnibus casibus visitacionis, correctionis et punicionis et aliis quibuscumque. Nos vero, considera-

cione omnium premissorum, et, ut devocio dictorum confratrum et aliorum Christi fidelium augmentetur, annis singulis, in dominica post festum Sancti Sacramenti, promittimus dictos hospitale et ecclesiam processionaliter visitare et unam missam sollemnem, die predicta, inibi celebrare; propter quod, confratres et magistri predicti, graciose et motu proprio, promiserunt, annis singulis, reddere et solvere nobis, perpetuo, decem libras Parisienses annui et perpetui redditus, dicta die, propter celebracionem dicte misse, donec eas admortizatas acquisiverint, et eas nobis duxerint assignandas. Et quia capicerios predicte nostre ecclesie Sancti Mederici, qui sunt et qui pro tempore fuerint, et dictam ecclesiam volumus servare indempnes, de voluntate dictorum confratrum et assensu capiceriorum ipsorum, ita duximus ordinandum: quod confratres et confratria supradicti dictis capiceriis et successoribus eorumdem, pro omnibus, que racione constructionis et edificacionis dictorum hospitalis et ecclesie possent petere in futurum, decem libras Parisienses reddituales, videlicet, cuilibet, centum solidos, in festo nativitatis Domini, solvere et reddere tenebuntur, annis singulis;.... quod, si aliqui parrochiani dicte ecclesie Sancti Mederici in dictis hospitali, ecclesia vel cimiterio suam elegerint sepulturam, quartam partem de jure eis debitam percipient, sine contradictione aliqua, et habebunt, nisi ipsi, racione dicte quarte, aliam financiam vel composicionem fecerint cum magistris hospitalis et ecclesie predictorum, vel heredibus seu executoribus illorum, qui predictas elegerint sepulturas.... Datum et actum in nostro capitulo, anno Domini millesimo ccc° vicesimo nono, die jovis in festo exaltacionis Sancte Crucis.

CXV.

Sententia capituli Parisiensis. Cum Evenus Bohic et Robertus de Vernone, canonici Parisienses, duas dimidias præbendas in capellania Sancti Aniani possidentes, magnam domum in claustro, a Stephano de Novilla, succentore, inhabitatam et ad præfatam capellaniam pertinentem, sibi invicem repeterent, alter asserens domum dimidiæ præbendæ suæ semper esse adjunctam, alter, ut prius præbendatus, eam reclamans, dicta domus Roberto de Vernone, priori præbendato, quamdiu dictam dimidiam præbendam tenebit, et post eum Eveno Bohic, adjudicatur. 11 oct. 1335.

.... Datum in capitulo nostro, anno Domini M° CCC° XXX° V° die mercurii post festum beati Dyonisii.

CXVI.

12 nov. 1311. Capitulum Parisiense Johannem Boulemer, de Christolio, Emelinamque, ejus uxorem, homines de corpore, acceptis sexaginta quatuor libris Parisiensibus, manumittit.

.... Datum et actum in capitulo nostro generali, anno Domini millesimo ccc° undecimo, die veneris in crastino festi beati Martini hyemalis.

Die junii XXV, anno 1340, manumittuntur Mariona, Stephaneta et Bourgota, filiæ Symonis de Yvriaco.

CXVII.

27 oct. 1337. Charta in capitulo generali edita, qua statuitur, ut, si canonicus, ante mortem, annuum redditum decem librarum, ad celebrandum suum anniversarium, ecclesiæ Parisiensi legaverit, hæredes ejus pretium domus, quam ille habitabat in claustro, accipiant.

.... Datum et actum Parisius, in dicto nostro capitulo generali, diei lune, vigilie festi beatorum Symonis et Jude, apostolorum, anno Domini millesimo ccc° XXX° VII°.

CXVIII.

12 nov. 1339. Renovatio cujusdam antiqui statuti, quo, canonici Parisienses census quos debent, terminis solitis, non solventes, hoc modo multantur : si, intra dies octo post elapsum dictum terminum, non se liberent, canonicus, cujus debitum decem libras Parisienses non excedet, duodecim denarios, et, cujus debitum decem libras excedet, duo solidos Parisienses, de unoquoque die moræ, reddet; ad quam multam solvendam, omnes redditus et proventus canonici multati pleno jure assignantur.

.... Datum et actum Parisius, in dicto nostro capitulo generali, diei veneris, crastini festi beati Martini hyemalis, anno Domini millesimo ccc° tricesimo nono.

CXIX.

25 jun. 1340. Statutum capituli Parisiensis, quo canonicis permittitur, anno presente, per viginti et unum dies, peregrinationis vel recreationis causa, ecclesia abesse et nihilominus partem suam in distributionibus, tam diurnis quam nocturnis, accipere.

.... Datum et actum Parisius, in dicto capitulo nostro generali, diei


image
not
available

CXXIII.

27 oct. 1340. Sententia capituli Parisiensis, de lite orta inter Evenum Bohic, canonicum Parisiensem, capellæ Sancti Aniani præbendam tenentem, et ejusdem capellæ vicarios; qua dicti vicarii stipendium suum e fructibus præbendæ canonicalis percipere, capellam Sancti Aniani assidue deservire et omnibus Parisiensis ecclesiæ horis interesse debent.

.... Datum et actum in nostro capitulo generali predicto, de unanimi nostrum omnium hodie capitulancium et capitulum representancium assensu, ac eciam de consensu expresse dicti domini Renodi et Jacobi ac domini Johannis Lupi predictorum, anno Domini M° CCC° XL°, die veneris predicta, vigilia festi beatorum Symonis et Jude apostolorum, vicesima septima mensis octobris, indictione nona, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Benedicti, divina Providencia pape XII, anno sexto.

CXXIV.

10 jun. 1343. Charta officialis Parisiensis, qua, cum ipse Robinum Lubini, clericum, ob verberatam mulierem, incarceravisset, et sexaginta solidorum mulcta damnavisset, postea, sciens Robinum esse clericum de choro ecclesiæ Parisiensis, cum capitulo, ad quod pertinet justitia chori, tradit, et omnia a se facta ad nihilum redigit.

.... Datum anno Domini M° CCC° XL° III°, die martis post festum sancte Trinitatis Domini.

CXXV.

16 jun. 1339. Litteræ quibus officialis Parisiensis revocat excommunicationis sententiam in Thomam Adæ, rectorem ecclesiæ Sancti Benedicti Parisiensis, a se latam, quia ipse Thomas, tanquam clericus de choro ecclesiæ cathedralis, soli capitulo subjicitur.

.... Datum anno Domini M° CCC° XXX° IX°, die mercurii post festum beati Barnabe apostoli.

CXXVI.

8 mart. 1316. Nota de juridicione capituli Parisiensis in familiaribus domus Dei Parisiensis.

Dominus Robertus Caudillon, presbiter, capellanus mercenarius, deserviens in domo Dei Parisiensi, dum deserviebat ibi, fuit captus,

non in dicta domo, sed dum ibat per villam, per magistrum Guillelmum Tardivi, officialem Parisiensem, occasione symonie, ut dicebatur, per ipsum commisse, et eciam occasione furti, commissi, ut dicebatur, antequam deveniret ad deserviendum in dicta domo Dei. Licet idem officialis denegasset ipsum restituere, tamen finaliter fuit restitutus per ipsum officialem compulsum et de mandato domini Fulconis, episcopi Parisiensis, anno Domini millesimo ccc° xl° quinto, die mercurii post Brandones.

CXXVII.

Copia littere abbatis Sancte Genovefe, in qua recognoscit, quod de gracia intrat in pontificalibus ecclesiam Parisiensem. 22 jul. 1347.

Noverint universi, quod nos, Robertus, humilis abbas monasterii Sancte Genovefe in Monte Parisiensi, ordinis Sancti Augustini, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, recoguoscimus et fatemur quod reverendus in Christo pater, dominus episcopus et venerabiles viri, decanus et capitulum Parisiense, permiserunt et nobis concesserunt, quod intraremus hodie in ecclesia Parisiensi, in pontificalibus, hac vice dumtaxat, de gracia speciali, ob reverenciam sanctarum reliquiarum, que ibidem processionaliter deferuntur, et contemplacione illustrissime domine, domine regine Francie, per necessitatem guerrarum que nunc emergunt, ad dictam ecclesiam, processionaliter, cum multitudine populi, accedentis. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Parisius, anno Domini m° ccc° xl° vii°, die dominica in festo beate Marie Magdalene.

CXXVIII.

Statutum capituli Parisiensis, quo jubetur, ut quivis clericus, quolibet beneficio donatus vel ad sacros ordines promotus, ipso facto partem suam in distributionibus denariorum matutinalium amittat. 24 jun. 1347.

.... Datum et actum in nostro capitulo generali, anno Domini millesimo cccxlvii, mensis junii die vicesima quarta.

CXXIX.

23 aug. 1347. Statutum capituli de capellaniis ecclesiæ Parisiensis, quo, inter cætera minoris momenti, cavetur ne quis, nisi speciali gratia, duas capellanias obtinere, vel functiones suas extraneo presbytero adimplendas committere, ullusque sacerdos ignotus ad divinorum celebrationem admitti possit.

.... Datum et actum in nostro capitulo generali, ex nostro, canonicorum Parisiensium, ad hoc presencium, unanimi assensu, anno Domini M° CCC° XL° septimo, die mercurii in vigilia festi beati Bartholomei apostoli.

CXXX.

22 aug. 1349. Statutum capituli Parisiensis, de puerorum chori conditione, in quo, inter cetera, decernitur, ut quicumque canonicalem prædendam obtinuerit, is, die receptionis suæ, duos florenos auri de Florentia; quilibet canonicus prædendatus, ad episcopalem dignitatem promotus, centum solidos Parisienses; et quisquis canonicus laicus se matrimonii vel militiæ vinculis astrinxerit, sexaginta solidos Parisienses, ad usum puerorum chori, eorum magistro persolvet.

.... Anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, mensis augusti die vicesima secunda.

CXXXI.

20 dec. 1353. Charta compositionis initæ inter capitulum Parisiense et monachos Sancti Victoris, de ipsorum contributione in restaurandis ædificiis villarum, ubi canonici Parisienses prædendas suas, et monachi annalia habent; qua quidem compositione statuitur, ut, pro quavis prædenda in qua percipientur annalia, monachi canonico prædendato quadraginta solidos Parisienses, reparandorum ædificiorum gratia, annuatim solvant.

.... Acta et concordata fuerunt predicta in capitulo dicte Parisiensis ecclesie, hora capitulari, die veneris, in vigilia beati Thome apostoli, qua nos, decanus et capitulum, ad sonum campane congregati, celebravimus et tenuimus, ut est moris, nostrum capitulum generale. In quorum testimonium atque robur, sigilla nostra presentibus apponi fecimus et appendi. Datum anno Domini millesimo CCC° quinquagesimo tercio.

CXXXII.

Henri de Bèvre, seigneur de Dicqueume en Flandre[1], et Jeanne de Puiquigny, sa femme, vendent au roi, pour la somme de trois mille neuf cent soixante francs d'or, au coin de France, la ville d'Oultrebais, sur la rivière d'Authye, près Doullens, au bailliage d'Amiens, avec tous ses droits, fiefs et dépendances, laquelle ville le roi Charles V se propose de donner au chapitre de Notre-Dame de Paris. 27 dec. 1367.

.... Et fu fait, passé et accordé, l'an de grâce mil trois cens soixante et sept, le dymenche XXVIIe jour du mois de décembre.

CXXXIII.

Carolus V, Franciæ rex, missas in ecclesia Parisiensi, *missas regis Caroli* vocatas, instituit, quarum ordinatio sic se habet : 1° duo missæ, submissa voce recitandæ, altera *de Sancto Spiritu*, altera *de beata Virgine*, quamdiu vivet rex, cæ vero *pro defunctis*, post ejus mortem, ad altare Sancti Sebastiani, quotidie celebrabuntur; quas celebrantibus capellanis annuus centum librarum Parisiensium redditus assignabitur; 2° sex missæ solemnes, ad majus altare, septimaque omnibus aliis solemnior, die festi sanctæ Agnetis (januar. 21), decantabuntur annuatim, ante et post mortem regis; quibus celebrandis singuli canonici clericive assistentes, quatuordecim libras Parisienses in sex primis missis, vigintique libras in septima solemniore accipient; ad quæ omnia persolvenda, redditus et proventus villæ et terræ de Oultrebays, in ballivia Ambianensi, specialiter assignantur. Jul. 1367.

.... Datum Parisius, mense julii, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo et regni nostri quarto.

CXXXIV.

Charta qua sextus canonicatus in ecclesia confratrum Sancti Sepulchri Hierosolymitani Parisiensis instituitur; cujus beneficii possessor, præter partem suam in omnibus distributionibus, triginta sex libras et octo solidos Parisienses in præbenda annuatim percipiet. 26 oct. 1362.

.... Datum et actum in nostro capitulo, hora capituli, anno Domini millesimo ccc° sexagesimo secundo, die vicesima sexta mensis octobris[2].

[1] Ville de Belgique, appelée aujourd'hui Dixmude.

[2] Cf. cum charta statutorum confratrum Sancti Sepulchri, supra, p. 421.

CXXXV.

Charta ordinationis distributionum capitularium, a magistris Grimerio Bonifacii, cancellario, Reginaldo de Neomio, Nicholao de Arteiis et Alphonso Caprasii, ad hoc deputatis, edita et a capitulo confirmata his verbis :

Primo, obvenciones, que in singulis capitulis distribui solebant, exstimarunt; et, ipsorum exstimacione facta, obvenciones capitulorum generalium nativitatis beati Johannis Baptiste et festi beati Bartholomei, ad officium camere pertinencium, ascendebant et ascendere poterant ad quadraginta sex libras Parisienses. Item, obvenciones capituli generalis hyemalis festi beati Martini, ad officium anniversariorum spectantis et pertinentis, ascendebant ad [1] libras Parisienses. Item, obvenciones capituli generalis festi beatorum Symonis et Jude apostolorum, ad officium horarum pertinentis, ad duodecim libras Parisienses ascendebant. Summa vero totalis hujusmodi peccuniarum, que in dictis quatuor capitulis generalibus hactenus distribui solebant, ascendunt usque ad summam quatuor viginti et quatuor librarum Parisiensium. Deinde vero predicti commissarii nostri hujusmodi obvenciones seu peccuniam in duas partes diviserunt : primam partem, videlicet obvenciones cujuslibet capituli generalis, dominis in hujusmodi capitulo existentibus distribui ordinarunt, et in fine anni, more solito, persolvi; aliam vero partem, in aliis capitulis communibus, inter canonicos in dictis capitulis existentes de cetero distribui et equaliter dividi voluerunt; statuerunt et eciam ordinarunt cuilibet canonico, videlicet, pro quolibet suo lucrato capitulo speciali, sex denarios Parisienses. Capitula generalia nativitatis sancti Johannis Baptiste et beati Bartholomei, per decem dies quodlibet vel per quinque, capitulumque sanctorum festorum beatorum Symonis et Jude et hyemalis beati Martini, per octo quodlibet vel per quatuor dies duntaxat, de cetero imperpetuum durabunt; et in pulsacione hore prime, campana capitularis, more solito, pulsabitur, trina vice. Domini quoque interesse tenebuntur continue, in hujusmodi generalibus capitulis, a fine pulsacionis hore prime supradicte, usque ad pulsacionem hore sexte. Contrarium vero faciens, distribucione sua capitulari illius diei omnino carebit; tamen,

[1] Numerus xxvi supplendus in codice.

nisi flebothomatus, infirmusve, seu per capitulum alibi missus, vel a decano et capitulo licenciatus existat : tunc enim horas suas, more solito, percipiet et habebit. In aliis vero diebus capitularibus, ter pulsabitur, hora consueta, scilicet, ante levacionem corporis Christi, in missis anniversariorum; dictumque locum capitularem intrabunt, infra introitum magne misse, per dictum Lespe vel alium deputandum, dominis capitulantibus, qualibet die capitulari, denunciandum; tenebunturque dicti domini in dicto capitulo continue interesse, ab hujusmodi introitu magne misse, usque ad pulsacionem hore sexte. Si quis vero contrafecerit, distribucionem capitularem illius diei penitus amittet, nisi in casibus superius expressis. Distribuciones vero sex denariorum Parisiensium cuilibet dominorum capitulancium hujusmodi fient, hora pulsacionis sexte, per notarium capituli aut alium per dictum decanum deputandum. Insuper, quilibet dominorum capitulancium, qualibet die capituli, in generali capitulo Sancti Johannis predicti, duos solidos Parisienses percipiet et habebit; necnon, qualibet die capitulari hujusmodi capituli generalis Sancti Bartholomei, sex solidos Parisienses, ac eciam, qualibet die capitulari dicti capituli generalis hyemalis festi beati Martini, quinque solidos Parisienses, et, in qualibet die capitulari hujusmodi capituli generalis beatorum Symonis et Jude, duos solidos cum sex denariis Parisiensibus. Si quis verò dictorum dominorum, in aliqua die hujusmodi dierum capitulancium generalium, in capitulo interesse [1] seu, ab eodem licenciatus, recedere de cetero contigerit, distributione capitulari illius diei dumtaxat privabitur et carebit, et non ad solum defectum amittet distribuciones totius hujusmodi capituli generalis....

CXXXVI.

Stephanus decanus et capitulum Parisiense, pretium cappæ quam quisque canonicus, primo canonicatus sui anno, thesauro ecclesiæ Parisiensis debet, a duodecim libris Parisiensibus vel quatuor et viginti florenis auri de Florentia, ad quindecim florenos auri minuit. 13 nov. 1363.

.... Datum et actum anno Domini millesimo CCCLXIII, die lune post festum beati Martini hyemalis.

[1] Locus corruptus.

CXXXVII.

Mart. 1365. Carolus V, Franciæ rex, confirmat literas Guillelmi de Meleduno, archiepiscopi Senonensis et regis consiliarii, quibus hic capitulo Parisiensi, in manu mortua possidendas, concedit domos, terras et vineas, quas in territorio de Verno, e feodo regis moventes, tenet. Earum terrarum annuus redditus, triginta et duo libras Parisienses valens, ad augendas magnæ missæ distributiones est adhibendus; ita ut canonici Parisienses sex denarios Parisienses, canonici Sancti Aniani, sive Sancti Dyonisii de Passu, sanctive Johannis Rotundi, itemque vicarii, quatuor denarios, dummodo missæ a *Kyrie eleison* ad ultimum *Agnus Dei* intersint, percipiant.

.... Datum Parisius, mense marcii, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto, regni nostri primo.

CXXXVIII.

22 dec. 1378. Charta compositionis initæ inter Aymericum episcopum et capitulum Parisiense, qua capitulum quindecim libras Parisienses quas, ipsum annuatim, e proventibus portus Confluencii Sanctæ Honorinæ, ad opus horarum ecclesiæ, percipiebat, deinceps e redditibus receptæ generalis episcopi habebit.

.... Datum et actum anno Domini millesimo CCCLXXVIII, die mercurii post festum beati Thome apostoli.

CXXXIX.

26 febr. 1259. Memoria casuum et justicie in terra ecclesie Parisiensis.

Apud Espiers.

Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, die mercurii, die Cinerum, liberati fuerunt capitulo Parisiensi, per dominum regem, Stephanus Falconarius et Petrus Paton, armigeri, hospites capituli apud Espiers, quos Johannes de Chambandon et Petrus Gonterii, prepositi Parisienses, compellebant coram se respondere, illa de causa, quia erant nobiles, et fuerunt citati ad instanciam Margarete, relicte Guiardi Angrin de Luperis.

26 febr. 1259. De resissina terre de Gallande.

Eisdem anno et die, resesita fuit terra capituli de Gallandia de quodam, nomine Trenchant, capto in Gallandia, in viaria capituli, per prepositos Parisienses, qui per ipsos bannitus fuerat.

CHARTE DE L'ABBAYE D'UZERCHES. XIe SIECLE.

De caduco cujusdam albani, in terra capituli, ad Batellos, retro claustrum. 1267.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, mortuus fuit in terra capituli ad Batellos, retro claustrum, Renaldus Chochet, maritus Aalipdis dicte de la Cointise. Cujus successionem habuit capitulum, pro eo quod non habebat heredes seu successores, qui eciam erat bastardus. Cujus eciam bona emit dicta relicta a capitulo, prout in pelle compoti cammere, tempore Garneri archidiaconi facti, et in pelle compoti cammere, tempore quo Gazo succentor et magister Johannes de Paris fuerunt camerarii, continetur.

De justicia in terra capituli, juxta molendinum Sancti Landerici. 1269.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, quo tempore, dictus Garnerus, archidiaconus, camerarius fuit, Guillotus dictus Blesus, commorans in terra capituli, versus altum molendinum Sancti Landerici, fuit accusatus a Richardo Anglico, coram Symone Henardi, camerario capituli, laico, super vulneracione quadam; et tradita fuerunt coram dicto camerario vadia duelli. Et tandem ictus capituli, qui vulgariter dicuntur *les cous lou roi*, dati fuerunt coram dicto Symone, camerario, tenente justiciam pro capitulo, et fuerunt dati in claustro, in domo thesaurarii Pontissarani, que alias dicitur domus domini Richardi cardinalis; et de hoc eciam capitulum habuit jura sua.

De ressisina insule in terra capituli. 25 dec. 1269.

Item, cum Stephanus Bibens Aquam, prepositus Parisiensis, esset et fuisset excommunicacionis sententia, auctoritate officialis Parisiensis, ad instanciam decani et capituli Parisiensis, innodatus, pro eo quod quemdam hominem, Droconem normannum nomine, in insula Beate Marie Parisiensis, in terra et justicia decani et capituli predictorum, ceperat seu capi fecerat; demum predicta sentencia, ad preces et instanciam domini regis Francie, fuit, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, die mercurii, in festo nativitatis Domini, de voluntate ipsorum decani et capituli, relaxata, hoc modo : quod magister Philippus de Caturco, ipsius domini regis clericus, thesaurarius Sancti Frambodi, promisit in pleno capitulo, quod dictam terram faceret resasiri. Que resasina de Guillelmo de Besons, serviente Castelleti,

loco ipsius Droconis, quem dictus Stephanus Bibens Aquam, post captionem predictam, permisit abire, facta fuit ex parte domini regis, per Stephanum de Aton, servientem domini regis, et Escharbaudum de Edera, ex parte dicti regis deputatos. Facta autem fuit hujusmodi resesina, in presencia talium.... Guillelmi, custodis claustri, et Gilonis, custodis claustri, et Unfredi, presbiteri passatorum, anno predicto, die sabbati post dictam Nativitatem. Et postmodum fuit dictus Guillelmus, per servientes capituli reductus et retrusus in prisoniam capituli, usque ad beneplacitum capituli.

De terra Sancti Boniti Parisiensis.

9 jan. 1270. Item, anno predicto, die jovis post epiphaniam Domini, reddidit Martinus de Cadomo, constumarius, unum dorsum chorii, quod ceperat pro alto banno, in terra capituli, juxta Sanctum Bonitum, in domo Thome de Sancto Bonito.

27 aug. 1270. Anno M° CC° LXX°, die veneris ante festum beati Bartholomei, cum prepositus et major de Pissiaco arrestassent, pro pedagio, naves in quibus dominus Leonardus et dominus Henricus de Lavania, canonici Parisienses, per aquam faciebant Parisius deferri sive conduci bona prebendarum suarum de Spedona, tandem, hoc ostenso abbati Sancti Dyonisii et domino Symoni, domino de Nigella, tenentibus locum domini regis, agentis in partibus transmarinis, et aliis magistratibus curie, eciam exhibito eisdem quodam privilegio ecclesie Parisiensis, indulto a Ludovico, quondam rege Francie, ipsis existentibus, ipsa die, apud Templum Parisiense, preceperant omnia que fuerant capta et arrestata, occasione dicti pedagii rerum dictorum canonicorum, liberari.

CXL.

26 aug. 1270. De Magno Ponte.

Eodem anno, die lune post festum beati Bartholomei, cum Johannes de Latiniaco, aurifaber, construxisset in domo sua super Magnum Pontem, in censiva capituli, quemdam tuellum camere private, a parte posteriori super aquam, ubi applicantur naves salis, et, ad peticionem civium Parisiensium et supplicationem, jussissemus quamdam salleyam fieri, ut sic tuellum sive sedes camere private non esset in aperto vel

ita palam videretur a mercatoribus frequentantibus naves predictas; et, propter hoc, precepissemus figi quoddam pallum, ad sustinendam dictam salleyam; tandem, prepositus Parisiensis, scilicet, Reginaldus Barbou, opus sic inceptum impedivit, ad instanciam civium Parisiensium, procurantibus hoc Radulpho de Paciaco, Johanne Sarraceni juniore, Henrico de Navibus, Odone Pis d'Oe et Johanne Popin, de porticu Sancti Jacobi, tunc magistris seu prepositis mercature, ac dicentibus dictam salleyam fieri in terra et justicia regis; tandem, hoc negocio delato ad predictos abbatem et dominum Simonem et alios magistros curie, domino Juliano de Peraria, ballivo Rothomagensi, ad locum predictum destinato ab eisdem magistris curie, ac dicto loco eidem exhibito, ac relacione facta eisdem magistris curie super hoc, dicta die lune, apud Templum, in presencia dicti prepositi et Johannis Popin, presentibus eciam Garnero, archidiacono ecclesie Parisiensis, magistris Ansello de Buciaco et Roberto de Bercecuria, canonicis Parisiensibus, propter hoc missis a capitulo et pluribus aliis, ipse abbas, dominus Symon et alii magistri curie dictum impedimentum factum per prepositum amoverunt, dicentes quod bene volebant ut quod per dictum capitulum ac dictum Johannem et ejus consortes de dicta salleya inceptum fuerat perficeretur.

De juridictione capituli in ecclesia Parisiensi. 8 mai. 1270.

Anno predicto, die jovis post festum beatorum Philippi et Jacobi, magister Symon, capicerius ecclesie Parisiensis, cum citatus fuisset coram capitulo, ad respondendum super hoc, quod duos clericos, notarios curie Parisiensis, qui melleyam fecerant in ecclesia Parisiensi, abstulerat de manibus Richardi, custodis de die ecclesie Parisiensis, ducentis eos ad carcerem capituli, et eos duxerat seu duci fecerat ad officialem Parisiensem, in prejudicium capituli, cum ad capitulum justicia tocius ecclesie, excepto presbiterio quod est circa majus altare, pertineat; tandem, idem Simon, in capitulo comparens, promisit quod ecclesiam Parisiensem restituet de dictis duobus clericis, et eos reponet in loco, in quo capti fuerunt, infra diem martis instantem, istam dilacionem super hoc a capitulo petens. Actum in capitulo, presentibus predictis et aliis pluribus. Idem eciam Symon pluries petierat

a capitulo dilacionem, antequam responderet, ut haberet super hoc cum domino episcopo colloquium et tractatum, quos habuit a capitulo. Quapropter, modo idem Symon, cum non posset invenire dictos clericos, fecit restitutionem de duobus supertunicalibus, pro dictis clericis, in ecclesia, presentibus decano et multis aliis; que supertunicalia fuerunt deportata in capitulum.

CXLI.

23 mai. 1271. De juridictione capituli in clericos chori.

Anno Domini millesimo cc° LXX° primo, die sabbati in vigilia Penthecostis, idem magister Robertus, officialis, liberavit capitulo Parisiensi Bartholomeum de Magdalena, clericum de choro, qui captus fuerat, ut dicebat idem officialis, pro furto, in presenti forefacto. Qua de causa, idem officialis ab inicio dicebat, quod ad ipsum justicia pertinebat; et, contra, capitulum dicebat, quod erant in possessione habendi et justiciandi clericos chori captos per officialem, eciam in forefacto; et ita usi fuerant de Alberico, canonico Sancti Benedicti, *etc.* Idem officialis peticioni capituli acquievit. Idem vero officialis dictum Bartholomeum liberavit Giloni, celerario, et Guillelmo, custodi claustri....

CXLII.

4 aug. 1271. Pactum inter Stephanum, Parisiensem episcopum, et capitulum, de emendis et reparandis ornamentis ecclesiæ, initum, ex quo ornamentorum novorum emptio fabricæ ecclesiæ, veterum autem reparatio episcopo, ratione capiceriæ ad eum pertinentis, incumbere debet.

.... Anno Domini M° cc° septuagesimo primo, die martis post festum beati Petri ad Vincula.

CXLIII.

10 dec. 1272. Nota de jurisdictione capituli in servientes curie regis, delinquentes in claustro.

Anno Domini M° cc° LXX° secundo, sabbato ante festum beate Lucie, congregato capitulo,.... Stephanus et Johannes, servientes in curia regis, qui die precedenti capti fuerant, pro melleia facta in claustro ab ipsis et familia magistri Adenulphi, prepositi Sancti Audomari, et detenti, propter hoc, in carcere capituli, gagiaverunt emendam super

hoc, in manu dicti Garneri archidiaconi, recipientis vice capituli, ad voluntatem capituli; et fuit plegius unus pro altero.

CXLIV.

Cum contencio esset inter regem Francie, ex una parte, et decanum et capitulum Parisiense, ex altera, super justicia terre quam decanus et capitulum habent juxta Sanctum Bonitum, et de hospitibus illius terre et dou guiet et de tallia dictorum hospitum illius loci, Reginaldus dictus Barbou, prepositus Parisiensis, de mandato et consilio regis, per inquestam ab ipso factam, de voluntate procuratoris decani et capituli, dixit, quod decanus et capitulum habent, in dicta terra et in hospitibus illius terre, le brûler, justiciam abscissionis auricule et justiciam sanguinis et justiciam desubtus et le cep, propter dictas justicias; et rex habet in dicta terra omnem aliam justiciam superiorem et le guiet et talliam. Et huic dicto procurator decani et capituli consensit. Circa a. 1272.

CXLV.

Anno Domini M° CC° LXX° secundo, die jovis ante sanctum Paschia, Symon et Johannes de Sparrione, pedagiarii Parvi Pontis, fecerunt resaisiri terram capituli Parisiensis ad Batellos, juxta portam claustri, de quatuor capellis de fultro, carnificum de Corbolio, propter servientem eorum, qui ea ceperat.... 6 apr. 1273.

Anno LXX° tercio, die lune post epyphaniam Domini, impositum fuit in capitulo silencium hominibus de Civilliaco et de Laiaco, conquerentibus de culcitris et lintheaminibus, que P. capiebat prepositus canonicus, quando ibat ad locum, et pernoctabat ibi; et ipsi acquieverunt. Item, eadem die precipimus destrui columbarium quod fecerat Franco Lombardus, in valle de Laiaco.... 8 jan. 1274.

CXLVI.

Item, con contenz fut entre le roi, d'une part, et le chapitre de Paris, d'autre, sus le gueit et sus la taille des hostes demoranz an la terre du chapitre, en la rue des Arsiz, ès mèsons qui furent feu Philippe Boutel, antre la mèson Saint-Victor, d'une part, et la mèson 1273.

Geffroi le Camus, d'autre part; nous, Renaut Barbou, prévost de Paris, par l'asentement au procureur du chapitre desusdit, enqueismes et deismes par nostre enqueste, que li rois a seur les hostes desusdiz et doit avoir le gueit et la taille; à quoi lidiz procureur, pour le chapitre et ou non dou chapitre, se otroia, loa et agréa.

CXLVII.

Nov. 1275. Odo de Corbolio, canonicus Parisiensis, quamdam domum, post claustrum sitam, ab Anfredo cervisiario emit, pretio decem librarum Parisiensium et annui census decem solidorum; hoc addito, ut successor dicti Odonis, si domum ejus habere velit, hæredibus ejusdem centum solidos Parisienses solvat.

.... Anno LXX° quinto, mense novembri.

CXLVIII.

11 jan. 1276. Homines Noselli confitentur se Garnero, archidiacono ecclesiæ Parisiensis et præposito Succiaci, gallinas et pullos, tanquam homines Succiaci, debere.

.... Anno LXX° quinto, die sabbati post epyphaniam Domini.

CXLIX.

1168. Littera qualiter capitulum constituit tradi domui Dei Parisiensi lectum cum pulvinari et linteaminibus, post obitum cujuslibet canonici.

Beatus qui intelligit super egenum et pauperem[1], quia in die adversitatis potenter a Domino liberabitur. In Christi igitur nomine, tam futuris quam presentibus innotescat, quod ego, Barba Aurea, Dei gracia Parisiensis ecclesie decanus, et universum ejusdem ecclesie capitulum, consilio venerabilis episcopi nostri Mauricii, in capitulo nostro, communi omnium assensu, ad remissionem omnium peccatorum nostrorum, constituimus, quod quicumque canonicus ecclesie nostre decesserit vel prebende sue quocumque modo abrenunciaverit, post ejusdem decessum vel abrenunciationem, hospitale Beate Marie, quod est ante portam ecclesie ejus, culcitram cum pulvinari et linteaminibus, omni occasione et contradictione remota, ad opus pauperum habeat. Si vero mansionarius in civitate non fuerit, vel ibi lectum non

[1] Psalm. XL, 2.

habuerit, valens XX solidos, de suo accipiatur, donec predicta integre eidem hospitali restituantur. Item, si quis majoriam ad ecclesiam pertinentem susceperit, similiter culcitram cum pulvinari et lintheaminibus eidem hospitali, nostra institucione incontinenti donare cogatur. Quod, ne possit a posteris infirmari, sigilli nostri impressione et nominum nostrorum subscriptione firmavimus. S. Barbe Auree decani. S. Alberti precentoris. S. Gormundi archidiaconi. S. Simonis archidiaconi. S. Girardi archidiaconi. S. Roberti succentoris, sacerdotis, *etc.* Actum autem publice Parisius, in capitulo, anno ab incarnacione Domini M° C° LX° VIII°, Lodovico rege regnante, Mauricio episcopo existente. Data per manum Petri cancellarii.

CL.

Charta compositionis inter capitulum Parisiense et prioratum Sancti Martini de Campis initæ, ex qua, veteribus libris et pastoralibus inspectis, decanus et capitulum prioratui et ejus sæculari vicario, in ecclesia Parisiensi instituto, quatuordecim libras Parisienses; prior et conventus officio camerarie ecclesiæ Parisiensis, quatuor libras decemque et octo solidos Parisienses « pro terris villete Sancti Lazari et in hospitali videlicet Sancte Katarine, in magno vico Sancti Dyonisii Parisiensis, qui census communes capituli Parisiensis et Sancti Lazari nuncupantur, » solvere debent; denique decanus et capitulum, cum bis in anno, quadragesima scilicet festoque translationis Sancti Martini, prioralem ecclesiam processionaliter adeunt, liberandi latrones, in carceribus conventus detentos, jus habent. 24 oct. 1373.

Datum et actum anno Domini millesimo CCC° septuagesimo tercio, die veneris post festum beati Luce evangeliste.

CLI.

Resaisina de cervo capto apud Liricantum, de mandato regis facta. 29 jan. 1276.

Tempore Reginaldi dicti Barbou, prepositi Parisiensis, captus fuit quidam cervus apud Liricantum, in terra ac juridictione decani et capituli Parisiensis, juxta furcas, et asportatus ad domum rectoris ecclesie de Liricantu, sitam in terra ac juridictione decani et capituli predictorum. Quem cervum Robertus, venator, miles, forestarius Bierie, Johannes concergius, Herbertus, serviens foreste, tunc temporis de domo predicta, contra inhibicionem Guillelmi, tunc majoris de Liricantu, per violenciam asportarunt; super quo mota fuit altercatio

inter regem et decanum et capitulum predictos; et, de mandato regis, fuit facta aprisia super premissis. Qua facta, de mandato regis, Guillelmus dictus Lombardi, prepositus de Gressio, resaisivit locum predictum de dicto cervo, per quandam figuram cervi, anno Domini M° CC° LXX° quinto, die mercurii ante purificacionem beate Marie virginis....

CLII.

5 jun. 1276. Charta capituli Parisiensis, qua recognoscitur et sancitur jus prepositi Christoli uno quoque anno percipiendæ de quaque masura gallinæ, duobus denariis valentis.

.... Die veneris post Trinitatem, anno Domini M° CC° LXX° sexto.

CLIII.

9 jul. 1276. Charta qua statuitur, ne hospites in vico Dumo incolentes, ad pastum ab hominibus Civilliaci et Layaci capitulo Parisiensi annuatim ministrandum, ullam contributionem solvant.

.... Actum in capitulo Parisiensi, anno Domini M° CC° LXX° sexto, mense julio, die jovis post festum estivale beati Martini.

CLIV.

13 sept. 1279. Johannes de Caprosia, quondam clericus matricularius Sancti Benedicti et de choro ecclesiæ Parisiensis, a tempore Stephani de Aurelianis, episcopi Parisiensis, in carcere capituli detentus, propter necem Roberti, capellani Sancti Benedicti, a capitulo liberatur; ea lege, ut statim Italiam, ubi remanere debebit, proficiscatur.

.... Anno Domini M° CC° LXX° nono, die mercurii post nativitatem beate Marie virginis.

CLV.

21 aug. 1282. Anno Domini M° CC° octogesimo secundo, die veneris post assumpcionem beate Marie virginis, Guillelmus dictus le Tort, canetarius, emendavit in capitulo, hora capituli, factum quod deliquerat, super eo quod fecerat quasdam ocreas de bezana, propter quod capte fuerant dicte ocree propter bezanam et nobis reddite, per monicionem factam officiali Parisiensi, et quod, super dictam emendam, stabit voluntati et ordinacioni capituli.

CLVI.

Precipimus Odoni de Spedona, Laurentio, Henrico de Monte Letherico et Bernardo de Alvernia, presbiteris et beneficiatis in ecclesia Parisiensi, quos super vicio incontinencie et super defectu residencie et assiduitatis in ecclesia Parisiensi, ad quas per juramentum tenentur, invenimus notorie culpabiles et diffamatos, ut infra instans festum Omnium Sanctorum accedant, videlicet, dictus Odo, ad abbatiam Vallis Beate Marie, Parisiensis dyocesis, dictus Laurencius, apud Karolum Locum, Silvanectensis dyocesis, et dictus Henricus, apud abbatiam Vallis Sarnei, Parisiensis dyocesis, et dictus Bernardus, apud Joiacum, juxta Pruvinum; ibi moraturi, videlicet, dictus Odo, Henricus et Bernardus, usque ad Pascha, et dictus Laurencius, usque ad festum nativitatis beati Johannis Baptiste sequens, et quod, singulis diebus, intersint horis diuturnis, in abbatiis predictis, et singulis diebus celebrent missas, prout tenebantur facere in ecclesia Parisiensi. Hec autem facimus ad scandali sedacionem, ad eorum correctionem ac eorum emendacionem; injungentes eisdem, quod, quando redibunt, afferant litteras patentes abbatum, quod premissa adimpleverint, et honesti ibidem fuerint conversati. 15 oct 1283.

Actum publice, in capitulo, anno Domini m° cc° octogesimo tercio, die veneris post festum beati Dyonisii.

CLVII.

Si clerici qui deliquerunt in juridictione domini Parisiensis episcopi intrent claustrum Parisiense, non debent episcopo seu ejus officiali restitui, sed per capitulum pugniri et justiciari, licet gentes episcopi sequantur eos.... Circ. 1285.

CLVIII.

Nota de jurisdictione capituli in claustro Sancti Mederici. ?? mai. 1285.

Anno Domini m° cc° octogesimo quinto, die martis post Trinitatem, obiit Robinus Roil, in carcere capituli Parisiensis, et deportatus in paraviso, a parte illa que est capituli, ut videretur ab omnibus qui eum videre vellent, et postea deportatus ad domum Dei Parisiensem sepe-

liendus. Qui captus fuit, diu est, in ecclesia Beati Mederici, pro quodam murtro quod fecerat, quia interfecerat Erchambaudum de Edera, avunculum suum, in cimiterio sive claustro Sancti Mederici Parisiensis; et probatum fuit contra eum. Et fuit adductus ad prisionem capituli Parisiensis, in claustro Parisiensi, et ibi mortuus.

CLIX.

9 febr. 1286. Charta inquisitionis, qua liquet justitiam tam altam et mediam quam infimam, in villa Compenso, Parisiensi capitulo pertinere.

.... Anno Domini M° CC° octogesimo quinto, die sabbati post purificacionem beate Virginis.

CLX.

22 oct. 1286. Litteræ capituli Parisiensis ad Hugonem de Turre, canonicum cantorem, tunc absentem, directæ, quibus, nisi ipse ante proxime venturum festum purificationis beatæ Virginis redeat, capitulum ei amissionem præbendæ minatur.

.... Datum anno Domini M° CC° octogesimo sexto, die martis post festum beati Luce evangeliste.

CLXI.

5 mart. 1289. Sententia decani et capituli Parisiensis, qua Johannes Taupin, de Verberia, mercator et nauta, quum duas naves oneratas ad insulam Sanctæ Mariæ adduxisset ibique exoneravisset, et eas postea abduxisset, non soluta de quaque nave *coustuma* duorum solidorum Parisiensium, capitulo debita, ad solvendos quatuor solidos, coustumæ gratia, damnatur.

.... Anno Domini M° CC° octogesimo octavo, die sabbati post Brandones.

CLXII.

17 apr. 1291. Detentio occasione cognitionis carnalis cujusdam mulieris.

Anno Domini M° CC° nonagesimo, die martis ante Pascha, Nicholaus, forestarius, dictus le Roy, detentus fuit diu in carcere capituli, pro eo quod ipse habuerat rem ad uxorem Thome, decani de Spedona, et abjuravit eam; et postea probatum fuit contra ipsum, quod ipse cognovit eam carnaliter; et, quia probatum fuit contra ipsum eam carnaliter cognovisse, propter transgressionem juramenti, dominus decanus, nomine et vice capituli, privavit eum sergenteria sua, et inhibuit

ei, in pleno capitulo, sub pena ducentarum marcarum argenti, ne dicto decano, ejus familie seu ejus bonis, in aliquo forefaciat, et ne ad uxorem dicti decani fabuletur vel loquatur in loco suspecto; et, vice versa, inhibitum fuit dicto decano, sub consimili pena, ne dicto Nicolao, ejus familie seu ejus bonis, forefaciat in aliquo. Presentibus, *etc.*

CLXIII.

Sententia, in curia parlamenti edita, qua decanus et capitulum Parisiense, quum Clementem de Christolio, civem Parisiensem capitulique granatarium, ratione ejus administrationis, incarceravissent, declarantur legitimam justitiam exercuisse, licet dictus granatarius tunc fuerit « cubans et levans sub dominio regis. » Febr. 1303.

.... Anno Domini millesimo tricentesimo secundo, in parlamento Candelose.

CLXIV.

Litteræ quibus officialis Parisiensis revocat sententiam excommunicationis, ab ipso indebite latam in Robertum le Moustardier, francum servientem capituli Parisiensis et, propter hoc, solius capituli jurisdictioni subjectum. 29 mart. 1327.

.... Datum anno Domini M° CCC° XX° VI°, die dominica qua cantatur *Judica me.*

CLXV.

Omnes beneficiati, seu de coro ecclesie Parisiensis, Sancti Dyonisii de Passu, Sancti Johannis Rotundi, de domo Dei, [Sancti] Christophori, Sancti Mederici, Sancti Benedicti, Sancti Stephani de Gressibus, et liberi servientes et hospites, circa claustrum, versus Batellos, exempti sunt in omnibus a jurisdictione Parisiensis episcopi et ejus officialium, ubicumque morantur et ubicumque delinquerent, et eorum familia, de antiqua consuetudine, cujus memoria contrarium non existit; et de hoc usum est capitulum Parisiense, in casibus infinitis. Circ. 1300.

CLXVI.

Charta qua ballivus Stampensis jus tam altæ quam mediæ et infimæ justitiæ, in Villa Corberosa ejusque territorio, ad solum capitulum Parisiense pertinere recognoscit. 14 febr. 1307.

.... Anno Domini M° CCC° sexto, die martis post Brandones, videlicet in festo beati Valentini.

CLXVII.

9 jun. 1310. Vidimus de lettres du roi Philippe le Bel, du lundi des Brandons 1309 (9 mars 1310), par lesquelles sont reconnus les droits de haute, moyenne et basse justice du chapitre de Paris, sur le village d'Escuelles et tout son territoire.

.... En l'an de grâce mil ccc et dis, le mardi après Penthecouste.

CLXVIII.

23 aug. 1297. Statutum de lucris absentium; de sepeliendis in claustro; de graciis non valentibus, nisi pulsata campana; de monialibus domus Dei.

Noverint universi quod, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, die veneris in vigilia festi beati Bartholomei apostoli, statutum fuit et ordinatum concorditer in capitulo Parisiensi, in hunc modum : Si canonicus, de mandato speciali capituli, pro aliquo negocio capituli vel ecclesie Parisiensis se intromiserit, si ante prandium et infra muros civitatis, lucrabitur quicquid posset lucrari per totam diem in ecclesia et matutinas sequentes, acsi presencialiter interfuisset, sed non faciet aliquam horam illa nocte; si vero post prandium et infra muros, lucrabitur ut ante, et eciam faciet horas quas posset facere illa nocte; et hec intelligenda sunt, si in nocte illa infra muros pernoctaverit. Si vero canonicus extra muros se intromiserit, si reverti potuerit ante prandium, eadem die, lucrabitur quicquid posset lucrari illa die, et matutinas, et faciet horas quas posset facere, si esset presens in nocte sequenti, et totum quod posset lucrari, usque ad vigilias mortuorum diei sequentis; sed in vigiliis mortuorum, nichil lucrabitur, nisi fuerit presens. Si vero post prandium se intromiserit, lucrabitur quicquid dictum est supra, immediate, et eciam anniversarium in vigiliis mortuorum et matutinas sequentes; sed non faciet horas in matutinis, quod est verum, si illis noctibus pernoctaverit infra muros vel in claustro. Si vero, illa nocte, non potuerit pernoctare infra muros vel in claustro, propter negocium ecclesie sibi commissum, ut dictum est, sed extra, pro negocio predicto, certum est quod, quamdiu extra fuerit, pro expedicione dicti negocii, totum lucrabitur, acsi esset presens; et quacumque die vel hora postea revertetur, lucrabitur quicquid posset lucrari illa die et nocte sequenti et usque ad vigilias mor-

tuorum diei sequentis. Item, statutum est, quod nullus in claustro vel circa sepeliatur, nisi sit de deservientibus magno altari; item, quod nulli fiat gracia per capitulum, nisi in magno capitulo et pulsata campana. Item, cum statutum fuerit de certo numero sororum domus Dei, et quod nulla ultra ipsum numerum posset recipi, et plures instarent, ut eis concederetur primus vel secundus et sic de aliis, vel saltem quod daretur eis spes de suis amicis et familiaribus recipiendis, statutum fuit, quod nullus locus daretur ubi nihil vacaret, nec aliqua spes alicui concedatur. Et ut hoc firmum et stabile permaneat, *etc.*

CLXIX.

Statutum capituli Parisiensis, quo cavetur ne quæ mulier, licet consanguinea, a clericis vel aliis quibuscumque claustrum incolentibus deinceps in domum suam recipiatur, omnibus autem mulieribus, tunc in claustro commorantibus, intra octo dies expellendis. 23 aug. 1334.

.... Anno Domini m° ccc° xxx° iii°, die martis in vigilia festi beati Bartholomei apostoli.

CLXX.

Anno Domini millesimo tricentesimo, die lune ante festum sancti Laurencii, statutum fuit et ordinatum unanimiter, in capitulo ecclesie Parisiensis, hora capituli, a decano et capitulo ipsius ecclesie Parisiensis, quod nullus ipsius ecclesie canonicus, deinceps, nisi sit in sacris ordinibus constitutus, habeat stallum in choro, in supradicta ecclesia, et quod nulli canonico fiat a capitulo super hoc dispensacio, vel gracia specialis.... 8 aug. 1300

Item, eodem anno [1301], die veneris in vigilia beatorum apostolorum Symonis et Jude, fuit in capitulo predicto statutum et ordinatum, quod canonici ipsius ecclesie ad sacros ordines non promoti, qui in sedibus sedere non possunt, sed stare ad sellam cum pueris, si fiat eis gracia a capitulo, ut in sedibus inferioribus sedere valeant, eo ipso, amittant staciones suas; et pueris chori applicabuntur. 27 oct. 1301.

CLXXI.

25 jun. 1293. Charta in capitulo generali edita, qua numerus sororum domus Dei Parisiensis ad quadraginta præfinitur.

.... Anno Domini M° CC° nonagesimo tercio, die jovis in crastino beati Johannis Baptiste.

CLXXII.

2 oct. 1293. Charta capituli Parisiensis, qua, tres diaconi et totidem subdiaconi, inter clericos matutinales electi, instituuntur, qui cum canonicis diaconis vel subdiaconis Sancti Johannis Rotundi et Sancti Dionysii de Passu, servitia diurna et nocturna, magna et parva, in ecclesia Parisiensi adimpleant, in magnis missis epistolam et evangelium legant, et canonicorum sui ordinis absentium vices agant; qui quidem diaconi et subdiaconi, emolumenti gratia, 1° absentium canonicorum stationes, 2° a presentibus canonicis diaconis quadraginta solidos Parisienses, et sexaginta solidos a canonicis subdiaconis recipient.

.... Anno Domini M° CC° nonagesimo tercio, die veneris post festum beati Michaelis archangeli.

CLXXIII.

7 mart. 1300. Sententia capituli Parisiensis, qua, quum canonici diaconi et subdiaconi Sancti Johannis Rotundi questi essent, quod emolumentorum in superiore charta descriptorum non essent participes, quamvis officio suo fungerentur, statuitur ut dicta emolumenta in tres partes, canonicis Sancti Johannis Rotundi, canonicis Sancti Dionysii de Passu, et diaconis subdiaconisque sex de novo creatis æqualiter distribuendas, dividerentur.

.... Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, die lunæ post *Reminiscere*, mense marcio[1].

CLXXIV.

25 jun. 1325. Charta capituli Parisiensis, qua, quum sorores domus Dei, propter stabulum porcorum, suo infirmatorio et refectorio configuum, multa paterentur incommoda, jubetur, proponente Petro de Essartis, cive Parisiensi, ut porci, non in domo Dei, sed in aliqua suburbana villa nutriantur, novumque sororibus infirmatorium construatur et refectorium; cujus constructionis gratia, ducentas libras Parisienses, et, si non sufficiant, trecentas, dictus Petrus, donationis titulo, se soluturum promittit.

.... Datum in capitulo nostro generali, die martis, in crastino festi nativitatis beati Johannis Baptiste, anno Domini M° CCC° XX° quinto.

[1] Eodem anno, die mercurii post *Letare* lum statuit ut proventus mandati, oblationes *Jerusalem* (23 mart.), contentiohe de novo inter et cætera emolumenta in commune dividantur. dictos diaconos et subdiaconos exorta, capitu-

CLXXV.

Anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo, mense junio. Jun. 1230.

Quoniam cito labitur hominum memoria, et preterita de facili evanescunt, ea que diligenti indagatione addiscere potui de stacionibus carnium litterarum memorie commendare decrevi. Sunt enim decem et novem, quarum dominus Parisiensis facit sex, scilicet, quatuor que dicuntur pastus, et alias duas staciones; capitulum quinque, et cancellarius unam; Sanctus Victor, unam; Sanctus Benedictus, unam; hospicium Dei, unam; Sanctus Eligius, unam; ecclesie Sanctorum Gervasii et Prothasii et Johannis in Gravia, unam; Sanctus Paulus, unam; Sanctus Laurencius, unam. Notandum autem, quod, in pastibus episcopi et in omnibus stacionibus de carnibus porcinis, exceptis stacionibus Penthecostes, nativitatis beate Marie, Sancti Eligii, hospicii Dei, Hahoidis Divitis, camerarii canonici, racione camere, habent insimul boellos omnium porcorum et unum sextarium sagiminis; et, in omnibus illis, magister coquus habet sagimen boellorum et renunculos, cum parum sagiminis, et caudas porcorum. Item, magister coquus, in aliis stacionibus, in quibus camerarii canonici non habent boellos nec sextarium sagiminis, nichilominus habet renunculos et caudas porcorum, sed non habet sagimen boellorum. Item, in omnibus pastibus et in stacione Sancti Eligii et hospicii Dei, habet magister coquus sex denarios et obolum, pro aqua calefacienda, et, in omnibus aliis simplicibus stacionibus, quatuor denarios et obolum, pro aqua calefacienda. Tres minores vero servientes coquine habent corda et linguas porcorum, et pennam velerosam et extales sive poitrones porcorum, in omnibus stacionibus, tam pastibus quam aliis.

Preterea, sciendum est, quod, in capitulo Parisiensi, quinquaginta et una persone sunt, que vocem habent, quadraginta quinque integre et sex dimidie, que percipiunt quadraginta et octo staciones integras. Verum est quod in ecclesia Parisiensi sunt quinquaginta due prebende integre, sed omittimus hic prebendam Sancti Victoris, quia non percipit stacionem suam, sed vicarius suus. Preterea, decanus habet unam stacionem, cantor unam, capitulum unam pro vicaria Sancte Genovefe, senescallus unam, Sanctus Johannes unam, sex vicarii

ecclesiarum sex staciones, scilicet quisque unam, matricularius laicus duas, panetarius unam, cellerarius unam, magister coquus unam. Item, due excubie percipiunt unum frustum et dimidium, duo minores servientes de coquina unum frustum simul, alii duo minores servientes unum frustum simul, garnetarius unum frustum : et ita omnia frusta insimul computata faciunt in summa VI^{xx} et duodecim frusta et dimidium; et hec stacio simplex vocatur. In pastibus quidem episcopi, percipiunt predicte persone, sicut est prenotatum. Verumptamen, isti ultimi servientes excrescunt in pastibus, ita quod due excubie, preter hoc quod habent in simplici stacione, percipiunt in singulis pastibus tria frusta; duo minores servientes de coquina duo frusta, alii duo minores servientes duo frusta, garnetarius dimidium frustum; omnes insimul unum frustum et dimidium, pro fressura. Item, in pastibus, percipiunt clerici de choro, quinque frusta et dimidium, et presbiteri Sancti Christophori tria frusta : et ita quilibet pastus constat de VII^{xx} et decem frustis. De crescencia aliarum stacionum, suis dicetur in locis.

Verum, quia quedam staciones ad denarios sunt redacte, provisum est pro bono et equo, ut, pro carnibus unius stacionis integre, tres solidi Parisienses persolvantur, uno frusto valente decem et octo denarios, et pro rata, quam in carnibus solent percipere, in nummis aliis percipientibus satisfiat. Camerarii vero, scilicet duo canonici, pro boellis suis et sextario sagiminis, habebunt quilibet quatuor solidos Parisienses; magister coquus, pro caudis et renunculis et sagimine boellorum, quatuor solidos, et tres minores servientes de coquina, quilibet, duos solidos, pro cordibus et linguis et penna vesosa [*sic*] et poitronculis, habebit. In illis autem stacionibus, in quibus camerarii canonici non habent boellos, nec sextarium sagiminis, magister coquus habet solummodo duos solidos Parisienses, pro feodis suis; et tres minores servientes de coquina, sicut prenotatum est, habebunt, pro feodis suis, quisque, duos solidos. Preter hec, panis et vinum, in omnibus stacionibus, tam pastibus quam aliis, persolvetur, sicut est hactenus consuetum, nisi vinum ad nummos redactum fuerit.

Prima stacio episcopi, que dicitur pastus, fit in natali Domini, que constat de VII^{xx} et decem frustis, de quibus canonici et ecclesiarum

vicarii, matricularius laicus, panetarius, celerarius et magister coqus percipiunt sexaginta quatuor integras staciones, sicut prenotatum est; que faciunt vi^{xx} et octo frusta. Clerici de choro habent quinque frusta et dimidium, presbiteri Sancti Christofori, tria frusta. Alii vero septem servientes nostri tresdecim frusta et dimidium habent, videlicet, due excubie tria frusta et dimidium, duo minores servientes de coquina tria frusta, alii duo minores servientes tria frusta, garnetarius unum frustum et dimidium; omnes insimul unum frustum et dimidium, pro froissura. Canonici vero camerarii habent, pro feodis suis, octo solidos, quilibet quatuor solidos; magister coqus, quatuor solidos, pro feodis suis, et sex denarios et obolum, pro aqua calefacienda; tres minores servientes de coquina, sex solidos, quilibet duos solidos, pro feodis suis. Summa nummorum istius pastus et aliorum singulorum pastuum sequencium, duodecim librarum et trium solidorum et sex denariorum et oboli.

Secundus pastus fit in purificacione beate Marie; tercius pastus in Pascha; quartus in assumpcione beate Marie, sub forma predicta, scilicet, duodecim librarum et m solidorum et sex denariorum et oboli. Vinum vero solvetur, sicut est consuetum, videlicet, duo modia et octo sextarios, in singulis pastibus. Panis quidem solvetur, sicut est consuetum. Notandum est autem, quod in Pascha et in Natali, clerici de choro habent, in pastibus episcopi, centum dimidia sextaria vini et centum panes magnos, et in pastibus purificacionis et assumpcionis beate Marie, centum quartas vini et centum parvos panes : et de hiis omnibus percipiunt quinque canonici de Passu sicut clerici.

CLXXVI.

Stacio in die Penthecostis.

Stacio quam facit episcopus, in die Penthecostis, constat de vi^{xx} et decem et septem frustis et dimidio; de quibus omnes percipientes in stacionibus carnium percipiunt, sicut prenotatum est, vi^{xx} et duodecim frusta et dimidium, et quinque canonici de Passu quinque frusta. Camerarii canonici nichil in hac stacione percipiunt, racione camere. Carnifex habet boellos et sagimen; sed coqus habet, pro feodis suis, duos solidos solummodo, cum non habeat in hac sagimen boellorum;

et tres minores servientes de coquina habent, quilibet duos solidos, pro feodis suis. Item, coqus habet quatuor denarios et obolum, pro aqua calefaeienda. Panis et vinum solvetur, sicut est eonsuetum.

Summa, decem libre et quatuordecim solidi et septem denarii et obolum, pro carnibus tantum. Panis et vinum solvetur, sicut est consuetum.

CLXXVII.

Stacio in nativitate beate Marie.

Staeio quam faeit episcopus, in nativitate beate Marie, constat de vi^{xx} et duodecim frustis et dimidio; de quibus, omnes percipientes in staciouibus earnium pereipiunt, sicut prenotatum est, vi^{xx} et duodecim frusta et dimidium. Carnifex habet boellos et sagimen. Camerarii canonici nichil percipient, racione camere; sed magister coqus habet duos solidos, pro feodis suis et quatuor denarios et obolum, pro aqua calefaeienda. Tres vero minores servientes de coquina percipiunt, quilibet duos solidos, pro feodis suis. Panis et vinum solvetur, sicut est eonsuetum.

Summa, decem libras et decem et septem solidos et unum denarium et obolum, pro carnibus.

CLXXVIII.

In festo sancti Dyonisii.

Stacio quam facit Sanctus Vietor, fit in festo Sancti Dyonisii, et constat de vi^{xx} et duodecim frustis et dimidio; de quibus, eanonici et vicarii et matrieularius laicus et panetarius et eelerarius et coqus percipiunt vi^{xx} et octo frusta, et septem alii servientes quatuor frusta et dimidium, videlieet, due exeubie unum frustum et dimidium, duo minores servientes de coquina unum frustum, alii duo minores servientes unum frustum, garnetarius unum frustum; et ita inveniuntur frusta predicta. Camerarii autem canonici habent, pro feodis suis, quilibet iii solidos, et magister eoqus, pro feodis suis, quatuor solidos et quatuor denarios et obolum, pro aqua calefacienda; et tres minores servientes de coquina, quilibet duos solidos. Panis quoque reddetur, sicut est consuetum, scilicet, tres nine boni frumenti.

Summa nummorum pro carnibus, decem libras et decem et septem solidos et unum denarium et obolum; pro vino, viginti duo solidos et tres denarios et obolum. Summa totius : viginti due libre et quinque denarii.

CLXXIX.

In festo sancti Maglorii. Capitulum.

Stacio Sancti Maglorii, quam facit capitulum, est de vi^t^ et duodecim frustis et dimidio, que dividuntur, sicut prenotatum est, in stacione Sancti Dyonisii, que fit in monasterio Sancti Victoris. Camerarii canonici, coqus et tres servientes de coquina percipiunt, pro feodis suis, sicut in precedenti stacione Sancti Victoris. Panis et vinum reddetur, sicut est consuetum.

Summa, decem libras et decem et septem solidos et unum denarium et obolum.

In festo Omnium Sanctorum. Capitulum.

Stacio Succiaci, quam facere solebat Philippus cancellarius, constat de vi^t^ et duodecim frustis et dimidio; et fit, in omnibus, in forma stacionis Sancti Maglorii.

Summa, decem libras et decem et septem solidos et unum denarium et obolum.

In festo sancti Gendulfi. Capitulum.

Stacio Sancti Gendulfi, quam facit capitulum, constat de vi^t^ et duodecim frustis et dimidio; et fit, in omnibus, in forma Sancti Maglorii.

Summa, decem libras et decem et septem solidos et unum denarium et obolum.

Denarii pro gallinis sunt, decem et octo solidi et septem denarii et obolum, et dividuntur singulis qui habent staciones, unicuique stacioni tres, denariis tam integris quam dimidiis, et unum gastellum. Et septem servientes habent tresdecim denarios et obolum, videlicet, due excubie quatuor denarios et obolum, garnetarius tres denarios, et quatuor minores servientes sex denarios; item, camerarius laicus, tres denarios. Item, clerici habent, per manum cantoris, sexaginta et duodecim gastellos parvos et sexaginta et duodecim cartas vini; de

quibus, canonici de Passu percipiunt, sicut clerici, scilicet, quinque gastellos parvos et quinque cartas vini, quilibet unam cartam vini et unum gastellum.

CLXXX.

In festo sancti Eligii, in decembri.

Stacio Sancti Eligii, que fit a priore ejusdem loci, in kalendis decembris, constat de IX^xx frustis; de quibus canonici et ecclesiarum vicarii, et matricularius laicus, pennetarius, celerarius et coqus, sicut prenotatum est in prima pagina, et septem minores servientes percipiunt VI^xx et duodecim frusta et dimidium. De residuo, clerici chori habent quadraginta frusta et dimidium, de quibus quinque canonici de Passu habent quinque frusta, et alia clericis qui intersunt processioni Sancti Eligii dividuntur, per clericum cantoris, prout conveniens ei esse videtur. Item, presbiteri Sancti Christofori habent tria frusta, decanus duo, cantor duo; Sanctus Eligius habet interiora. Item, magister coqus habet feoda sua, vel duos solidos, pro feodis suis, et sex denarios et obolum, pro aqua calefacienda; et tres minores servientes de coquina habent feoda sua, vel sex solidos, quilibet duos solidos, pro feodis suis. Camerarii canonici nichil habent, racione camere. Item, clerici habent, per manum cantoris, sexaginta et decem parvos panes et sexaginta et decem cartas vini; de quibus, canonici de Passu habent quinque parvos panes et quinque cartas vini, et presbiteri Sancti Christofori tres quartas. Panis reddetur, sicut est consuetum.

Summa nummorum : tresdecim libre et decem et octo solidi et sex denarii et obolum. Summa vini dominorum : triginta et quatuor solidi et octo denarii. Summa vini clericorum : decem et septem solidi et dimidius. Summa tocius : decem et sex libre et decem solidi et octo denarii et obolum.

CLXXXI.

In die Epiphanie. Capitulum.

Stacio Hahoidis Divitis, quam facit capitulum, constat de VI^xx et decem et quinque frustis; de quibus, VI^xx et duodecim frusta et dimi-

dium dividuntur, sicut in stacione Sancti Maglorii; et de residuo, hospicium Dei habet duo frusta; et omnes servientes insimul, dimidium frustum quod remanet. Camerarii canonici nichil habent, racione camere; sed hospicium Dei habet interiora. Verumptamen coqus habet duos solidos, pro feodis suis tantum, et quatuor denarios, pro aqua calefacienda; et tres minores servientes de coquina, sex solidos, quisque duos solidos. Panis et vinum solvetur, sicut est consuetum.

Summa, undecim libre et decem denarii et obolum.

In privicarnio. Capitulum.

Stacio Sancti Augustini translata est ad privicarnium. Constat de VI^{xx} et duodecim frustis et dimidio, que dividuntur, sicut in stacione Sancti Victoris. Camerarii canonici, coqus et tres servientes de coquina habent feoda sua, sicut in stacione Sancti Victoris. Panis et vinum reddetur, sicut est consuetum.

Summa, decem libras et decem et septem solidos et unum denarium et obolum.

In festo sancti Benedicti. Ecclesia Sancti Benedicti debet hanc stacionem.

Stacio Sancti Benedicti constat de VI^{xx} et decem et V frustis; de quibus, matricularii Sancti Benedicti habent duo frusta et dimidium, pro joncare ecclesiam. Distribuciones fiunt, sicut in stacione Sancti Victoris. Panis autem reddetur, sicut est consuetum, scilicet, tres mine frumenti boni; pro vino, triginta quatuor solidos et octo denarios, sine matricullariis, qui tres quartas habent.

Summa carnium : XI libre et decem denarii et obolum, cum matricullariis, qui tres solidos habent et novem denarios. Summa omnium : duodecim libre et decem et sex solidi et quinque denarii et obolum, matricullariis computatis.

CLXXXII.

In festo sancti Christofori.

Stacio Sancti Christofori, quam facit hospicium Dei, constat de VII^{xx} et decem frustis; de quibus, canonici et vicarii, matricularius laicus, panetarius, celerarius, coqus, percipiunt VI^{xx} et octo. De resi-

duo, fratres hospicii Dei habent septem frusta, et presbiteri Sancti Christofori tria frusta, et septem minores servientes duodecim frusta, videlicet, due excubie quatuor frusta et dimidium, duo minores servientes de coquina tria frusta; alii vero minores servientes tria frusta, garnetarius unum frustum et dimidium. Camerarii canonici nichil percipiunt, racione camere; sed coqus habet, pro feodis suis, duos solidos tantum, et tres minores servientes de coquina, quilibet duos solidos, pro feodis suis. Item, coqus habet sex denarios et obolum, pro aqua calefacienda. Hospicium Dei habet interiora. Panis reddetur, sicut est consuetum, et vinum similiter, scilicet, duo modia et quatuor sextaria, una quarta minus.

Summa nummorum pro carnibus, non computatis septem frustis que habet hospicium Dei, est, undecim libre et tres solidi et sex denarii et obolum. Summa tocius : tresdecim libre et decem et octo denarii et obolum. Summa vini est, triginta octo solidi, computatis presbiteris Sancti Christofori, qui habent tres quartas vini.

CLXXXIII.

Prebendarii de Lai. In festo sancti Mederici.

Stacio Sancti Mederici, quam faciunt prebendarii de Lai et de Cevilli, constat de VI^{xx} et quindecim frustis, et fit omnimodo, sub forma Sancti Benedicti; hoc excepto, quod matricularii Sancti Mederici non habent modo duo frusta et dimidium, sicut solent, sed sunt modo VI^{xx} et duodecim frusta et dimidium que dividuntur; et cetera omnia fiunt, sicut in stacione Sancti Victoris, quantum ad distribucionem. Panis reddetur, sicut est consuetum.

Summa pro vino : triginta quatuor solidi et octo denarii. Summa carnium : decem libre et decem et septem solidi et unum denarium et obolum. Summa carnium et vini : duodecim libre et undecim solidi et novem denarii et obolum.

CLXXXIV.

In festo sancti Gervasii et Prothasii.

Stacionem Sancti Gervasii faciunt Sancti Gervasii et Sancti Johannis

in Gravia presbiteri, de octo arietibus quos debent, et de nono quem coquus noster debet, melioribus scilicet qui poterunt inveniri; de quibus fiunt vi^{xx} et decem et quinque frusta, de singulis arietibus decem et quinque frusta, et dividuntur, sicut alie simplices staciones, omnibus participantibus et dictis presbiteris qui habent stacionem in carnibus, in pane et in vino. Coquus noster habet pelles et sepum omnium arietum, et tres minores servientes de coquina pedes et capita et testicia. Verum, quia dicti presbiteri finaverunt ad quinquaginta solidos, pro octo arietibus, et ad triginta solidos, pro vino, ita quod nichil sibi retinent in stacione, ita provisum est, quod canonici et vicarii et matricularius laicus, pennetarius, cellerarius et coquus, frusto valente quatuor denarios, habent vi^{xx} et octo frusta, que valent quadraginta duos solidos et octo denarios, septem minores servientes septem frusta, videlicet, due excubie duo frusta simul, duo minores servientes de coquina duo frusta, alii duo minores servientes duo frusta, garnetarius unum frustum; que valent ^{x}n solidos et quatuor denarios, que in summa faciunt quadraginta et quinque solidos; et ita remanent quinque solidi, quos habent coquus et tres minores servientes de coquina, pro feodis suis, videlicet, coquus duos solidos, et alii tres servientes, quilibet, duodecim denarios. Tandem ordinatum est ita, quod pro omnibus solvent presbiteri centum solidos, pro pane et vino et carnibus.

Summa omnium : centum solidi, nobis quiti.

Denarii vini sic dividuntur : queque stacio integra habet sex denarios pro vino; et dimidia stacio habet ad racionem sex denariorum; et septem minores servientes viginti denarios, scilicet, due excubie octo simul, garnetarius quatuor denarios, alii iii^{or} minores servientes octo denarios simul, quisque duos, qui in summa faciunt triginta et quatuor solidi et octo denarii; sed capitulum de suo supplet defectum. Panem quoque persolvent dicti presbiteri, sicut est consuetum, scilicet, tres minas boni frumenti. Tandem ita ordinatum est, quod, pro omnibus, solvent presbiteri centum solidos, pro pane et vino et carnibus. Sic stacio ista valet, pro carne et vino, xiii denarios.

Summa omnium : c solidi, nobis quiti.

CLXXXV.

In commemoratione sancti Pauli.

Stacionem Sancti Pauli facit prior Sancti Eligii Parisiensis, in omnibus, sub forma Sancti Gervasii; hoc notato, quod presbiter Sancti Pauli nichil nobiscum percipiet de stacione, sive summa predicta, sed prior satisfaciet ei de una stacione, in nummis, pro carnibus et vino. Summa pro carnibus, quinquaginta solidi; pro vino, triginta quatuor solidi et octo denarii. Et solvet presbitero Sancti Pauli quatuordecim denarios, scilicet, octo pro carnibus, et sex pro vino. Panem quoque persolvet prior, sicut est consuetum, scilicet tres minas boni frumenti.

CLXXXVI.

In festo sancti Laurencii.

Stacionem Sancti Laurencii facit prior Sancti Lazari Parisiensis, de sexaginta et uno frustis porcinis et de quatuor membris bovinis, duobus anterioribus et duobus posterioribus, melioribus que poterunt inveniri. Et magister Albericus debet, pro domo sua, alia duo membra bovina, unum anterius et unum posterius, meliora que poterunt inveniri; et pro istis duobus membris, debet decem solidos ista domus, que est sita ante domum Johannis archidiaconi, in cuneo vici, prout itur ad Secanam, versus Graviam, quam tenet Octobonus cardinalis. Que omnia dividuntur omnibus participantibus, sicut in simplici stacione: hoc retento, quod sexaginta et unum frusta porcina canonicis et vicariis distribuuntur; ita quod quelibet eorum stacio integra habet unum frustum porcinum, et dimidia stacio habet ad racionem suam, et matricularius laicus duo. De bove quidem fiunt tm" frusta et unum, que valent triginta solidos; de quibus, sexaginta et unum dantur illis qui habuerunt sexaginta et unum frusta porcina, ad racionem qua illa perceperunt. De remanentibus, habent, matricularius laicus duo, celerarius duo, pannetarius duo, coqus duo, due excubie tres et dimidium simul, et duo minores servientes de coquina tria frusta simul, et alii duo minores servientes duo simul, garnetarius unum et dimidium, presbiter Sancti Laurencii duo frusta, qui habet

unam stacionem in pane et vino et carne bovina. Notandum est, quod sexaginta et unum frusta porcina valent quatuor libras et dimidiam et decem et octo denarios, frusto valente decem et octo denarios; de bove, frusto valente quatuor denarios, sexaginta et unum frusta valent viginti solidos et quatuor denarios, et viginti frusta, que remanent, valent sex solidos et octo denarios; et ita remanent duo solidi et septem denarii et obolum. Canonici autem camerarii habent, pro feodis suis, quisque, duos solidos, coqus u solidos, et, pro aqua calefacienda, quatuor denarios et obolum; tres minores servientes de coquina, quilibet, duodecim denarios. Sic stacio valet viginti octo denarios, pro carne et vino, scilicet, pro carne, viginti duo denarios, et sex denarios, pro vino. Summa pro carne porcina, pro feodis et aqua calefacienda, centum solidi et decem denarii et obolum; et pro quatuor membris bovinis, viginti solidi; pro vino, triginta quatuor solidi et octo denarii, sine presbitero Sancti Laurencii, qui habet, pro vino, sex denarios a priore. Et hec predicta reddit prior Sancti Lazari. Item, pro duobus membris bovinis que reddit magister Albericus, decem solidi. Summa pro triginta et tribus sextariis vini que prior debet, triginta quatuor solidi et octo denarii, sine presbitero Sancti Laurencii. Panem quoque reddet idem prior, sicut est consuetum, scilicet, tres minas boni frumenti.

Summa tocius prioris preter bladum, septem libre et decem et quinque solidi et sex denarii et obolum, excepto presbitero Sancti Laurencii, qui habet a priore sex denarios, pro vino, et excepto prepósito Magni Pontis, qui habet a priore quatuor denarios et obolum.

Notandum est, quod prepositus Magni Pontis habet annui redditus, in domo domini episcopi, in natali Domini, centum ova et unum quarterium piperis et unum rasellum salis et sex denarios, pro hastis, et obolum. In purificacione beate Marie, totidem; in Pascha, totidem; in assumpcione beate Marie, totidem. Item, habet idem prepositus, in domo episcopi, in Penthecosten, quatuor denarios et obolum, pro hastis; in nativitate beate Marie, totidem pro hastis. Item, habet prepositus, in festo sancti Dionysii, in stacione Sancti Victoris, quatuor denarios et obolum, pro hastis; item, prepositus, in festo sancti Benedicti estivallis, in stacioue ejusdem, quatuor denarios et obolum,

pro hastis; in festo sancti Laurencii, in stacione Sancti Lazari, totidem; in festo sancti Mederici, in stacione ejusdem sancti, totidem. Item, habet prepositus, in festo sancti Eligii, in decembri, in stacione ejusdem, VI denarios, pro hastis; in festo sancti Christofori, in stacione domus Dei, sex denarios et obolum, pro hastis.

Consequenter videndum est de stacionibus nummorum, que sunt sexaginta et octo, a festo sancte Auree infra festum sequens sancte Auree, anno revoluto, annis singulis, persolvende : quarum alie sunt de septem[1] denariis; et in quibusdam earum percipiunt quinque canonici de Passu quinque staciones, et in quibusdam earum nichil percipiunt. Item, alie sunt de septem denariis; in quibusdam earum percipiunt predicti canonici de Passu quinque staciones, et in quibusdam earum nichil percipiunt. Ille autem que sunt de sex denariis, in quibus canonici de Passu percipiunt, constant de triginta quinque solidis et septem denariis et obolo. Alie de sex denariis, in quibus ipsi nichil percipiunt, constant de triginta tribus solidis et uno denario et obolo. Item, ille que sunt de septem denariis, in quibus canonici de Passu percipiunt, sunt de quadraginta uno solidis et sex denariis et obolo. Ille vero, que sunt de septem denariis, in quibus canonici nichil percipiunt, sunt de triginta et octo solidis et septem denariis et obolo. Est et alia stacio in die Cene, de sex denariis et uno pane. Iste staciones dicuntur minores staciones; et sunt omnes de sex denariis pro carnibus, tribus exceptis, que sunt de septem denariis, preter panem et vinum.

Notandum est, quod qui in stacionibus carnium integras staciones percipiunt, et in istis percipiunt integras, et qui duplices, duplices, et qui dimidias, dimidias, excepto celerario, qui, in stacionibus panis et vini, duplices percipit staciones, sed in carnibus et denariis pro carnibus non excrescit, simplices percipiens staciones; exceptis camerariis canonicis, qui similiter percipiunt unam stacionem simul in pane et vino, sed in stacionibus de carnibus, nichil percipiunt, preter feoda sua, et, uterque, unum parvum panem et unam quartam vini. Verumptamen septem minores servientes non percipiunt in stacionibus de nummis, nisi solummodo tresdecim denarios et obolum, nec in sta-

[1] Leg. *sex*, ut videtur.

cionibus de sex denariis, nec in stacionibus de septem denariis, videlicet, due excubie quatuor denarios et obolum, duo minores servientes de coquina tres denarios, alii duo minores servientes tres denarios, garnetarius tres denarios. Similiter, in pane, due excubie percipiunt unum magnum panem et unum parvum insimul, duo minores servientes de coquina, quilibet, unum parvum panem; hostiarius unum parvum, garnetarius unum magnum, ponderator staciorum magnum, et coajutor ejus unum parvum. Similiter, in vino, due excubie, duas mensuras magnas et duas parvas insimul, et quatuor minores servientes, quilibet, unam mensuram magnam, et garnetarius duas magnas. Item, camerarii canonici habent, in stacione denariorum, unam stacionem insimul, et in pane et vino, quilibet, unum parvum panem et unam quartam vini.

Notandum est eciam quod, in stacione denariorum, in qua canonici de Passu percipiunt, vinum valet viginti quinque solidos obolo minus, si vinum sit ad octo denarios; et quatuor denarii pro stacione dentur. In stacione vero, in qua canonici de Passu nichil percipiunt, vinum valet viginti tres solidos et tres denarios et obolum, si vinum sit ad octo denarios; et quatuor nummi dantur pro una simplici stacione. Tunc autem due excubie habent, pro vino, sex denarios, garnetarius tres denarios et obolum, quatuor minores servientes sex denarios, quilibet, tres obolos.

Item, sciendum est, quod in stacione denariorum, in qua canonici de Passu percipiunt, si vinum sit ad duodecim denarios, et sex denarii dentur pro stacione, tunc vinum valet triginta et septem solidos et II denarios. In stacione vero, in qua canonici de Passu nichil percipiunt, vinum valet triginta quatuor solidos et octo denarios, si vinum sit ad duodecim denarios, et sex denarii dantur pro una simplici stacione. Si vero vinum sit ad viginti denarios, tunc valet vinum quinquaginta et novem solidos et II denarios; et, si canonici de Passu percipiunt, quinquaginta denarii supra adduntur. Tunc quidem due excubie habent, pro vino, octo denarios insimul, garnetarius quatuor denarios, et quatuor minores servientes octo denarios simul, quilibet, duos denarios. Item, notandum est, quod in simplici stacione vini, sunt duo modia et dimidium sextarium vini.

Nota quid sit stacio simplex.

Simplicem stacionem voco, in qua illi tantum percipiunt, qui sunt de ecclesia, et non extranei, et non sunt pastus, nec pares pastibus, vel quasi pares. In stacione hospicii Dei, sunt triginta sex sextaria una quarta minus, que valent triginta octo solidos ad duodecim denarios. In pastibus episcopi, sunt duo modia et octo sextaria. Item, sciendum est, quod in simplici stacione carnis, sunt sexaginta quatuor staciones, preter quatuor frusta et dimidium, que septem minores servientes percipiunt. In simplici vero stacione vini et panis, sunt sexaginta sex panes magni, et preterea tres magni panes et quinque parvi, quos percipiunt septem minores servientes; et ita omnes panes unius simplicis stacionis sunt LXXI et unus parvus panis. Quando vero canonici de Passu percipiunt, sunt sexaginta et sexdecim panes et unus parvus. Duo camerarii clerici habent unam stacionem, et celerarius unam, de stacionibus in nummis; quod non habent in stacionibus carnium.

CLXXXVII.

Sciendum est, quod antiphone, que fiunt per novem dies, ante vigiliam natalis Domini, sunt XVIII, quarum duas facit episcopus Parisiensis, decanus I, hospicium Dei I, prebende de Espona I, prebende de Lai et Civilli I. Duodecim prepositi qui sunt vel esse debent in ecclesia Parisiensi, ordine subnotato, faciunt duodecim, videlicet :

† Episcopus. . . . . } II, prima die.
† et decanus. . . . . }

Prepositus Vernon. . . . } II, secunda die.
† Prebende Espone. . . . }

Prepositus Viriaci. . . . } II, tercia die.
† Prepositus Roseti. . . . }

Prepositus Mintriaci. . . } II, quarta die.
Prepositus Yvriaci. . . . }

Summa, XXXIII solidi VI denarii.

† Prepositus de Larchent. } II, quinta die.
Prepositus Christolii . . . }
Prepositus Corberose. . . } II, sexta die.
Prepositus Isteville. . . . }
Summa, xxxvi solidi.

† Prepositus Castaneti. . . } II, septima die.
Prepositus Andrisiaci. . . }
Prepositus Banolii. . . . } II, octava die.
† Prebende de Lai et Civilli. }
Summa, xxxvi solidi.

† Hospicium Dei. . . . . } II, nona die.
† Dominus episcopus. . . . }
Et ita dominus episcopus incipit et concludit.

Notandum autem, quod capicerius percipit et matricularii laici, in novem antiphonis, que sunt signate cruce, scilicet capicerius, sicut unus canonicus et matricularii insimul in duplo, et tunc valent nummi triginta sex solidos. In aliis, in quibus non percipiunt, valent nummi triginta quatuor solidos et sex denarios. Notandum autem quod, singulis antiphonis, ad nummos percipiunt quatuor minores servientes quatuor denarios, quilibet, unum, et due excubie tres denarios, plus quam percipiant in stacionibus. Item, notandum quod, in antiphona hospicii Dei, habent clerici sexaginta et decem panes parvos et sexaginta et decem cartas vini; et canonici de Passu percipiunt ibi ut clerici.

Illud siquidem memorie volui commendari, quod, quocienscumque majores ecclesie Parisiensis, sive per mortem, sive per cessionem, vel alio modo quocumque mutantur, major de novo institutus debet camerariis canonicis octo solidos, unicuique quatuor solidos, et senescallo quatuor solidos, et singulis de undecim servientibus duos solidos. Similiter autem, quocienscumque undecim servientes capituli, vel aliquis eorum, sive per mortem, sive per cessionem, vel alio modo quocumque mutantur, serviens de novo institutus debet camerariis canonicis octo solidos, unicuique III^{or} solidos, et senescallo III^{or}, et singulis

de conservientibus suis II solidos. Sciendum est eciam, quod senescallus, in omnibus stacionibus carnium, nummorum, panis et vini, duas percipit staciones, preter feoda sua et denarios pro aqua calefacienda, ut superius continetur.

In antiphonis que dicuntur *O*, et in quartis vini, que dantur, dantur de Malo Sapere, ante natale Domini. Senescallus duplam recipit porcionem, sicut decanus et cantor. In vino eciam manumissionum, vendicionum, commutacionum majoriarum, decaniarum et aliarum sergentisarum, et in omnibus hujusmodi distribucionibus, senescallus semper et ex antiquo duplices recipit porciones. In computacione etiam vindemiarum, senescallus habet unum sextarium de Malo Sapere et duos panes. Item, in mutacione decanorum laicorum ecclesie Parisiensis, due excubie claustri habent, a singulis novis decanis, quatuor solidos, scilicet, unusquisque, duos solidos. Item, notandum est, quod in stacione de septem denariis, si canonici de Passu ibi percipiunt, nummi pro coquina [sunt] quadraginta et unum solidi et sex denarii et obolum; nummi pro vino sunt triginta septem solidi et duo denarii.

CLXXXVIII.

Incipit ordo qualiter Parisiensis episcopus, a consecracione sua revertens, ab abbate et priore ac conventu Sancte Genovefe, in eadem sua ecclesia debeat recipi, et que ipsi sollempnitates rite soleant ac debeant exhiberi.

De consuetudine longis et antiquis temporibus approbata, idem episcopus, cum a sacro suo revertitur, non antea Parisiacam intrat urbem, nec recipitur ab ecclesia cathedrali, quam recipiatur ab ecclesia Sancte Genovefe. In cujus receptionis facto proceditur sub hac forma: Die diem precedente qua fieri debet istud, in loco aliquo proximo civitati sese recipit et pernoctat, ut in mane, maturius, ad ecclesiam Sancte Genovefe veniat, receptisque sollempnitatibus eidem debitis, ad ecclesiam cathedralem cum sollempnitate descendat. Episcopo cum aliis circumstantibus ecclesiam Sancte Genovefe appropinquante et stante pre foribus que respiciunt occidentem, conventu toto in navi monasterii consistente, abbas et prior, induti cappis siricis, cum apparatu processionis hujusmodi, videlicet, aqua benedicta precedente cum candelabris et thuribulo, eoque qui textum defert evangelicum

induto sollempnibus vestimentis, ei occurrunt, eumque recipiunt venientem. Tunc abbas aspersorium aque benedicte ei primitus porrigit et tradit, ut inde se aspergat et alios circumstantes. Deinde, thure oblato eidem in acerra, ipse episcopus ponit thus in thuribulum. Deinde, textu Evangelii, quem ei abbas aperit, ab eodem humiliter osculato, deducentibus eum dextra levaque abbate et priore, intrant ecclesiam, et incipitur de Trinitate responsorium sollempniter, quod dicitur: *Honor, virtus,* etc. Tunc processio intrat chorum, episcopo ultimo gradiente et predictis abbate et priore collaterantibus eum semper, ut dictum est, usque ad chori medium; et, ibi, super tapetum, ibidem positum, et pallium, super monasteriale pulvinar honorabiliter extensum, prosternitur, quousque responsorium fuerit percautatum. Finito responsorio quod sequitur, sine *Kyrie eleison* et *Pater noster,* episcopo sic prostrato, dicitur ab abbate: *Salvum fac servum,* etc., *Deus,* etc., etc. Dicta oracione, consurgit; et, precedentibus candelabris, eumque comitantibus hinc inde abbate et priore, progrediens ad altare, facit oblationem suam, offerens super illud unum pallium quod esse debet preciosum pariter et sollempne: nam ad hoc tam ille quam omnes alii Parisienses episcopi, in hujus sollempnitatis novitate, tenentur perpetualiter. Hoc facto, vadit in vestiarium, et induitur sacerdotalibus ac pontificalibus vestimentis suis, quidem propriis, acsi missam deberet protinus celebrare. De hoc abbas et prior et conventus ecclesie Sancte Genovefe non intromittunt se, quoniam, in hoc, nichil eidem ab ecclesia debetur. Eo sacerdotaliter et pontificaliter adornato, mitraque capiti supposita, abbas et prior, qui presenter ibi assistunt, cum capis siricis, eum hinc inde conducentes venerabiliter et devote, precedentibus candelabris, adducunt ad cathedram, que est juxta altare, ad dexteram, parata et ornata; eoque in ipsam imposito, *Te Deum laudamus* ab armario sollempniter incipitur, et a fratribus in choro consistentibus cantatur. Quo cantato, sine *Kyrie eleison* et *Pater noster,* dicit abbas: *Salvum fac servum,* etc., *Deus meus,* etc., etc. Hiis ita completis, traditur ei a clericis suis textus Euvangelii, quem attulerunt, quem ante pectus suum ponit episcopus. Quo facto, quatuor de fratribus ecclesie presbiteri, cappis sericis induti, eum, sedentem textumque individue tenentem, super humeros suos elevant cum cathedra, et, precedentibus

candelabris, cum toto conventu, usque ad fores monasterii, per quas intravit, comportant, et ab eo, jure consuetudinis antique et approbate, recipiunt iii denarios aureos, singulis singulos, Parisiensis monete figura confectos et conformatos. Mox homines sui nobiles et feodales, quos dicunt, de humeris iiior predictorum recipiunt episcopum, et super humeros suos ponunt, et, precedente processione beate Genovefe tota, sic deferunt, abbate et priore cum conventu semper comitantibus, usque ad capellam Beate Genovefe, que est in Vico Novo; ibique, cathedralis ecclesie processione parata, deponitur, et ab manibus abbatis et prioris ab ecclesia sua suscipitur; aliter non reciperetur. Sicque, quod ei debetur ab ecclesia Beate Genovefe, in hujus facti processu, integre consummatur. Explicit.

CLXXXIX.

Incipit qualiter post in sua ecclesia recipiatur.

Revestitis omnibus tam clericis quam canonicis de choro in cappis sericis, atque processione parata, de aqua benedicta et thuribulis et candelabris et textu, antequam exeant, debet ab aliquibus provideri, ne episcopus, qui suscipiendus est, nimium longe sit. Egredientibus autem omnibus chorum, pulsatis campanis omnibus, parvis ac magnis, que non prius dimittantur, donec, finito quod inceptum fuerat ad susceptionem, tunc decanus ecclesie et cantor, si non sit ibi aliquis episcopus, cum processione procedunt ordinate, precedentibus eis, qui ferunt aquam benedictam et thuribulum, sequentibus eodem ordine qui ferunt textum atque candelabra, textu in medio eorum; post eos, pueri ac cepparii cum magistro de choro sequuntur, ac deinde priores, sequentibus ceteris, eodem modo quo solent ire ad processionem. Tunc decanus et cantor ecclesie, cum processione exeunt obviam episcopo, qui suscipiendus est, usque ad hostium capelle Sancte Genovefe, a latere quod est in Vico Novo; et ibidem suscipitur a decano et cantore et a tota cathedrali ecclesia, per manus abbatis et prioris, cum conventu ecclesie Beate Genovefe. Tunc decanus cum cantore, suscipiens eum, aspersorium aque benedicte ei primitus porrigit et tradit, ut inde se aspergat et alios circumstantes. Deinde eidem preparat cum incenso acerram; et ipse episcopus ponit thus in thuribulum; et mox, a

